








No

THEATRVM REGVLARIVM

In quo Breui Methodo, Variæ Decisiones, tam Apostolicæ, quàm Ordinis Minorum de Obseruantia.

Necnon Decreta nouissima Sacrarum Congregationum Vrbis iam publicata, ad Regularem disciplinam spectantia, exarantur.


PER

P. F. ANGELVM A LANTVSCA
Ordinis Min. Strict. Obseruantiæ Prouinciæ Romanæ, ordine alphabetico elaboratum.

Opus nedum Superioribus Franciscanis, sed etiam omnibus vtriusque sexus Regularibus valdè vtile, ac fructuosum.

Hac sexta Editione, ab ipso Auctore recognitum, & quamplurimorum Additamentorum accretione ampliatum.





VENETIIS, M. DC. LXXVIII.
Apud Paulum Balleonium.

Superiorum Permissu, ac Priuilegio.



LECTORI
BENEVOLO.



Nuigilauerint in ordinanda Republica Plato, Solon, & Lycurgus, eorumque ſequaces ſubtiliſsimi, qui vel ad dilatandum imperium, vel ad conſeruandum ſub Cleantis Lucerna, exactioribus Politicæ Regulis in dies proficere non erubeſcunt, iuxtà Politicorum axioma, quæ de nouo emergunt, nouo indigent conſilio; At Romanæ Sedis ſacroſanctum gubernium, & gubernij temporalis politicam quis nunquam potuit adæquare? Habuerint Aſsyrij, Medi, Perſæ, Græci,

veteres Romam vastissima per Orbis spatia dilatatum Imperiū, tamen externum regimen non excedebat Regum vigilantia; habet, & istud Sedes Apostolica, dum populos immediatè sibi subiectos externo gubernas regimine; sed quod Regum nullus obtinuit, toto Christiano Orbe diffusa Ecclesia, spiritualis sui gubernij regulas infallibiles à Sacro Romano Pontifice, expectat, expostulat, recipit, & veneratur. Hinc cogente rerum cōgerie ex excellentia Ministros habet ad negocia peragenda toto Orbe quæsitos in arte versatissimos, sed præsertim in sacro Consistorio, vbi grauiora negotia, vel ad temporalis sui dominij regimen, vel ad Vniuersalis Eccle-

siæ

siæ curam pertinentia proponuntur, Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium vtitur consilio: Quando verò ad futurum Consistorium negotia præ grauitate non videntur proroganda, in particulari Congregatione ad hæc specialiter constituta, per præfatos Eminentissimos Patres examinantur, resoluuntur, & Summo Pontifici referuntur, vt si approbet, executioni demandentur. Cætera verò minoris entitatis negotia, siuè Ecclesiasticam disciplinam, & Christianam Religionem, siuè ciuilem administrationem concernentia, ex præscripto Sixti V. per particulares S.R.E. Cardinalium Congregationes pertractantur.

Prima omnium Congregatio

contra hæreticām prauitatem inuigilat, vbi omnia contra fidem Catholicam insurgentia examinantur, pœnæ in delinquentes contrà eam decernuntur; In ea cuiuslibet hebdomadæ quarta, & quinta feria Patres conueniunt, actaque, & gesta in dicta Congregat. corā Summo Pōtifice exponuntur.

Secunda Eminentissimorum Patrum Congregat. Sacri Concilij Trid. dubijs sanctionibus interpretāndis, & exequendis fuit præposita. In hac Congreg. tā Patres, quàm Secretarius, & sciētia, & experientia semper excellunt.

Tertia Ecclesiasticis Ritibus præest, vt abusus eradicet, superstitiones, & vsus à Catholica Ecclesia non receptos eliminet.

Quar-

Quarta Congregatio negotijs Episcoporum, & Regularium est præposita, inter quos cum multa quotidie oriantur difficultates, nec expediat eis solemni iudicio terminare, facultatem habet illas sine figura iudicij, vel dirimere, vel componere.

Quinta Congregatio Indicis nuncupatur, eò quia libros omnes in Christiana Republica legendos reuideat, bonos approbet, malos exterminet, & in Indice librorum prohibitorum apponat.

Sexta, de Fide Propaganda à Gregorio XV. fuit instituta, quæ ad hoc inuigilat, quomodo Hæreticos, & Schismaticos ad sanam doctrinam, & vnitatem fidei valeat reuocare. Celebratur bis


in menſe, & ſemel coram Summo Pontifice.

Septima Congregatio ab Immunitate Eccleſiæ nomen ab Vrbano Octauo originem ſumpſit, hæc excreſcentia inter Regum, & Principum Miniſtros, ex vna, & Eccleſiaſticos ex altera parte iurgia, & contentiones examinat, ad hoc vt libertas Eccleſiaſtica immunis à quouis onere temporali conſeruetur.

Tandem in Congregatione Reuerendæ Fabricæ S. Petri legata Mendicantibus relicta moderantur. Ex harum ergo Congregationum deciſionibus vbi pariſſimo rigore omnia examinantur, illa potiſsimum decreta de mandato earumdem Sacrarum Congre-

gre-

gregationum publicata, excerpsi, quæ statum Vniuersalis Ecclesiæ, sed potissimum Ordinis Seraphici, pro Regularis disciplinæ conseruatione, concernunt; Vnde meos hosce labores, vtpote in omni gubernio, tibi beneuole Lector, profuturos vtilitati tuæ dicatos æqui bonique consule. Vale.



Fr. Michael Angelus à Sambuca totius Ordinis Minorum S. P. Francisci Minister Gen. & Seruus.

Dilecto Nobis in Christo P. F. Angelo à Lantusca, Prouinciæ nostræ Reform. Romanæ Concionatori, ac Lectori. Salutem.

CVm iuxta Apostolicas, nostrique Ordinis Constitutiones, reuisum, & approbatum fuerit quoddam opus à Nobis tibi commissum, & per te collectum, cuius titulus est *Theatrum Regularium*, Ten. præsentium ad salutaris obedientiæ meritum, facultatem tibi impartimur, vt seruatis seruandis illud Typis mandare queas. Vale &c. Datum Romæ ex Conuentu nostro Sanctæ Mariæ de Araceli. Die 2. Martij 1664.

Fr. Michael Angelus à Sambuca Minister Gener.
Loco † Sigilli.

NOs infrascripti Ord. Minor. S. Francisci Regularis Obseruantiæ, &c. fidem facimus, perlectum à Nobis Librum, qui inscribitur, *Theatrum Regularium*, in quo variæ Decisiones & Decreta Sacrarum Congregationum referuntur Auctore P. Fr. Angelo di Lantusca, Ordinis Minorum Strictioris Obseruantiæ Concionatore, ac Lectore Prouinciæ Romanæ, nihilque in eo fidei Orthodoxæ, ac bonis moribus contrarium, imò valdè vtilem Religiosis viris. Superioribus præsertim arbitramur, ac propterea dignum, vt typis tradatur. Romæ in Aracæli 22. Ianuarij 1664.

Fr. Euangelista de Burgo Sancti Sepulchri Procurator Generalis Ord. Minorum.

Fr. Petrus Roccius Commissarius Gener. Curiæ.

ELEN-

ELENCHVS RVBRICARVM.



A

B

Bene-

Con-

D

Exe-

Magi-

M


N

O

P

Pro-

THEA-



THEATRVM REGVLARIVM.



Abbatissa.

SVMMARIVM.

An dies electionis Abbatissæ Monialium exemptarum significandus sit Ordinario, vt possit interuenire. n. 1.

An verò in electione Abbatissæ Monialium exemptarum Episcopus possit recipere vota Monialium, n. 2.

An Episcopus in Electione Abbatissæ Monialium exemptarum possit exquirere voluntates eligentium, n. 3.

An aliquando Superior Monialium exemptarum possit ferre suffragium in electione Abbatissæ. num. 4.

Quænam Moniales habeant votum in huiusmodi electionibus. n. 5.

Abbatissæ officium, quot annos durare debet, & quanto tempore vacare? n. 6.

Abbatissa Ministro Generali Fratrum Mino-

rum

rum subiecta potest ab eo corrigi institui, & destitui, n. 7.

Electa debet confirmari à Superiore immediato, num. 8.

1 
VM in hoc Theatro procedatur ordine Alphabetico, de Titulo Abbatissæ, primo loco disserendum est, cum non pauca Seraphico Ordini sint subiecta Monasteria; Pro cuius electione cum quæsitum fuerit, ad Constitutionem Gregor. XV. Inscrutabili, &c. *An dies electionis Abbatissæ Monialium exemptarum significandus sit Ordinario vt possit interuenire?*

Sacr. Congreg. Cardinalium Concil. Trident. Interpretum respondit. Regulares ex eadem Constitutione ità demum teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, cumque vsque ad præfinitum tempus expectare, si anteà ipse expresse declarauerit se vti velle facultate sibi hac in parte attributa; Abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere. Post eam verò declarationem licere Episcopo animaduertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non pronunciata ad Abbatissæ electionem procedunt.

Cosm. Card. de Torres.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secret.

Romæ ex Typographia R.C.A. 1626.

2. *An verò in electione Abbatissæ Monialium exemptarum Episcopus possit recipere vota Moni-*

nia-

nialium negatiuè respondetur, prout in seq[...]
declaratione.

Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini. Fratres Minores Obseru. Sancti Francisci, quorum regimini subsunt Moniales Sancti Bernardini Diœc. Vrbaniæ supplicant pro declaratione. An Episcopus in electione Abbatissæ eiusdem Monasterij possit assistendo, & præsidendo vota Monialium recipere? Die 10. Sept. 1.50.

Sac. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit Episcopum in electione Abbatissæ Monasterij Monialium Regularium subiectarum no posse exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & recipi debere à Superiore Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo.

Io: Baptista Card. Pamphilius.

Loco † Sigilli.

Franciscus Paulutius S. Congr. Concil. Secretarius.

3. *An Episcopus in electione Abbatissa Monialium exemptarum possit exquirere voluntates eligentium? nequaquam respondendum est, prout in sequenti.*

Vescouo d'Ancona.

Illustre, e molto Reuer. Monsig. come fratello.

LA facoltà del Vescouo nell'eleggersi vn'Abbadessa, ò Prioressa, non passa più oltre, che l'interuenire ad assistere all'elettione, ò per se stesso, ò per interposta persona, come si raccoglie dalla Bolla della fel. me. di Gregor. XV. Perche dunque il Prouinciale de Minori Osseruanti di cotesta Prouincia della Marca hà rappresentato, che

che V. S. habbia pretensione di sentire, & ascoltare personalmente in materia elettiua le Monache d'vno di cotesti Monasterij, soggetto al suo Ordine, auanti l'atto dell'elettione, che deuono fare dell'Abbadessa, hanno volsuto questo Eminentissimi miei Signori, che io scriua à V. S. che ella in questo affare si regoli colla dispositione, e tenore della medema Bolla; Saranno hora le sue parti di non partirsi dalla formalità di quella, & informi poi la Sacra Congregatione di ciò, che per l'auuenire potesse occorrere in somigliante materia, e Nostro Signore la guardi. Roma li 4. Ottobre 1638.

Come fratello. Il Card. S. Onofrio.

Cesare Facchinetti Segretario.

In Regesto Ordinis 1638.

4. *Demum quæritur. An aliquando Superior Monialium, etiam Regularis, aut scrutator possit ferre suffragium in electione Abbatissæ?*

Sacra Congregatio Card. Concilij Tridentini Interpretum censuit nunquam licere Monialium Superioribus, aut Scrutatoribus dare votum in electione Abbatissæ; atque electionem in vim huiusmodi voti celebratam, vires aliquas non obtinere. Die 23. Maij 1621. In Regesto huius Congregationis fol. 20.

5. In electionibus eiusmodi votum non habeant, quæ duos annos à Professione emissa non excesserint; In alijs autem electionibus omnes Professæ (præter conuersas) votum habebunt conuersæ enim recipiuntur ad Religionem, vt seruiant, non autem vt exerceant iura honoraria. Tambur. de Iur. Abbat. disp. 28. q. 5. num. 1. Vallisol. 1593.

6. Monasteriorum Abbatissæ, aut annuales, aut biennales pro eorum consuetudine sint. Sixtus

tus V. Et communis cura, &c. Triennium autem nullo modo excedant. Greg. XIII. Exposcit, &c. in Bullario Romano t.2.pag.463. sub priuatione officij Superioribus, si secus permiserint.

Exacto triennio nec ad illud, nec ad aliud quodcunque Superioratus officium, nisi post alterum triennium eligi possint. Parisien. 1679. Roman. 1571.

7. Abbatissa sub regimine Fratrum Minorum potest à Generali visitari, corrigi, institui, & destitui, ex speciali concessione Eugenij Papæ Quarti, Ad statum, &c. apud Confect. fol. 28.

8. Electa debet confirmari à Superiore immediato. Azor. t. 1. lib. 13. cap. 10. q. 3. At si facta fuit sine consensu Ordinarij nulla est electio. In vna Barij secunda Maij 1600. etiam in Monasterijs Regularium gubernio subiectis, pastquam Episcopus declarauit se velle vti facultate sibi in hac parte tributa. Sacra Congregatio Concil. ad Constitutionem 18. Gregor. XV. Inscrutabili. Flosculi Nicol. n. 4.

Absolutio.

SVMMARIVM.

Confessiones Fratrum nulli licet sine facultate audire. n. 1.

Fratres bis in hebdomada confiteantur à confessarijs Ordinis debitè approbatis, aut à Prælatis. n. 2. & 3.

Confiteri extra Ordinem prohibetur. n. 4.

Amplissima absoluendi facultas Ordini concessa, n. 5.

Absoluere ab excommunicatione, ob violentam ma-

manuum iniectionem, quomodo possunt Guardiani. n. 6.

A casibus reseruatis nullus inferior absoluere potest sine facultate Superiorum. n. 7.

Tabella casuum, qui Generali, & Prouincialibus reseruantur. n. 8. 9. & 10.

Tabella casuum reseruatorum pro Reformatis num. 11.

Correctio eorumdem fiat iuxta dispositionem Constitutionum generalium Ordinis, n. 12.

In absolutione, quæ datur in Capitulis ad effectum electionis comprehenditur Irregularitas, licet non exprimatur. n. 13.

Absolutiones, quæ dantur à Visitatoribus prosunt pro censuris, & irregularitatibus, n. 14.

Absolutio à reseruatis competit tantum Generali, & Prouinciali, & quibus ab eis delegatur. num. 15.

Delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare simplex ministerium. n. 16.

In decreto super qualitate casuum reseruatorum comprehenduntur etiam censuræ. n. 17.

Quid agendum pro consecutione plenariæ absolutionis; & Indulgentiæ in articulo mortis, numer. 18.

Forma absolutionis generalis, quæ dari solet Claustralibus in articulo mortis. n. 2.

1 NVlli Fratrum liceat confessiones audire, nisi à Generali, aut Prouinciali approbetur, & facultatem scriptam accipiat. Vallisolet. 1593. & si pro sæcularibus, approbationem ab Ordinario. Trid. sess. 25. c. 15. de Reform.

2. Fratres omnes Prælatis suis, vel alteri Sacerdoti Ordinis, vt supra approbato bis, aut sæpius in hebdomada confiteri teneantur. Salm. cap. 7.

cap. 7. Idem cautum est pro Fratribus Reformatis in eorum Statutis cap. 9. numer. 21. fol. 90. Quapropter cessat ratio dubitandi. An confessarij aliarum Prouinciarum eiusdem Ordinis debitè approbati, cum licentia Guardiani Conuentus, sub cuius obedientia manent tacitã, vel expressa (si est pro Iuuenibus) possint excipere confessiones Fratrum, cum ita indultum sit à Clemente Quarto, in Mari magno, apud Comp.priuil.tit.Absolutio,quoad fratres §.7.his verbis.

3. Insuper inhibemus vniuersis Fratribus vestris Ordinis ne aliquis eorum nisi in necessitatis articulo alijs quam Prælatis peccata sua confiteri præsumant, vt alij Sacerdotibus eiusdem Ordinis secundum Regulam, & eiusdem Ordinis instituta Regularia.

4. Ex quo sequitur quo fratres extra Ordinem (preterquam in necessitatis articulo,& tunc de Superioris licentia) non possunt confiteri. Sal. c.7. Itinerantes autem Guardianis, vel vt supra approbatis confiteantur.

DE ABSOLVTIONE IN GENERE.

5 EX Apostolica concessione possunt Generales,ac Prouinciales,eorumque Vicarij, & Custodes in suis custodijs Fratres sibi commissos, vel ad eos vndecumque declinantes ab omnibus casibus, in quos inciderint siue ante, siue post ingressum in Ordine, & Sedi Apostolicæ reseruatis (Hæreticis, relapsis, Schismaticis, litterarum Apostolicarum falsificatoribus, ad partes infideliũ prohibita deferentibus,bigamis, vel homicidis voluntarijs exceptis) absoluere à

quibusuis sententijs, excommunicationis suspensionis, & interdicti à iure, vel ab homine generaliter promulgatis, & dispensare in irregularitatibus propter dictas sententias; aut ob celebrationem Diuinorum Officiorum in locis interdicto Ecclesiastico suppositis, vel ob susceptionem Ordinum cum prædictis censuris contractis, & ab ijsdem casibus à proprijs, quos sibi elegerint, Confessarij dispensari. Clem.IV. in Mari magno, Sixtus IV. & Iulius II. apud Comp. priu. tit. Absolutio quoad Fratres §.7. & in Constitutionibus Ordinis cap.2.§.1.num.24. fol.24.fol.35.

6. Ab excommunicatione contracta ob violentam manuum iniectionem, possint Guardianus, vel eo absente per diem naturalem, Vicarius, & Custos, vbi reperietur absoluere, si Ministri, ac Custodis præsentia intra triduum haberi non possit. Quod de percussione atroci, vel subditi in Prælatum, nunquam intelligendum esse decernimus. Salmat.cap 7.

ABSOLVTIO A RESERVATIS.

7 IN illis casibus, quos per statuta generalia, aut per Constitutiones Apostolicas reseruatos esse, aut reseruari contingit, nemo absoluere quempiam præsumat, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, nisi à Generali, vel Prouinciali Prælato absoluendi facultatem accipiat, & sub nullitate absolutionis, Tridentin. sess.14. cap. 7. & Canon. 11. Valisolet.1593.

8. In Ordine Minorum Regular. Obseruantiæ Sancti Francisci decem, & nouem Ministris Generalis, ac Prouincialibus reseruantur, in

qui-

quibus continentur multi ex determinatis à Clemente Octauo, quorum Tabella hic apponere operæ pretium duxi, vt sæpè præ oculis habeantur.

1. Nomen Dei, aut Domini Nostri Iesu Christi, aut Deiparæ Virginis Mariæ blasphemantes.
2. Rebus sacris abutentes.
3. Quidquam in Religionis detrimentum extrà Religionem patefacientes.
4. Discordias Patrum, vel dispositiones Prælatorum manifestantes.
5. Calumniam, in iudicio, cuiquam imponentes, vel ad id faciendum inducentes.
6. Falsò, ac scienter quempiam accusantes, & accusantem reuelantes.
7. Falsum testimonium deponentes, vel deponendum procurantes, aut alium quomodolibet infamantes.
8. Iurati veritatem negantes, & falsum affirmantes.
9. Ter debitè moniti obedire renuentes.
10. Consummatum carnis peccatum quodcumque admittentes.
11. Denarios contra Regulam accipientes, tenentes, vel asseruantes.
12. Rei Sacræ, vel notabilis furtum perpetrantes.
13. Religionis bona extra Ordinem dono dantes.
14. Fratribus, vel sæcularibus vendentes, aut quouis alio modo alienantes.
15. Generalis, vel Prouincialis, aut eorum Secretariorum literas tum missas, tum accipiendas, impedientes, frangentes, falsificātes, vel quomodolibet intercipiētes.

16. Sigillum Ordinis,vel cuiusuis alterius Prælati, aut personæ notabilis falsificantes.
17. Libellum famosum facientes, fieri procurantes,inducentes,consulentes,proijcientes, vel publicantes.
18. Grauiter quempiam percutientes, aut contra Prælatum machinantes.
19. Carnes cum Ecclesiæ præcepto, vel Regulæ vetitum fuerit comedentes,nisi scriptam facultatem ob necessitatem à Superiore antea impetrauerint.

9. Vt saluti animarum consulatur Ministri Prouinciales in quolibet Conuentu vnum, aut duos Confessarios deputent, quibus à casibus reseruatis occultis in foro conscientiæ absoluendi facultatem concedant, si verò fuerint notorij ad suos Ministros Rei criminum sine mora recurrere teneantur. Clem.VIII.de cas.res.

10. Commissa verò facultas à reseruatis absoluendi tamdiù duret, quo à concedente, vel à successore reuocata fuerit.

PRO REFORMATIS.

11 FRatres verò Strictioris Obseruantiæ tantummodò vtuntur illis, qui fuerunt taxati in eorum Constitutionibus.

1. Veneficij, incantesimi, sortilegij.
2. Disobedienza contumace, quando fatta la terza monitione per vn giorno naturale, il suddito perseuera nella disubbidienza.
3. Percussione graue d'vn'altro Religioso, e Chierico Secolare.
4. Manifestatione di cose, che infamino la Religione, ò Frate particolare.

5.Pec-

5. Peccato di carne volontario compito.
6. Proprietà di peccato mortale.
7. Furto di cose notabili, ò replicato.
8. Falsa accusa con infamia dell'accusato, ò dar memoriale falso in qualche Tribunale.
9. Falso testimonio in giuditio.
10. Falsificatione di mano, ò Sugello, de Superiori, ò di persona notabile, ò del Conuento.
11. Malitioso impedimento, ritardatione, & apertura di lettere de Superiori, e sudditi, e de'sudditi à Superiori.
12. Far libelli famosi, consigliare, ò indurre, che si facciano, quando si giunge à segno, che siano esposti, buttati, & in qualsiuoglia modo publicati.
13. Procurare, agiutare, consegliare aborto animato ancorche non sia seguito l'effetto.

12. Per castigo de'sudetti peccati, quando siano dedotti al foro contentioso ci rimettiamo alli Statuti Generali nell'Ordine, quali si osseruaranno inuiolabilmente in questa parte, & in ogn'altro caso non espreso in questi statuti, e non repugnante alla nostra Reformata Osseruanza.

13. Insuper in absolutione, quæ datur in capitulis à Prælatis ad effectum electionis, licet non exprimatur irregularitas ea tamẽ tacitè intellecta censetur, si dicatur à Censuris, & pœnis, quia appellatione pœnarum irregularitates veniunt, Bellasius V. Absolutio num. 1.

14. Absoluciones, & dispensationes à censuris, & irregularitatibus, quæ communiter dari solent in visitationibus, & in festiuitatibus solemnioribus prosunt in foro interno animæ,

saltem pro censuris, & irregularitatibus dubijs, & oblitis, seù ignoranter incursis. Bela. ibid. num. 2.

15. In Congregatione Admodum Illustrium, & RR. PP. RR. Prælatorum Visitationis Apostolicæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ die 13. Martij 1601. habita. Declaratum fuit, quod absolutio à reseruatis, inter Regulares, competat tantummodò Generali, & Prouinciali, & quibus ab eis delegatur. In Reg. Sac. Congregat. Reg. fol. 14.

16. Prior, seù Guardianus, cui Abbas, aut Prouincialis commisit auctoritatem absoluendi à casibus reseruatis, cum sit delegatus ad vniuersitatem causarum, potest delegare simplex Ministerium absoluendi à casu occurrenti, non quidem cuicumque Confessario, sed illi qui à Superiore approbatus est ad audiendas confessiones. Graff. lib. 3. cas. reseru. cap. 10. n. 31.

17. Demum cum à nonnullis Regularibus dubitaretur.

An in Decreto Clementis Papæ VIII. de anno 1593. 16. Maij super qualitate casuum ab eorundem Regularium Superioribus reseruandorum edito, censuræ etiam comprahenderentur: ita vt ijsdem Superioribus, absque Capituli Generalis, aut Prouincialis consensu aliquibus peccatis in Decreto huiusmodi non contentis, excommunicationem annectere eiusdemque absolutionem sibi reseruare liceat?

Sacra Congregatio Cardinal. negotijs Regularium præposita Illustrissimo Baudino referente censuras in supradicto Decreto comprehendi censuit. Romæ 7. Iulij 1617.

A. M. Episc. Hostien. Card. Gallus.
V. Theatinus Secr.

In

In Regesto Sacr. Congreg.Episcoporum, & Regul.fol.80.

18. Pro intelligentia absolutionis generalis, quæ dari solet in extremis vitæ constitutis, sciendum est, quod istud priuilegium absolutionis, & Indulgentiæ concessum fuit Religiosis Claustralibus ab Eugenio Quarto, Sixto Quarto, & alij Pontificibus cum hac conditione quod qui dictam Indulgentiam lucrari voluerint, oportet, vt dixerint, per annum, singulis hebdomadis, semel septem Psalmos Pœnitentiales cum suis Litanijs. Qui autem legere nesciunt, debent alia pia opera, ad arbitrium sui Confessarij facere. Aduertendum tamen est, quod præfatum tempus vnius anni abbreuiari potest, ità vt satisfactum sit priuilegio, si toties prædictos Psalmos dicamus, quot sunt in anno hebdomadæ, nempè 52. etiamsi in simul eos dicamus, ità concessit Pius II. & Iulius II. prout habetur in Compend. Priuileg. Mendicant. Casarub. verb. Absolutio extraordin. quoad Fratres, & apud Peyrin. in Formulario Prælat. cap. 6. num. 4. Hanc autem Indulgentiam non fuisse abrogatam per generalem reuocationem à Paulo V. factam, certum est, prout declarauit Vrbanus Octauus, anno Iubilei 1625. Lezana in Summ. qq. Regular. verb. Indulg. num. 10.

FORMA ABSOLVTIONIS GENERALIS, quæ dari solet Religiosis Claustralibus in articulo mortis.

Facta Confessione, & dictis Misereatur. Indulgentiam, &c. Dicatur.

19. DOminus Noster Iesus Christus per merita suæ Sacratissimæ Passionis te

absoluat, & gratiam suam tibi infundat; Et ego auctoritate ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, & ab omni sententia suspensionis, & interdicti, & dispenso tecum in omni irregularitate, si quam contraxisti. Eadem auctoritate ego absoluo te ab omni transgressione votorum tui Ordinis, & Statutorum Papalium, generalium, prouincialium, localium, & synodalium quorumcumque. Eadem auctoritate absoluo te ab omni officio malè persoluto, horis indebitè transpositis, vel dimissis. Item eadem auctoritate absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti; concedens tibi remissionem, & Indulgentiam Plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum de quibus etiam non recordaris, in quantum claues Ecclesiæ se extendunt. Item eadem auctoritate absoluo te à pœnis Purgatorij, quas pro peccatis commissis, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti, restituendo te illi innocentiæ in qua eras, quibus baptizatus fuisti. In nomine Patris, &c.

Quòd si hac vice non decesseris, reseruo tibi hanc gratiam vsq; ad mortis tuæ articulum, &c.

Actus legitimi.

SVMMARIVM.

Actuum legitimorum priuatio quænam sit. numer. 1.

Be-

Regulares pœnitentiati à S.Officio, actibus legitimis priuantur.num.2.

Regulares, qui abusi sunt recursu ad S.Officium non priuantur actibus legitimis.n.3.

1 Actuum legitimorum priuatio est inhabilitatio ad omnia Ordinis Officia, quę cum dignitate, & Superioritate coniuncta sunt, vt Ministeriatus, Difinitoriatus, Guardianatus. Potest tamen huiusmodi actibus priuatus Sacr. Ordines exercere, & ad illos promoueri, prædicare, item, & legere, sed sæcularium confessiones audire non potest, benè quidem Monialium, esse Nouitiorum Magister, & ad illorum professionem suffragia ferre. Vallisolet. 1593. & in Constit.Generalibus fol.118.§.6.n.3.

2. Regulares pœnitentiati à Tribunale Sancti Officij actibus legitimis suæ Religionis priuantur ex Decreto eiusdem die prima Octob. 1628. Regest.fol.7.vide V.pœnæ num.3.

3. Regulares, qui abusi sunt recursu ad Sanctum Officium, & de ordine ipsius carcerati, non priuantur actibus legitimis, ex declaratione eiusdem die 20.Aprilis 1644.in Regesto fol.58.

Ætas.

SVMMARIVM.

Pro Clericis ad habitum recipiendis, ætas 15.annorum requiritur. nu.1.Pro laico 20.expletorum.ibidem.

Ad professionem verè 16.annorum n.2.

Pro guardiano eligendo, ætas 30.annorum requiritur.num.3.

Pro Definitore Prouinciali eligendo, ætas 35. annorum, & 15. Religionis requiritur. n. 4.
Pro Definitore Generali eligendo ætas 35. annorum requiritur, & 20. Religionis. n. 5.
Pro Ministro Prouinciali 35. annorum, & 20. Religionis. num. 6.
Pro Confessario Monialium 40. annorum. n. 7.
Quænam ætas requiratur pro ordinibus Sacris suscipiendis. num. 8.
Pœna contra suscipientes Ordines ante legitimam ætatem. num. 9.

1. ÆTas quinti decimi anni completi requiritur ad finem, vt quis recipi possit pro Clerico in ordine Fratrum Minorum de Obseruantia, & Reformatorum S. Francisci. Pro Laico verò vigesimi anni expleti S.C. super statu Regularium. Ad propagandam die 15. Octob. 1654. In Regesto pro nouit. fol. 7.

2. Ætas decimi sexti anni completi requiritur ad finem, vt quis in Religione, legitimè profiteri valeat. Conc. Trident. sess. 25. cap. 15. de Regularibus.

3. Ætas triginta annorum completorum in Ordine Minorum de Obseruantia requiritur ad Guardianos, & Confessarios sæcularium promouendos, ex Paulo IV. prout in Constitutionibus Generalibus Ordinis fol. 202. §. 43. num. 2. & Reform. fol. 80. num. 16.

4. Ætas 30. annorum (inter Reformatos verò 35.) & quindecim Religionis requiritur ad Definitores Prouinciales in Ordine Minorum Regularis Obseruantiæ Rom. 1587. Vallisolet. 1593. Reform. c. 8. num. 40.

5. Ad Definitores verò Generales requiritur ætas 35. annorum, & viginti Religionis, Trident.

dent.seff.24.c.12.in Constit.Ordinis cap.8.§.26.num.4.

6. Ætas 35.annorum, & 20. Religionis requiritur ad Prouincialem Minorum de Obseruantia, sed inter Reformatos 15. Religionis Vallisolet.1593.Reform.1642.c.8.n.31.

7. Ætas 40.annorum ad minus, requiritur in Confessarios Monialium, Salm.cap.11. Vallisol. 1593.

8. Ætas pro Ordinibus Sacris suscipiendis præscripta in Concilio Trident.seff.23.cap.12.de. Reform.huiusmodi est, quod ad Subdiaconatum requiritur annus 22.ad Diaconatum ann.23. ad Presbyteratum annus 25. sufficit tamen, vt isti anni sint inchoati licet non expleti, Nau. Maios. Eurig. Sayr.

9. Qui ante ætatem legitimam ad Sac. Ordines se faciunt promoueri, suspensi sunt ipso iure ab Ordine. Pius II. anno 1461. Et qui ordines sic susceptos solemniter exercuerit sit irregularis, vt Nau.c.17.n.79.Tolet.lib.1.c.48.

Alienatio.

SVMMARIVM.

Fratres Min. de Obseruantia quomodo alienare possunt mobilia & immobilia. n.1.

Quomodo alienare possunt vasa argentea, facta sacris Immaginibus. num.2.

Non possunt facere instrumenta in quibus transferatur dominium alicuius Cappellæ.n.3.

Quomodo concedi possunt Cappellæ.n.4.

1 Alienare possunt Fratres Minoris nihil proprijs habentes relicta, per Syndicum Apostolicum, siue sint mobilia, siue immobilia dummodo sint ipsis relicta cum modo eorum professioni licito, cum istorum omnium Sedes Apostolica habet dominium. Alio verò modo alienare minus possunt cæteris Regularibus. Rodriq.t.11.qq.Regul.quæst.27.art.3.

2. Possunt etiam alienare oblationes Imagini Regularium factas (præter vota aurea, & argentea magni valoris) quæ non excedant valorem 20.ducatorum, Nald.n.5.vel 25.Gau.nu.24. Diana p.4.tr.4.Miscell.Resol.223.

3. Nulla Instrumenta publica fieri possunt à Fratribus Minoribus Regularis Obseruantiæ capitulariter Congregatis, nec quocumque alio modo se habentibus in quibus transferatur dominium alicuius capellæ, seù sepulturæ, cum hoc sit contra Regùlam; si tamen se se occasio obtulerit in qua fidelium pietati satisfieri oporteat, id fiat per modos nostro instituto congruentes, Rom.1642.cap.6.§.5.n.6.

4. Modi autem congruentes sint, quod non detur dominium, nec aliud quidpiam quod ad illud accedat, non mercetur, non vendatur, non deducatur in pactum solutio, aliqua pro cappella, vel sepultura, sed concedatur vsus facti, fabricandi, ornandi, paramentis decorandi cappellam, & in illa fodendi sibi, & suis sepulturam; ac in illa se suosque sepeliendi, & hoc non est contra Regulam. Sanctor. de Pœn.cap.7. Difficultas 6.fol.548.

Allocutio.

SVMMARIVM.

Regulares, sub pena priuat. vocis actiuæ, & passiuæ, & peccati mort. aliqui non possunt Moniales, Superioribus, & confessario exceptis. num. 1.

Qua facultate possunt alloqui coniunctas. numer. 2.

Ponitur Decretum modificatum de anno 1623. num. 3.

Scribentes ad Moniales, non incurrunt prefatas penas. num. 4.

In allocutione prohibita cum Monialibus comprehenditur etiam Abbatissa. num. 5.

Episcopus potest punire quoscumque Regulares qui vadunt ad alloquendas Moniales suæ Diecesis, sine licentia. num. 6.

Superiores Prouinciales, & locales quibus cura Monasterij incumbit non comprehenduntur in prefato Decreto contra Regulares accedentes. num. 7.

Confessarij Monialium nec ipsi comprehenduntur in Decreto. num. 8.

1 Regulares alloqui non possunt Moniales etiam eorum curæ subiectas (exceptis Superiore, Visitatore, & Confessario) sub pœnis priuationis Officiorum vocisque actiuæ, & passiuæ ipso facto, ex decreto S. Congr. Regularium. de mandato expresso Sixti Quinti, nouis Maij 1590. in Regesto fol. 4. & sub pœna peccati mortalis, ex declaratione eiusdem 20. Martij 1621. Neapoli. Regest. fol. 41, quod debet ab omnibus.

& in quacumque Mundi parte vniuersaliter obseruari 15. Ianuarij 1597. Auignone ex Regist. eiusdem Sac. Congreg. fol. 4.

2. Licentias alloquendi Moniales coniunctas in primo, vel secundo gradu, quater in anno pro die, & hora certa. Ordinarij Regularibus concedere possunt, & tenentur dum nihil obstat. Non tamen in aduentu: Quadragesima, Festis, feria sexta, Sabbato, & Vigilijs, quæ subscribi debent etiam à Superiore Regulari, pro Monialibus sub Regularium gubernio existentibus. Item registrari, & confessaria consignari, qui est statutum Auscultantibus, *Ex Decreto Sac. Congregationis Regularium, cuius exemplar impressum, & publicatum, est, vt sequitur.*

3. Cum alias de anno 1590. per Sac. Cardinalium negocijs Regularium Præfectorum Congregationem de mandato fel. rec. Sixti Papæ Quinti circa accessum Regularium cuiuscumque ordinis ad Monialium Monasteria fuerit decretum, quod nulli Religioso ciuscumque Ordinis gradus, qualitatis, & dignitatis existat (Superiore cui Monasterij, seu Domus cura incumbit Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa eiusdem Sac. Congregationis accedere ad Monasteria, seu Domus quarumcumque Monialium, vel Sororum, siue sui, siue alterius cuiusuis Ordinis ad colloquendum, siue tractandum cum eis. Quod si aliquando, mandato sui Superioris, aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesijs, siue Oratorijs exterioribus, siue extra claustra existentibus mitti contigerit, ne dicti Religiosi vllo

quæsito.

quæſito colore Moniales Sorores, aut quamlibet aliam perſonam intra Clauſuram degentes alloqui poſſint ſub pœna priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuę ipſo facto incurren. alijſque eiuſdem Sac. Congregationis arbitrio; fueritque poſtmodum declaratum, etiam Equites S. Ioannis Hieroſolymitani ſub eodem decreto comprehendi, & quoſcumque contrafacientes ab alio, quam ab Apoſtolica Sede, aut à Sac. Congregatione abſolui, & rehabilitari non poſſe. Ampliſſimi eiuſdem Sac. Congregationis Patres Decreta huiuſmodi innouanda, & inuiolabiliter obſeruanda ſtatuerunt? Verum quia experientia compertum eſt interdum ob pias, & rationabiles cauſas, eaſque (ita ferente caſu) repentinas, vt ab eadem Sac. Congregatione licentiam expectari ſummè incommudum, vel inutile ſit Regularibus ſupradictis colloquendi cum Monialibus ſibi attinentibus neceſſitatem obuenire; facto verbo cum Sanctiſſimo Domino Noſtro Vrbano Octauo, & de Sanctitatis Suæ expreſſo ordine, & mandato facultatem tribuerunt impoſterum locorum Ordinarijs, vt quatenus ſibi viſum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere poſſint per quatuor vices ad ſummum, quolibet anno, cuicumque Regulari, vt Moniales ſibi in primo, & ſecundo tantum conſanguinitatis gradu coniuncta conuenire, & alloqui poſſit. Id verò non aliter quam ſeruata forma infraſcripta ad vnguem, vt id nullo modo liceat diebus feſtiuis, aut in Aduentu, Quadrageſima, feria ſexta, Sabbatho, & vigilijs; prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ad alio ad quem ſpectet eam concedere aſſignetur Confeſſario ordinario Monaſterij, qui penes ſe retinere debeat, iſque aſſociet, & præſens ſit, & auſcultatrices de more, non

autem

autem aliæ, assistant, prædictaque licentia pro die, & hora certa,& in scriptis concedatur, in librisque Cancellariæ eiusdem Ordinarij adnotetur . Quod si prædicti locorum Ordinarij per plures vices , vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter, quam seruata forma supradicta licentia concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctissimi Domini Nostri, & Sac. Congregationis Transgressores, iudiciumque reformident. Regulares autem pœnis in supradicto decreto contentis, & si nullam licentiam obtinuissent eo ipso se nouerint esse addictos, & arbitrio Sac. Congregationis seuerius puniendos Romæ 12. Kal. Decembris 1623. Oct. Cardinal. Bandinus. Laurus Campeggius Secretarius, Romæ ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ 1623.

4 Scribentes, seu mittentes litteras ad Moniales non incurrunt præfatas pœnas ita communiter Doctores apud Barbos. allegat. 102. n. 81. & 82.

5 In allocutione prohibita cum Monialibus comprehenditur etiam Abbatissa, *ex declaratione Alexandri Septimi in sua Constitutione Sacrosancti, &c. 30. Martij 1658. Pro quiete, & vtilitate Monialium Vrbis, Regularium curiæ subiectarum, his verbis.*

Cum declaratione, quod easdem quoque pœnas incurrant Confessores ordinarij, & extraordinarij Concionatores, Superiores, cuiuscumque gradus, seu Visitatores tam ordinarij, quàm delegati, qui colloqui præsumpserint cum Monialibus (etiamsi Abbatissæ, Priorissæ, aut Officiales Monasterij fuerint) extra actum Confessionum, aut Visitationum huiusmodi, & aliàs, prout in diuersis decretis desuper emanatis vberiùs continetur. In Regest. Bullarum anno 4. &c.

6 Epi-

6 Episcopus potest punire quoscumque qui vadunt ad alloquendas Moniales suæ Ciuitatis, vel Diœcesis licet sint exteri, vel exempti, quia dum accedunt sine licentia, delinquunt in suo Territorio. Sac. Congregat. in vna Trani die 13. Iulij 1618. Gregorij XV. Inscrutabili, & contra Regulares potest declarare pęnas incursas ex accessu. Sac. Congreg. die 8. Nouembris 1647. prout in Regesto.

7 Hoc loco aduertendum est non solum Superiores Prouinciales, sed etiam locales, quibus cura Monasterij Monialium incumbit non comprehendi sub præfato decreto, edito contra Regulares accedentes ad Monasteria Monialium, vt decreuit Sacra Congregat. Regularium in Alexandrina die 20. Iulij 1640. & per litteras datas Archiepiscopo Amalphitano 22. Nouembris 1641. vt videre est in Regest. Ordinis lib. 2. num. 100. & 163. ne Ordinarij, Superiores locales vexent, si eos ad Monialium Monasteria accedere videant, & in alia Caputaquen. prout sequitur.

CAPVTAQVEN.

PRetendendo Monsignor Vescouo di Capaccio, che il Confessore delle Monache di Gioia non entrasse à ministrare i Sacramenti alle Monache senza sua licenza da darsegli toties, quoties hauendone sopra di ciò publicato Editto, s'hebbe ricorso alla Sacra Congregatione, che li scrisse la seguente.

Illustre, e Molto Reuer. Monsignor come Fratello.

ESsendosi doluto appresso la Sacra Congregatione il Ministro Prouinciale degl'Osseruanti

ti di cotesta Prouincia di Principato, che V. S. habbia con suo Editto particolare prohibito sotto pena di scommunica riseruata à se medesima, che nessuna persona secolare, e Regolare, ancorche sia Confessore, ò Superiore del Monasterio di Gioia, soggetto alla detta Religione degl'Osseruanti, ò altro Ministro, & Operario necessario, possa andar à parlare alle Monache, ò entrare in Clausure, etiamdio per amministrare i Sacramenti, ò in altri casi di necessità senza sua licenza. Questi Eminentissimi miei Signori mi hanno ordinato di scriuerle, che se bene gl'Ordinarij de'luoghi possono sottoscriuere le licenze di parlar alle Monache, & entrar in clausura de Monasterij anco soggetti à Regolari, ancorche per il passato siano state solite sottoscriuersi da Regolari solamente, come pretende esso Ministro, ciò si deue fare congiuntamente con l'istesso Superiore Regolare, e non s'intende delli Confessori, ò Superiori delli Conuenti de Frati, che han cura del Monastero, perche come potrà vedere da se stessa nel decreto stampato, che se li manda quì aggiunto detti Superiori, e Confessori sono eccettuati nella prohibitione fatta dalla Sacra Congregatione sopra l'accesso de Regolari à monasterij di Monache; onde V. S. potrà riformare il suo Editto in questa conformità per non darli occasione di giusto richiamo, che così la Sacra Congregatione mi hà commesso di significarle, e Dio la preserui. Di Roma li 27. Settembre 1641.

Di V. S. come Fratello.

Il Cardinal S. Onofrio.

L'Arciu. di Tebe Secretario.

Alta-

Altare.

SVMMARIVM.

Quænam sunt requisita ad Altare, vt possit confici super illud sacrificium n. 1.
Altare portatile quando amittat consecrationem num. 2.
Altaria quibus in locis non sunt consecranda? & quando debent interdici consecrata.n. 3.
Altaria Confraternitatem sita in Ecclesijs Regu*larium nequeunt ab Episcopis visitari. n. 4.*
Altaria indotata quomodo possint à Regularibus concedi alijs patronis. n. 5.
Altaria priuilegiata non suspenduntur anno Iubilæi,n.6. Nec indultum suffragatur,nisi in eis celebrentur Missæ de requiem, ibib.
Minoritæ possint erigere Altare in Infirmaria pro commoditate infirmorum. num. 7.

1 Altare debet esse fixum lapideum,& consecratum,sufficit tamen,quod superior mensa ipsius, seu Ara, super qua fit consecratio, & reponitur corpus, & sanguis Domini sit lapidea,& habeat eam longitudinem,& latitudinem, quæ capere possit hostiam, & maiorem partem Calicis, & patenæ sine periculo cadendi Siluester v.Altare,Hieron.Rodr.resolut.9. fol. 75.

2 Altare portatile tunc consecrationem amittit quando frangitur, vel loco mouetur repositorium Reliquiarum, Sacra Congregatio Rituum in vna nullius,Die 5.Martij 1603.Flosculi Nicolij v. Altare, num. 6.

3 Non sunt consecranda Altaria, sub quibus sunt

sunt cadauera mortuorum. Gauant. in Manuale Episcoporum v. Altare num. 9. & vbi iam sunt consecrata, licet consecrationem non amittant, debent tamen interdici, donec cadauera in alium deferantur locum. Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium Archiepiscopo Tranen. 10. Nouembris 1599. vt in Regesto eiusdem Congregationis fol. 131.

4 Altaria sita in Ecclesijs Regularium, etiamsi sint Confraternitatum nequeunt ab Episcopis visitari. Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium 10. Ianuarij 1641. Prout sequitur.

Vescouo di Cortona.

Illustre, e Molto Reuer. Monsignor come fratello.

DA questa Sacra Congregatione de' Vescoui, e da quella del Concilio ancora, più volte è stato risoluto, che le Capelle, & Altari poste nelle Chiese de' Regolari, ancorche fatte da Secolari, non debbano esser visitate da gli Ordinarij, onde essendosi doluti li Frati Osseruanti di cotesta città, che V.S. pretenda di far la visita delle Capelle, & Altari de i secolari asistenti nella loro Chiesa. Questi Eminentissimi miei Signori mi hanno ordinato di significarle la resolutione sudetta, acciò si contenti conformarsi con essa, e Dio la preserui. Di Roma à 10. Gennaro 1641.

Di V. S. come Fratello.

Il Cardinal S. Onofrio.

L'Arciu. di Tebe Secretario.

In Regesto Concilij Tridentini fol. 130.

5 Altaria inornata, & indotata possunt à Regularibus concedi alijs Patronis, qui eis prouideant;

deant: si proprij post tertiam monitionem ab Ordinario faciendam, cum aliquo interuallo, vel termino, non adeò coarctato, id præstare negligant, vel recusent. Modena 2. Maij 1601. Crema 28. Ianuarij 1618. Flosculi Nicol. n. 10.

6 Altaria priuilegiata non suspenduntur per suspensionem generalem, quæ fit anno Iubilei. Lezana v. Altare num. 19. suspensio enim illa est pro viuis; nec indultum suffragatur, nisi in eis celebrentur missæ de requiem, licet hoc fortè in indulto non exprimatur. Sacra Congreg. Rit. in vna Pistorien. die prima Iunij 1617. & in alia Toletana 13. Iulij 1601. Missa tamen de requiem neque in huiusmodi Altari, neque in alio celebrari potest in festo duplici. Ex Decreto Visitationis Apostol. 25. Maij 1662.

7 Fratres Minores intra suos Conuentus possunt erigere Altaria in Infirmaria pro commoditate infirmorum cum debita tamen decentia. H. Rodriq. resolut. 9. n. 8.

Ambitio.

SVMMARIVM.

Ambientes officia, eo ipso incurrunt pœnam priuationis, & inhabilitatis. n. 1.

Contra Superiores Ordinis Minorum de Obseruantia, qui fauores extrà suum Ordinem attendentes officia, dignitates, ac gratias concedunt. Et contra eosdem Fratres dictos fauores conquirentes. num. 2. & 3.

1 AMbientes Religiosi officia pro se vel pro alijs, complices, & scientes vltra alias insli-

inflictas pœnas, priuationis pœnam, & inhabilitatis eo ipso incurrunt. Clem. VIII. in Constit. Vrbani VIII. 26. §. 35. pag. 43. Bullar. Romani tom. 4. & in decretis eiusdem pro Reformatione Regularium fol. 194. num. 35.

2. Ambitio tollendo præcipitur Ministro Generali, alijsque Prælatis Ordinis Minorum S. Francisci Regularis Obseruantiæ, ne ad instantiam quorumuis etiam Imperatoris, cuique Religioso aliquam gratiam faciat, seù quicquam concedat.

Procurantes inhabiles declarantur prohibentur oblatos fauores recipere, & munera ad talem effectum exhibere. Paulus V. Const. 16. Admonemur, &c. in Bull. Rom. pag. 149. tom. 3.

3. Similem Const. innouauit pro eisdem Obseruantibus, & Reformatis simul Vrbanus VIII. ann. 16. 1639. Quibus pœnis subiacere vult etiam subditos fauores conquirentes, prout sequitur.

Contra Superiores Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, & reformatorum, qui fauores extra suum Ordinem attendentes, Officia, Dignitates, ac gratias concedunt. Et contra eosdem Fratres dictos fauores conquirentes, &c.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ADmonemur Pastoralis Officij Nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosis, qui

qui regularem vitam professi sæculo renuntiarunt, ad dignitates, & officia, per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus. Quocirca Motu proprio, & ex certa scientia nostræ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectis filijs Ministro Generali, Commissario Generali, ac Prouincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, & Reformatorum nuncup. Prælatis, nunc & pro tempore existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum tam laicarum, quam Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honores, & quacumque sæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiuis prædicti Ordinis Religioso vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, & administrationes, functiones, & Prælaturas eiusdem Ordinis concedere audeant.

Quinimò dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta, hac via, & his medijs, per conquisitos fauores, & suffragia aliquid sibi procurauerint, ad talia, & similia, ac etiam maiora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles declaramus.

Insuper dictis Religiosis, & Fratribus eiusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus, & expresse interdicimus, vt non solum in præmissis omnibus fauores huiusmodi minimè procurare, sed nec etiam spontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & similiter nec ad hunc effectum munera aliqua prædictis per-

sonis

ſonis exhibere audeant, ſeù præſumant. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis ſtatutis,& conſuetudinibus etiam iuramento,confirmatione Apoſtolicæ,vel quauis firmitate roboratis,cęteriſque contrarijs quibuſcunque.

Aut ſi eidem Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut diuiſum ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint,per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Volumus quod præſentium litterarum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis,eadem prorſus fides adhibeatur; quæ adhiberentur pręſentibus ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris,die 29. Iulij 1639. Pontificatus Noſtri anno Decimo ſexto.

M. A. Maraldus.

In Conſtitutionibus Ordinis fol. *366.*

Annus Nouitiatus.

SVMMARIVM.

Annus probationis, quare inſtitutus? num. 1.
Sumendus eſt à momento in momentum. n. 2.
In anno biſextili dies 24. *&* 25. *pro vna reputantur. n.* 3.
Annus debet eſſe continuatus. n. 4.
Non diſcontinuatur ex rationabili cauſa cum licentia Prælati. num. 5.

Dum

Dum modò non sit aliquorum mensium.ibid.
Annus Nouitiatus interrumpitur per quamcumque dimissionem habitus.num. 6.

ANnus probationis est institutus in fauorem Conuersi, seù fragilitatis humanæ, vt priùs quis experiatur vires suas , & asperitates Religionis ne inconsulte se inuinculet . Item in fauorem Conuentus , vt experiatur mores Conuersandi cap. ad Apostolicam de Regularibus , & cap. 2. eod. lib. 6.

2. Sumendus est annus Nouitiatus à momento in momentum, vnde qui suscepit habitum die prima Ianuarij post meridiem , non potest anno sequenti profiteri ante meridiem.Portell. in dub. Regular. v. Nouitij annus num. 48. Peyrin. de Prælat. q. 1. §. 4.

3. Annus prædictus includit diem superadditum in anno bisextili, nam anni computandi sunt secundum Ritum Ecclesiæ. Dies autem 24. & 25. pro vna reputantur ab Ecclesia. Mol. tom. 2. disp.573.Diana par.3.tract.2.res. 57. & par. 5. tom. 5. resol. 18.

4. Si non sit continuatus per annum integrum, sed interpollatum per tempus notabile non sufficit ad professionem . Grast. dec. p. 1. lib.3.cap.4.num.14.Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 2. q. 8.

5. Non discontinuatur si Nouitius rationabilis de causa cum licentia Prælati, & cum habitu extra Conuentum commoretur per aliquod tempus. Nau. lib. 3. cons. de Regular. cons. 42. Mirand.tom.1.manu.q.23. art. 5. Hunc tamen egressum etiam cum licentia Prelati si fit aliquorum mensium non esse tutum in praxi docent plures DD. apud Peyr. de Præl. q. 3.cap. 1. §. 4.

num. 10. eo quod continuitas anni probationis in Religione est de forma in his verò, quæ sunt de forma rigor iuris seruandus est. Barb. tract. Axiom. axiom. 100. secus si egressus fit per aliquos dies tantum, Peyrin. ibidem.

6. Interrumpitur annus Nouitiatus per quamcumque habitus dimissionem factam animo eum amplius non assumendi, licet postea intra eandem dimissionis diem pœniteat. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 15. num. 6. Portell. v. Nouitius num. 29. fallit tamen si ira commotus habitum dimisit, & breui placatus, facti pœnituit. Peyrin. loco cit. num. 10.

Appellatio.

SVMMARIVM.

In correctionibus, quoad mores appellatio executionem non retradat. num. 1.

Ordo appellationis obseruandus, sub nullitate appellationis, num. 2.

Quod etiam de recursu obseruandum est, numero 3.

Decretum contra temerè recurrentes. num. 4.

Pœna Rei indebitè recurrentis. num. 5.

Appellationes, siue oppositiones contra electiones Capitulares non fiant nisi in eodem Capitulo, vel infra quindecim dies post Capitulum, num. 6.

Confessis in Criminalibus, denegatur appellatio num. 7.

Accedens ad Superiorem ob iustum grauamen non est iudicandus Apostata. 8.

1. In

1 IN Correctionibus quoad mores appellatio executionem non retardat, ea propter ad vlteriora procedendum est. Concil. Trid. sess. 22. cap. de Reform. Vallisol. 1593.

2. Vbi appellationi locus sit à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Romanum Pontificem, Supremum in Ecclesia Iudicem, appelletur. Greg. XIII. Quoniam nostro, vel ad Sacram Congreg. Episc. & Regul. ex decreto eiusdem de anno 1587. apud Confett. fol. 311.

3. Quod etiam de recursu obseruandum est, ita vt Reis non liceat recursus ad Superiores maiores, nisi post sententiam ab inferiore latam, aliter seueriori pena plectendi sunt, *prout sequenti decreto Sacræ Congregationis Regularium contra Regulares ad Vrbem temerè leuiuè ex causa accedentes absque eorum Superiorum licentia sancitum est, videlicet.*

4. Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio, siue dum imminentem admissorum criminum penam ex suis Constitutionibus, aut alias debitam sibi metuunt falsa, & commentitia grauamina causari non ad immediatè sui Ordinis Superiores scilicet à grauamine Prioris ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem: à Generali ad Protectorem: prout cuiusque Religionis Constitutionibus disponitur, sed ad hanc Romanam Curiam absque licentia sæpius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo Ordinum disciplina relaxatur Prælati contemnuntur, & ipsi in dies audaciores euadunt.

Placuit Sacræ Regularium Congregationis ex Ordine Sanctissimi statuere, vt si quis Regularium imposterum temerè leuiuè ex Causa hanc Almam Vrbem, seù Curiam, absque sui Superio-

ris licentia,& ſupradicta forma prætermiſſa, adire præſumpſerit ad ſuos eoſdem Superiores, ſeueriori pœna plectendus remittatur.

F. Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus.

Georgius Palearius V. I. D. Secr.

Romæ ex Typographia R.C.A.1587.

5. Si Reus,non expectata ſententia, Superiorem adierit,ad Iudicem à quo receſſerit, remittatur,vt eius iudicium expectet, & tanquam Apoſtata puniatur. Valliſol.1593.

6. Ad præcauendas turbationes, & litigia, quæ oriri ſolent in Prouincijs occaſione oppoſitionum, quæ à nonnullis in tempeſtiuè fiunt contra electiones capitulares, decernitur, quod huiuſmodi oppoſitiones, ſiuè appellationes non fiant, niſi in eodem Capitulo, ſeu Congregatione, vel ad ſummum infra quindecim dies poſt Capitulum coram legitimo Superiore: quibus elapſis tales oppoſitiones amplius non admittantur; Sed potius opponentes tamquam calumniatores,& pacis turbatores habeantur, non obſtantibus quibuſcumque &c. Vt circa de elect. in 6. Concertationi, de appellat. in 6. Hoſtien. in Summ. lib. 2. de appellat. Valliſ. 1661.

7. Appellationis beneficium confeſſis in criminali denegatur. Pius V.Conſt. 24. Cum ſicut. 1566. &c.

8. Non eſt iudicandus Apoſtata Religioſus accedens ad Superiorem, ob iuſtum grauamen, de quo euidenter conſtat quia habet vim appellationis.H.Rodr.Reſolut.10.num.3.vbi citat plures Doctores, &c.

Ape-

Aperitio.

SVMMARIVM.

Superiores habeant clauem communem, qua subditorum cellas aperire, & visitare possint cum duobus discretis Conuentus num. 1.

1 SEruetur Apostolica Constitutio, qua Ministro Prouinciali in sua Prouincia, & Guardiano in suo Conuentu præcipitur, vt eorum quilibet clauem communem quę Magistra vocatur; apud se habeat, & sollicitè custodiat, quæ suorum subditorum cellas ad libitum, saltem cum duobus discretis Conuentus aperire ingredi, & visitare possit. Vrbanus Oct. Constitut. 94. tom. 4. pag. 65. Hoc idem cautum est pro Reformatis in eorum Constitutionibus Generalibus 1642. cap. 6. num. 10.

Apostata.

SVMMARIVM.

Apostata ipso iure sunt excommunicati num. 1.
Apostasia essentialis ratio in quo consistat. n. 2.
Apostata quando est de hæresi suspectus num. 3.
Apostata à Superioribus, singulis annis sunt perquirendi, vt ad Religionem reuertantur. n. 4.
Apostata Ordinis Minorum de obseruantia non sunt retinendi à Guardianis sub pena priuationis officij. num. 5.
Pœnę imposita contra Apostatas ad instantiam

personarum extra Ordinem non remittenda. num. 6.

1 PRæterea, quę in Constitutionibus Generalibus Ordinis, optimo iure sancita sunt de Apostatis à Religione c. 2. §. 8. distinguendo gradus Apostasiæ, ac declarando illos excommunicatos, cum ipso iure sint excommunicati. Glos. in cap. vt periculosa, ne Clerici, vel Monaci in 6. Innocent. IV. vt Apostatas Bulla 7. in Bullar. Rodr. pag. 151.

2. Sciendum est breuiter, quod Apostasiæ essentialis ratio consistit in eo, quod quis recedat à Religione, animo deserendi illam Valent. 22. disp. 1. q. 12. punct. 1. & Sanchez lib. 6. in decal. cap. 8. num. 5. ea propter non est propriè Apostata, qui sine licentia Prælati è Conuentu egreditur, animo reuertendi, sed est tantum fugitiuus, vel vagus. Aragon. 22. q. 12. art. 1. Nihilominus per statuta nostri Ordinis, contra huiusmodi, & nomen, & pœna Apostatarum extenduntur. Triden. sess. 25. de reg. cap. 4. Sanctorus in comment. fol. 237.

3. Apostata perseuerans in Apostasia, etsi consequenter in excommunicatione per annum insordescat, est de hæresi suspectus, vnde contra illum procedere possunt Inquisitores. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 6. num. 24. Graff. decis. lib. 3. cap. 5. n. 83. vbi citat cap. grauem de pęnis Diana par. 4. tract. 7. resol. 5.

4. Apostatę sunt singulis annis à Superioribus perquirendi, vt ad Religionem reuertantur, quod si nolint amicabiliter redire, tenentur dicti Superiores, sub pęna priuationis officij eos cogere. Vrban. Oct. Constit. 26. §. 4. quæ est de Regular. Apostatis, & eiectis pag. 41. tom. 4.

5. Apo-

5. Apostatæ Minorum de Obseruantia Cismont. familiæ nec recipiantur, nec retineantur in alienis Prouincijs, ad quas quomodocumque confugerint, sed vbi primum fuerint absoluti, iuxta consuetudinem, & Ordinis Constitutiones, ad proprias remittantur, sub pęna priuationis Officiorum Prouincialis, siuè Guardiani, aut cuiuscumque alterius Superiori, ipso facto incurrenda. Vrban. Oct. Constitut. 49. pag. 64. tom. 4.

6. Demum circa Apostatas, aliosque delinquentes obseruetur omninò Breue fel. record. Pauli V. Admonemur, contra Superiores nostri Ordinis promulgatum, in quo ordinatur, vt ad instantiam personarum quarumcumque extra ordinem constitutarum nullo modo remittuntur pęnæ eis impositæ Vrban. Oct. Constitut. 49. pag. 65. tom. 4. &c.

Apostoli.

SVMMARIVM.

Quinam dicantur Apostoli? num. 1.
Apostolorum species sunt quinque. num. 2.
Petendi sunt intra triginta dies. num. 3.
Iudex intra dictum terminum tenetur Apostolos concedere. num. 4.
Si Prælatus renuat Apostolos concedere, quid agere debeat Appellans. num. 5.

1 Apostoli dicuntur litteræ dimissoriæ, quas vnus Iudex ad alium dimittit, sicut etiam dicimus de Apostolis, quod à Deo, vel de Cęlo missi fuerint gloss. petat in cap. 1.

de appellat. lib. 6. Panorm. in prax. cap. 114.

2. Quinque sunt Apostolorum spicies scilicet, Dimissorij, Refutorij, Reuerentiales, Conuentionales, & Testimoniales. Ghisil. de Iud. Reg. cap. 15. à num. 4. quorum omnium formam vide apud Peyrin. in formul. litt. A. cap. 15. &c.

3. Sunt petendi intra triginta dies infrà quos si non petantur videtur appellationi renunciatum gloss. petat, in cap. 1. de appellat. cit.

4. Tenetur Iudex intra dictum terminum Apostolos cum debita Instantia sæpius petitos loco, & tempore congruo concedere, alioquin potest appellans suam appellationem prosequi. Clem. quamuis. §. quod si Iudex de appellat.

5. Si Prælatus renuat dare Apostolos debet appellans illos petere coram persona fide digna, quæ tenetur appellanti testimoniales concedere Peyrin. tom. 1. Relig. q. 1. cap. 20. & loco cit. n. 4. de Relig. tract. 1. lib. 3. cap. 1. n. 7. reliqua in V. Appellatio.

Auditor Cameræ.

SVMMARIVM.

In sex casibus potest concedere Monitoria, & inhibitiones in causis Regularium. n. 1.

Vbi de Regulari disciplina agitur A. C. non procedit in causis Regularium, n. 2.

Hoc idem dicendum est de Nuncijs Apostolicis. num. 3.

Sacr. Congregat. declarat A. C. se immiscere non posse in prima instantia in causis Regularium. num. 4.

Nec

Nec in grauaminibus Prælatorum, nisi citato prius Procuratore Ordinis. n. 5.

Rationes, quare non expedit, vt Religiosi in suis causis litigent extra Ordinem. n. 6.

Resolutio de Commissionibus Signaturæ Iustitiæ. num. 7.

QVæritur, An in causis Regularium concedenda sint monitoria, & inhibitiones à Tribunali Auditoris Cameræ, vel Commissiones à Signatura Iustitiæ, & quatenus concedenda, quomodo, & cum quibus clausulis.

1. Pro cuius faciliori solutione videntur excludendi aliquot casus non dubij, in quibus A.C. potest concedere Monitoria, & inhibitiones in causis, & negotijs Regularium, quibus exceptis, ponetur Resolutoi Sacræ Congregationis.

Primus igitur casus non dubius est in Regularibus Monasteriorum Episcopis subiectorum, prout sunt plures Abbatiæ, & Monasteria in Germania, Belgio, & Polonia in Congregationem non redacta, quæ nulla potiuntur prærogatiua exemptionis sed Episcopis Diœcesanis sunt subiecta, quemadmodum erant Monasteria omnia de iure veteri. c. Si quis Abbas, & c. Abbates 18. q. 2. cap. qui verè in fin. 26. q. 1. Nam si in eorum causis ordinarijs Episcopus pronunciauerit à tali sententia potest appellari, vel ad Metropolitanum. c. licet in corrigendis, de Officio Ord. vel ad Papam omisso medio, & tunc poterit procedere, & inhibitiones cõcedere A.C. qui est Iudex ordinarius appellationum, quæ à sententijs per quoscumque Ordinarios latis, etiam extra Statum Ecclesiasticum ad Sedem Apostolicam interponuntur, vt in Bulla 28. Pauli V. ad eximiæ fidelitatis §. 16. in Bullario tom. 3. pag. 212.

Secundus casus non dubius est, in causis ordinarijs, & talem iudicariam requirentibus, quæ vertuntur inter diuersas Religiones, nam Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in huiusmodi causis se non ingerit cum in Bulla Sixti V. super institutione Congregationis Regularium §. 1. statutum sit per hæc formalia verba. Audiant itidem, ac decidant prædicti Cardinales, causas, & controuersias inter prædictos ordines vertentes, siuè in vniuersum, siuè ratione particularium locorum, dummodò formam iudicariam non requirant, in Bullario tom. 2. pag. 615. Quare in causis prædictis vna Religio conuenienda erit coram suo Conseruatore, si illum habeat, alioquin coram loci Ordinario, ad præscriptum Constitutionis Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, & Auditor Cameræ erit Iudex competens in causa appellationis ad Sedem Apostolicam, interpositæ à sententia per Conseruatorem, vel Ordinarium lata, vt in dicto §. 10. Bullæ Pauli V.

Tertius casus non dubius est, cum lis, & causa vertitur inter Regulares, & sæculares, siuè Clericos, siue laicos; nam si Regulares sint, conueniendi sunt coram suo Conseruatore, vel Ordinario, vt dictum est in casu præcedenti; si verò sint Actores, & agant contra laicum, tenentur sequi forum rei cap. Si Clericus Laicum, de foro compet. & tunc extra statum Ecclesiast. à sententia Iudicis laici appellatur ad Superiores Iudices laicos gradatim, vt in d.l.Imperatores ff. de appellat. non autem ad Curiam, seu ad Auditorē Cameræ, sed in Statu Ecclesiastico potest appellari ad Sedem ex d. Bulla 28. Pauli V. §. 10. Si verò Reus sit Clericus, conueniendus erit coram suo Ordinario in prima instantia, vt in Concilio Trident.

dent. sess. 24. cap. 20. & in secunda instantia appellari poterit, omisso medio, ad Papam; & in vtroque casu in gradu appellationis ad Sedem interpositæ, Auditor Cameræ est Iudex competens ex dicto §. 10.

Quartus casus est, in causis Prælatorum Regularium, qui generalibus capitulis, aut Episcopis non subsunt nec suos habentes ordinarios Regulares Visitatores, sed sua immediata Sedis Apostolicæ protectione existunt, de quibus in Concil. Trid. c. 8. sess. de Regularibus. Has enim causas in prima instantia cognoscere possunt tam Legati, & nuncij Apostolici, quàm ipse A.C. tanquam Iudex ordinarius exemptorum, vt in dicta Bulla 28. Pauli V. §. 12. Et quamuis in hoc casu facultatem habeat priuatiuè quoad omnes, vt ibi disponitur, tamen in his procedunt etiam Lagati, & Nuncij ex speciali facultate, quam habent à Sede Apostolica, ideoque inter eos, & Auditorem Cameræ, cum iurisdictio sit cumulatiua, est locus præuentioni, arg. c. Præposuisti, de iur. compet. cum concordan. de quibus ibi in glos. 1. Et in monitorijs apponenda esset clausula, quatenus lis non pendeat. Alioquin præsentes litteræ minimè suffragentur. Quod si Legati, & Nuncij in causa præuenerint, ab eorum sententijs appellabitur ad Sedem Apostolicam, & in secunda Instãtia Auditor Cameræ erit, Iudex competens iuxtà suas facultates.

Quintus casus est, cum agitur & debitis in Curia contractis, aut de Salario, seu contractu in ipsa initio, nam A. C. potest citare, & monere ad satisfaciendum Curiales, Ecclesiasticos, sæculares vel Regulares etiam ab ipsa Curia absentes pro quibusuis rebus, & pecuniarum summis ad instantiam quorumuis etiam absen-

tium, vt disertis verbis cauetur in eadem Bulla §. 10.

Sextus casus est, vbi agitur de executione litterarum Apostolicarum, vel decretorum, seu declarationum Congregationum, quia A. C. pro huiusmodi executione dat monitoria etiam in causis, & negotijs Regularium, ex eadem Bulla 28. Pauli Quinti §. 14, & expedit, vt hæc facultas ei conseruetur, quia fauorabilis est Religionibus quæ hoc præsidio se tuentur aduersus eos, qui earum priuilegia conuellere, aut lædere moliuntur. Hinc tamen in dies oriuntur multa inconuenientia, quia cum Religiones ferè omnes habeant Constitutiones à Sede Apostolica confirmatas, & innumera quasi priuilegia, & monitoria concedantur in genere contra quoscumque nullaque expressa causa, indè fit, vt nullum sit negotium, in quo prætextu executionis alicuius statuti, vel priuilegij, aut declarationis extorqueri non possit monitorium. Vndè multoties contigit, vt in actu celebrationis Capituli, vel electionis etiam in partibus vltramontanis præsentata fuerint monitoria non sine graui turbatione, & scandalo. Et sæpè etiam Ordinarijs, & Nuncij manus ligatæ fuerunt in causis in eorum tribunali pendentibus, & in calculo ferendi sententias. Quare prouisum est expedire, vt de cætero pro executione huiusmodi, non dentur monitoria, nisi expressis personis, contra quas, & ex qua causa, & cum clausula. Quatenus lis non pendeat: litè autem pendente, dari quidem possint sine prædicta clausula, sed nonnisi parte citata, & audita.

His additi fuerunt duo alij casus, in quibus A. C. procedit in causis Regularium, videlicet cum Rei spontè se constituunt in illius carceribus, & in

in criminibus atrocibus in quibus procedere poteſt ex particulari oraculo Sanctiſſimi eidem, notificato per Secretarium Sacræ Congregationis; hic tamen vltimus caſus non eſt ex vi ſuarum facultatum, ſed ex ſpeciali commiſſione.

2. Vice verſa Auditor Cameræ non procedit in cauſis Regularium, nempè vbi de Regulari diſciplina, & morum correctione agitur; hæc enim ſpectant ad Abbatem, etiamſi Monaſterium eſset Epiſcopo ſubiectum cap. corripiantur 24. q. Vnde A. C. in his non poteſt ſe ingerere in prima, inſtantia, ſed neque in gradu appellationis, quia in prædictis (niſi ad ſit exceſsus) non datnr appellatio, vt in c. Reprehenſibilis, vbi ſic habetur. Præcipuè verò hoc in Religioſis volumus obſeruari, nec Religioſi cum pro aliquo exceſsu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati ſui, & Capituli diſciplinam appellare præſumant, ſed humiliter, ac deuotè ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua fuerit eiſdem iniunctum.

3. Hoc idem dicendum eſt de Nuncijs Apoſtolicis, quia non poſsunt amplius cognoſcere, in prima inſtantia, de cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus. Concil. Trident. ſeſs. 25. c. 20. Imò Regulares ad ſe recurrentes remittere, debent ſuis Superioribus, vt pluries deciſum eſt à Sac. Congreg. 1602. 1604. Floſculi v. Nuncius num. 8.

Excluſis itaq; præfatis caſibus, in quibus nulla eſt dubitatio: propoſitum dubium reſtringitur ad cauſas ordinarias tàm Ciuiles, quàm criminales, quæ vertuntur inter Religioſos eiuſdem Ordinis, vel inter ſubditos, vel inter ſubditum, & Prælatũ, vel inter ſubditos, & Capitulũ, vel inter Monaſteriũ, & Monaſteriũ, vel inter Prouinciã, & Prouinciam, vel alias quomodolibet. Ea propter

Die

Die 5. Iulij 1650.

4. Sacra Congregatio Cardinalium, & Prælatorum super appellationibus, & inhibitionibus Tribunalis Auditoris Cameræ, & aliorum Tribunalium Curiæ Romanæ à fan. mem. Vrbano Octauo deputata, & à Sanctissimo D N. Innocentio X. renouata in hanc deuenit sententiam, & resolutionem, videlicet.

In causis Regularium eiusdem Religionis, siue sint inter subditos, siue inter subditum, & Prælatum, siue inter Monasterium, & Monasterium, siue alias quomodolibet, Auditorem Cameræ se immiscere non posse in prima instantia, &c.

Hoc Decretum congruit cum Bulla Sixti V. Erectionis Sacræ Congregationis Regularium, in Bullario to. 2. pag. 613. vbi in §. 1. sic legitur. Causas verò, quas inter ipsos Religiosos oriri contigerit, iuxtà quarumcumque Religionum instituta, eorumque dispositionem Superioris illorum definiant, atque terminent.

5. Verumtamen in eadem Sacra Congregatione habita die 19. Iulij 1650. tantummodò fuit prouisum, vt in casibus, in quibus Auditor Cameræ potest appellationes recipere à sententijs, & grauaminibus Prælatorum Regularium, inhibitiones minimè decernat, nec Præfectus Signaturæ Iustitiæ det Commissiones, nisi citato prius Procuratore Ordinis.

6. Et sanè expedire non videtur, vt Religiosi in suis causis litigent extra Ordinem, quia sic datur eis materia vagandi extra claustra, & discurrendi per Curias, contra Canones, vt c. Si cupis, &c Placuit communi 16. q. 1. c. Monachi, de stat. Monachor. Clement. ne in agro, §. Quia verò eod. tit. cum multis concordantibus. Tum quia propter

pter ingentes sumptus, qui fiunt in litibus prosequendis, coguntur pecunias, quandoque etiam illicitis medijs sibi comparare, & proprietatem habere, contra c.ad Monasterium, de stat. Monachorum. Tum quia eorum delicta sic publicantur in sæculo cum ignominia Religionum, & scandalo sæcularium contra cap. in scripturis 96. dist. vbi refertur Constantinum dixisse: Verè si proprijs oculis vidissem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monastico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. Tum denique quia ex hoc eneruatur monastica desciplina, & Prælatis Regularibus debita subtrahitur obedientia contra tex. in c. Repræhensibilis, supra eodem.

7. Ex his resultat etiam Resolutio ad secundum dubium de commissionibus Signaturæ Iustitiæ, quia videtur non expedire, vt causæ Religionum extra Ordines committantur. P. Pagnan. in 2. lib. Decretalium tom. 3. de Appell. c. de Priore, n. 15. & seq. fol. 243.

Augere.

SVMMARIVM.

Familiæ præscriptæ Monasteriorum, etiam prætextu augumenti redditüum, augeri non possunt. num. 1.

Ministri Prouinciales Minorum de Obseruantia ex priuilegio Pauli Quinti possunt augere, & minuere familias Conuentuum. numero 2.

1 Au-

1 AVgere non possunt Superiores numerum Regularium cuique Domui præscriptum etiam prætextu augumenti reddituum sine licentia Sacræ Congregationis Vrban. VIII. Constitut. 43. quæ est de celebratione Missarum §. 3. tom. 4.

2. Ministri verò Fratrum Minorum de Obseruantia vnà cum Diffinitorio in capitulis, & Congregationibus, attenta paupertate Conuentuum, & locorum possunt augere, & minuere dictam præfixionem familiæ, iuxtà quantitatem eleemosynarũ, ex concessione Pauli Quinti factæ Ministro Generali Archangelo de Messana die 26. Nouembris 1606. & sic deinceps obseruatum est in familia Cismontana Minorum de Obseruantia, quæ viuit ex Piorum eleemosynis, absq; vlla contradictione Visitationis Apostolicæ peractæ tempore san. mem. Innocentij Papæ Decimi. In Regesto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium fol. 46.

Baldachinum.

SVMMARIVM.

Regulares non possunt impedire Episcopum, ne erigat Baldachinum in Ecclesia illorum. n. 1.
Hoc tamen non extenditur ad Vicarios Episcoporum. num. 2.

1 DE iure communi Episcopi possunt aliquando erigere Baldachinum in Ecclesijs Regularium, & per Decretum Apostolicum emanatum die 10. Iunij 1603. nihil de nouo conceditur Dominis Episcopis, sed solum declaratur, quod

quod possint censuris compelli Regulares,& alij exempti nolentes assentiri vsui Baldachini, ita notant Pasqualig. in Addit. Laureti de Franchis p.1.num.381.Tambur.de iur.Abbat.tom.1.disp. 16.n.5.in regest.Episc.& Reg.fol.35.

2. Hoc autem non debet extendi ad Vicarios Episcoporum, etiam absente Episcopo,ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum die 10. Iulij 1621.quæ declarauit non posse inuitis Regularibus erigere Baldachinum. Pasqualig. vbi sup.num.382.

Bannitus.

SVMMARIVM.

Regulares prohibentur receptare, & retinere in Conuentibus Bannitos, fallitos, & ære alieno grauatos sub pœna priuat. officiorum. numer.1.

Subditi recipientes, triennio voti priuationem incurrunt.num.2.

Limita,nisi confugientes sint Procuratores Conuentuum,tot eorum filij: vel nisi confugiant ob rixam, donec se componant, &c. ibib.

1 REgulares prohibentur receptare, & retinere in Conuentibus Bannitos, fallitos, & ære alieno grauatos sub pœna priuationis officiorum, vocisq; actiuæ, & passiuæ, *prout in sequenti Epistola,de mandato Papa Pauli Quinti transmissa ad Nuncium Neapolis.videlicet.*

Mol-

Molt'Illustre, &c.

BEnche N.S. vogli, che sia osseruata l'Immunità Ecclesiastica, e la Constitution e di Gregorio XIV. fel. mem. sia eseguita come stà, non li piace però, che le Chiese, ne gl'altri luoghi Sacri seruano di asilo, ne di recettacolo à tristi, onde mi hà commandato di scriuere à V. S. che faccia prohibire, & intimare per parte di Sua Beatitudine, alli Superiori de Monasteri de' Regolari di tutti gl'Ordini, col mezzo degli Ordinarij, ò come meglio parerà à lei, che per l'auuenire non diano ricetto à sorte alcuna di Condennati, Banditi, ladri, ò altre genti di mal'affare, ne à falliti, e debitori sotto pena della priuatione dell'officio, e di voce attiua, e passiua, se si hauerà notitia del ricetto, ancorche non siano trouati questi tali nelli Monasterij, e sotto altre pene ancor maggiori ad arbitrio della Santità Sua, e vuole in oltre che sia auuertito di punir quelli, che haueranno ardire di contrauenire à quest'ordine. Potrà dunque V. S. far publicare nel modo sudetto la detta prohibitione nelli luoghi, doue ne sarà maggior bisogno, e di mano in mano per tutto, acciò non se ne possa pretendere ignoranza, & il Signore la consoli. Di Roma li 13. Agosto 1613.

Di V. S.

Come fratello affettionatissimo
Il Cardinal Sauli.

Questa lettera fù scritta d'ordine di Papa Paolo V. à Monsignor Nuncio di Napoli. In Lucerna Regularium v. Receptatio, Lezzana v. Bannitus. Regesto S C. Episcop. & Regularium fol. 55.

2. Si autem subditi sint, qui recipiunt, trien-

nio.

nio voti priuationem incurrunt apud Fratres Reformatos, prout in eorum Statutis 1642. cap. 3. num. 22. limita nisi confugientes essent Syndici, seù Procuratores Conuentuum, vel eorum filij, quia isti maximis gaudent priuilegijs prout v. Syndicus, Clemens VII. Dum consideramus, Bullarium Rom. tom. 1. pag. 492. limita secundo, nisi confugiant per aliquot dies ob merum carcerationis post rixam, donec se componant, vel per aliquod simile, quia in eiusmodi casibus non computantur inter Bannitos, & decoctores, seù fallitos, &c. donec sint declarati per Edictum.

Beatificatio, Imagines, Canonizatio.

SVMMARIVM.

Praxis pro Beatificatione, vel Canonizatione Sanctorum. num. 1.

Circa Imagines, declarat non esse exponendas cum aureolæ, donec, &c. Nec imprimi gesta miracula, nec apponi tabellas, &c. Apponitur pœna contra transgressores. num. 2.

Circa Formam, & habitum sacrarum Imaginum prohibentur ne exponantur cum alio habitu, & forma, quam Ecclesia Catholica, ab antiquo tempore consueuit. n. 3.

Nec cum habitu peculiari alicuius ordinis Regularis, nec Imagines prophanæ in Ecclesia exponantur, quæ omnia obseruanda sunt sub pœna excommunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ. num. 4.

1. Pra-

1 PRaxis Sac. Rituum Congregationis pro Beatificatione, vel Canonizatione Sanctorum talis est.

De hoc tractari non potest, nisi post 40.annos à morte Serui Dei, & tunc nonnisi ex speciali concessione Summi Pontificis.

Inhibet formari processus, formatosque aperiri, nisi à specialibus delegatis: Interim tantum conceditur, quod Ordinarius instruere possit Processus in genere ad examinandum, an concedi possit instructio Processus in specie, ne occasione dilationis pereant probationes.

Prohibetur omnibus, ne informationes super sanctitate alicuius defuncti capere præsumant.

Is verò, cui miraculum aliquod narrabitur sub sigillo secreti recipiat, & secreto ad Episcopum loci transmittat.

Concessi processus in specie, transmittendi sunt ad Sedem Apostolicam in Sacra Rituum Congregatione examinandi, quoad ipsorum validitatem tantum.

Deindè absque processu ad vlteriora sigillandi sigillo eiusdem Sacræ Congregationis, & asseruandi vsque ad præfinitum tempus examinata prius vitæ sanctitate. Declarat tempus ad Canonizationem necessarium esse centum annorum. Peyrin. tom. 2. fol. 447. Pasqual. ad Lauret. de Franch. n. 1195. Nicola v. Canonizare, in regesto Sacræ Congreg. Rit. fol. 75.

CIRCA IMAGINES.

2 VRbanus Papa Octauus in Constitut. 132. Cælestis Hierusalem Ciues, quæ habetur in Appendice Bullarij Romani tom. 4. fol. 38. Declarat, & confirmat Decreta edita circa Processus

cessus pro Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum conficiendos, videlicet.

Quod imaginibus defunctorum, qui in bona sanctitatis fama decesserunt non possunt apponi Aureolæ, nec in Oratorijs, aut locis publicis exponi, donec Beati declarentur à Sede Apostolica, & si quæ appositæ sunt omnino amoueantur.

Nec imprimi gesta, miracula, & reuelationes eorumdem sine recognitione, & approbatione Ordinarij, nec etiam apponi Tabellæ ad eorum sepulcra, ac lampades accendi.

Excipiuntur ij, quos à longissimo tempore Apostolica Sedes, vel Ordinarij tollerarunt.

Tabellæ tamen recipi possunt, ac in locum extra Ecclesiam custodiendæ sunt. Pœna contra transgressores, si Regulares fuerint est priuationis suorum officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ necnon suspensionis à Diuinis in Bullario Romano tom.4.pag.54.

3. Circa formam, & habitum Sacrarum Imaginum adest Constitutio præfati Vrbani Papæ Octaui in append. Bullarij Romani pag.22. Sacrosancta, &c. in qua prohibet, quod Imagines D N. Iesu Christi, Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Euangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum quorumcũq; sculpere, aut pingere, vel sculpi, aut pingi facere, aut antè hac sculptas, aut pictas, & alias quomodolibet effictas tenere, seù publico aspectui exponere, aut vestire, cum alio habitu, & forma, quàm Ecclesia Catholica ab antiquo tẽpore consueuit.

4. Nec etiam cum habitu peculiari alicuius Ordinis Regularis: Ac vt Imagines aliter pictæ, ab Ecclesijs amoueantur, nec exponantur in eisdem, ac earum Frontispicijs, & Atrijs Imagines prophanę, vel alia indecentiã, & inhonestatẽ prę-

fese-

ſeſerentia. Quæ omnia obſeruanda ſunt ſub pœnis excomm. priuationis officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ.

Beati.

SVMMARIVM.

Beatorum Imagines, Tabellæ, &c. in Eccleſijs, non exponantur inconſulta Sede Apoſtolica. num. 1.

Obtenta facultate exponendi, non ſuper Altari, ſed tantùm in pariete collocentur. n. 2.

Eorumdem obtenta Altarium erectione, non tamen poteſt de illis celebrari officium, & Miſſa, abſque expreſſa facultate. num. 3.

Cultus conceſſus pro vno loco, non extendatur ad alium, inconſulto Pontifice. num. 4.

Vbi permiſſum fuit Beatos prædictos ab omnibus coli, non tamen publica officij recitatio eſt conceſſa, ſed tantum priuata. num. 5.

Miſſa indultæ certis Presbyteris Regularibus, vel Sæcularibus alicuius loci à confluentibus Sacerdotibus, minimè celebrentur. num. 6.

Dies feſti Beatorum non celebrentur, abſque indulto Apoſtolico. num. 7.

Non apponantur in Kalendario niſi illius tantum loci in quo Officium, & Miſſa de eiſdem celebratur. num. 8.

Particularia ſuffragia eorumdem, in Eccleſiaſticis precibus non recitentur. num. 9.

Nec inuocentur in publicis precibus præter indultas à Sede Apoſtolica. num. 10.

Nec in Proceſſionibus eorumdem Reliquiæ circumferantur. num. 11.

Sac.

Decretum super cultu Beatis adhuc non Canonizatis præstando.

AD aures Eminentissimorum Patrum Congregationis Sac. Rituum plures deuenerunt qui patrantur Indultorum excessus in materia præstationis cultus Beatis adhuc non Canonizatis, quamobrem eos eliminare, ac ne in futurum inducantur prouidere studentes, ad infrascripta deuenerunt Decreta, &

1. Quod eorumdem Beatorum Imagines, etiam non principaliter, & vti supplices appositę simulacra, Picturæ, Tabellæ, aut scripturę eorum præclara gesta repræsentantes, aut referentes, in Ecclesijs, Sacrarijs, & Oratorijs quibuscumque, & præsertim in quibus Missæ sacrificium, vel alia Diuina Officia peraguntur, Inconsulta Sede Apost. nullo pacto exponantur.

2. Quòd vbi indultum fuerit per Sedem Apostol. Imagines, simulacra, pictasque Tabellas in Ecclesijs poni, & coli posse, in pariete tantum, non autem super Altari, collocandi facultas tributa censeatur.

3. Quòd

3. Quòd si concessa fuerit per eandem Sedem Apostolicam Altarium erectio, non tamen ob id missam, & officium de prædictis Beatis celebrandi, vel recitandi facultas tradita præsumatur; etenim specifica, & expressa concessio super his præcedere debet.

4. Vbi in vno loco cultus fuerit concessus, non extendatur inconsulto Pontifice, ad alium locum, quauis alia concurrente auctoritate.

5. In locis, vbi Beatos, prædictos ab omnibus coli permissum fuit, non inde publica officij recitatio permissa censeatur, sed tantummodo priuata; nec satisfactoria præcepto recitationis, nisi quoad illos quibus Sedes Apostolica de hoc indulserit.

6. Missæ pariter, quæ fuerint indultæ certis personis, nempè Presbyteris Regularibus, vel Sæcularibus alicuius loci, vel Monasterij, seù Presbyteris alicuius Ecclesiæ seruitio præcipuè addictis, à confluentibus Sacerdotibus, quauis dignitate (etiam Cardinalatus) insignitis, minimè celebrentur.

7. Dies festi in Beatorum eorumdem memoriam non celebrentur, nisi speciali Indulto Apostolico prouisum fuerit.

8. Eorumdem nomina in Calendarijs non apponantur, nisi illius tantùm loci, earumque personarum in quo, & à quibus cultus cum officio, & missa celebretur.

9. In quibusuis Ecclesiasticis precibus, etiam in Oratorijs priuatis recitandis, particularia eorumdem suffragia non apponantur, vel recitentur.

10. Publicis in precibus, præter indultas, & à Sede Apostolica approbatas, ijdem Beati non inuocentur.

11. Eo-

11 Eorumdemque Reliquię in Processionibus minimè circumferantur.

12 Sacra eadem Congreg. præsentibus declarare, & iussione remouere non intendit Cultum Beatis per communem Ecclesiæ consensum; vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta; vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, ac tolerantiam Sedis Apost.aut Ordinariorum hactenus præstitum, ac certis modo, & forma ab eo tempore eis exhibitum. Verum si à centum annis citra cultus huiusmodi, aliqua ex parte constiterit auctus, & extensus, eo casu Sac. eadem Congr. eumdem in pristinum reduci iubet, prout quemuis cultũ, extra casus predictos, ad expressa tantum verbaliter in Apostolicis indultis omninò reuocari mandat sub pœnis, &c.

14 Firmis quoque remanentibus Decretis, nempè ne Beati in Patronos eligantur, ne eorum Natalitia cum octauis celebrentur, & alijs quibuscumque à Sac.Congregat.hactenus emanatis, quæ præsenti Decreto renouantur.

14 His autem Sanctissimo relatis, & in Congregatione Sac. Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinalem Sacchettum accuratè perlectis, maturèque discussis, Sanctitas sua ea approbauit, & pro omnimoda eorum obseruatione, mandauit typis imprimi, ad valuas affigi, & publicari, vt elapso termino, sex mensium, à die publicationis eorumdem, omnes, & singulos afficiant, & arctent, ac si omnibus, & singulis eadem exhibita, & personaliter præsentata, intimata, seù notificata fuissent.

15 Indulsitque locorum ordinarijs, vt auctoritate Sedis Apostolicæ possint, imò debeant Sæ-

culares, & Regulares quoſcumque quantumuis exemptus, etiam Societatis Ieſu, S. Antonij Vienen. & S. Ioannis Hieroſolymitani, ac reliquos omnes, ſpeciali expreſſione indigentes, etiam ſub cenſuris compellere. Cumque aliqui nulli ſubdãtur Epiſcopo qui eos, ſi exceſſerint, coercere valeant, eo caſu à Sedis Apoſtolicæ Nuncijs ſi aderint, ſin minus ab Archiepiſcopis, in eorum Prouincijs, vel ab Epiſcopis Romano tantum Pontifici ſubiectis, intrà, vel propè quorum Diœceſis limites, eorum Eccleſiæ, vel Monaſteria ſita fuerint, tanquam à Sede Apoſtolica Delegatis ad huiuſmodi Decretorum obſeruationem prædicti omninò cogantur. Die 27. Semptembris 1659.

Iulius Epiſcopus Sabinen. Card. Sacchetus.

F. M. Phœbeus Sac. Rit. Congreg. Secret.

Fuit impreſſum Romæ, In regeſto huius Congreg. fol. 148.

Declaratio præfati Decreti ſuper cultu Beatis adhuc non Canonizatis præſtando.

ALlatis ad Sac. Rit. Congregationem dubijs circa obſeruationem, & intelligentiam Decreti ſuper cultu Beatis adhuc non canonizatis præſtando, editi die 27. Septembris 1659. & publicati 3. Februarij præſentis anni 1660.

Primò. An vbi indultum fuerit, vt Miſſa de aliquo Beato celebretur, liceat eius Imaginem, & ſimulacrum ſuper Altari exponere, necnon votiuas Tabellas ibidem appendere?

Secundò. An Dies Feſti in Beatorum honorẽ non celebrentur, extendatur ad feſta deuotionis?

Tertiò. An indulta recitandi officium cum

octaua,

octaua, vel sine octaua, & celebrandi Missam de Beatis, fuerint reuocata per dictum Decretum Sacræ Congregationis?

Quartò. An in Ecclesijs in quibus Officium, & Missa de Beatis recitari, ac respectiuè celebrari, possunt, liceat eorum Reliquias exponere?

Quintò. An Episcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apostolicæ gaudent priuilegijs suæ Religionis de quibus sunt capaces pro eorum conditione, possunt de Beatis suæ Religionis recitare Officium, & in proprijs Cathedralibus Missam celebrare, & Altare Beatis prædictis erigere.

Sac. Rituum Congregatio respondit.

Ad Primum, affirmatiuè.
Ad Secundum, negatiuè.
Ad Tertium, pariter negatiuè.
Ad Quartum, affirmatiuè.
Ad Quintum negatiuè. Die 17. Aprilis 1660. Iulius Episc. Sabinen. Card. Sacchettus. Loco † sigilli. F. M. Phœb. Sacr. Rit. Congreg. Secr. &c. Gratis etiam quoad scripturam. Romæ ex Typographia Reu. Cam. Apost. 1660.

Benedictio.

SVMMARIVM.

Prælati Fratrum Minorum quænam benedicere possunt. n. 1.
Benedicere nequeunt paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum. n. 2.
Circa benedictionem ouorum, & purificationem mulierum Sac. Congreg. declarauit id facere posse.

posse.num.3.

Formula benedictionis vestium personarum sęcularium, quas Prælati benedicere possunt. n.4.

Benedictio Cinguli pro Cordigeris. n.5.

Benedictio Coronæ, aut Rosarij. n.6.

Benedictio oliuarum in die S.Petri Martiris, contra tempestates.n.7.

1 PRælati Fratrum Minorum Obseruantiæ possunt benedicere omnia, & singula eiusdem Ordinis, & Obseruantiæ Ecclesijs, Cæmeteria, Capitula, & Oratoria, vbicunque existentia, & alia quæcunque ad diuinum cultum, & vsum fratrum necessaria (præter Calices, patenas, & campanas) pro eorumdem fratrum vsu tantum. Leo X.Religionis suadet honestas, &c. apud Confect.fol.116.

2 Benedicere nequeunt Paramenta Ecclesiarum, non sibi subditarum Abbates, Pręlati, & Superiores Regularium, ex declaratione Sac.Congregationis Rituum die 24. Augusti 1609. apud Gauant.in decretis, quæ ad missam pertinent n.13.Lezan.v.Benedictio num.8.ea propter cautè legendi sunt, qui extendunt hanc facultatem ad paramenta aliarum Ecclesiarum.

3 Circa benedictionem ouorum, & purificationem mulierum, declarauit Sacra Congregatio Concilij 2 Iulij 1621. in responsione super 14. dubia posita in controuersia ab Archiepiscopo Bonon. contra Regulares, posse id facere, prout iam vsus obtinuit.Peyrin.tom.2.fol.212.Pasqualig.in Addit.ad quæst.69.Laureti de Franch. p.2. fol.521.In regesto Concil.Trident.fol.155.

4 Possunt etiam *benedicere vestes personarum sæcularium*, & quia frequenter accidit casus, operę pretium duxi ponere in hoc Theatro benedi-

nedictionem desumptam à Ccmpendio Cæremoniarum Francisci Mariæ de Capellis fol.275. quæ vulgò dicitur S.Vbaldi.

Adiutorium, &c.
Domine exaudi, &c.

EXorcizo vos creaturas diuersas indumentorum per eum, qui vos parauit ad ornamentum generis humani, vt sitis Indumenta bene†dicta, pu † ra, & mun† da ab omni virtute Diaboli, & Ministrorum eius, & ab omnibus facturis, & maleficijs cuiuscumque generis sint, vt vires Diaboli retinere non possitis, sed sitis in nomine Diui Vbaldi induměta pu†ra, bene†dicta, & san†cti†ficata, quæsumus Domine, vt hæc indumenta in tuo nomine purificare bene†dicere, & sanctificare digneris, nam ego sacerdos tuus hæc indumenta in tuo nomine, & Diui Vbaldi bene†dico, puri†fico, & san†ctifico: Concede Domine, vt qui ea portauerit, & induerit cælestis gratiæ, & benedictionis plenitudinem valeat accipere, vt ab omnibus dæmonibus, & facturis sit liber, & defensor. In nomine Patris, & Filij, &c. Aspergantur aqua benedicta.

Benedictio Cinguli pro Cordigeris.

Adiutorium, &c.
Domine exaudi, &c.
Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

1 DEus, qui vt seruum tuum redimere filium tuum per manus impiorum ligari voluisti bene†dic quæsumus Cingulum istud, & presta

vt famulus tuus, vel famula tua, qui eo velut ligamine pœnitentiali sui corporis cingetur vinculorum eiusdem Domini Nostri Iesu Christi perpetuo memor existat, & in ordine quem assumit perenniter perseueret, tuisque cum affectu semper obsequijs se alligatum esse cognoscat. Per eundem Christum, &c.

Aspergatur aqua benedicta. Deinde: Præcingat te Dominus cingulo puritatis, & extinguat in lumbis tuis humorem libidinis, vt maneat in te virtus continentiæ, & castitatis, Per Christum, &c. Amen.

Benedictio Coronæ, & Rosarij.

Adiutorium, &c.
Domini exaudi, &c.
Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

6 OMnipotens, & misericors Deus, qui propter nimiam charitatem tuam, qua dilexisti nos filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum pro Redemptione nostra de Cęlis in terram descendere, & de Beatissimæ Virgini Mariæ Vtero, Angelo nunciante carnem suscipere voluisti, vt nos eriperes de potestate diaboli, obsecramus immensam clementiam tuam vt hęc corona in honorem, & laudem eiusdem Genitricis filij tui ab Ecclesia tua fideli dicata bene † dicas, & sancti † fices, eique tantam infunde virtutē Spiritus sācti, vt quicumque eam portauerit, vel dixerit, aut in domo reuerenter tenuerit, ab omni hoste, & facturis semper, & vbique in hoc sæculo liberetur, & in exitu suo à Beatissima Virgine tibi pleno bonis operibus præsentari mereatur.

tur. Per eumdem Christum, &c.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Oliuarum S. Petri Martyris contra Tempestates.

Adiutorium nostrum, &c.
Domine exaudi, &c.
Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

7 DOmine Iesu Christe Filij Dei viui bene-† dic oliuas istas supplicationibus nostris, & infunde eis quæsumus Domine per virtutem Sanctæ † Crucis, & per intercessionem S. Petri Martiris tui, cælestem benedictionem quã ad repellendas tenebras humani generis tribuisti talem benedictonem signaculo Sanctæ † Crucis accipiant, & in quibuscumq; locis positæ fuerint discedant principes Tenebrarum, & contremiscant pauidi cum omnibus ministris suis de habitationibus illis, nec præsumant amplius inquietare, aut molestare seruientibus tibi Omnipotenti Deo. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Beneficium.

SVMMARIVM.

Nouitius beneficiatus bimestre ante professionem de licentia Ordinarij renunciare debet. n. 1.

Si non renunciauerit, post professionem vacant quæcumque beneficia, num. 2.

1 NOuitius beneficiatus de licentia Episcopi, siue eius Vicarij, quę non requiritur in scriptis, intra duos menses proximos ante professionem, quando scilicet Nouitius est iam receptus à fratribus, & accinctus ad illam emittendam debet renunciare, & non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione Conc. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 16. Hieron. Rodriq. resol. 15. n. 19. Pasqualig. in addit. Laureti de Franch. p. 2. quæst. 42. fol. 494.

2 Post Professionem in Religione approbata (etsi Nouitius non renunciauerit) vacant quæcumque beneficia ante habita c. Beneficium de Regul. in 6. Sanch. lib. 9. in Decal. cap. 29. n. 2. & quidem siuè beneficia sint maiora, siuè minora cum indistinctè loquatur, Tex. in d. cap. benef. vbi Barbos. n. 2.

Bibliotheca.

SVMMARIVM.

In virtute S. Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis prohibetur amotio librorum furto, & ad malum finem, ex Bibliothecis Fratrum Minorum de Obseruantia, & Reformatorum, num. 1.

1 PRohibetur amotio librorum furto, & ad malum finem ex Bibliothecis fratrum Minorum de Obseru. Sancti Francisci in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ac Pontifici reseruata, nisi satisfacto omni damno, vniuersis, & singulis personis Ecclesiasticis, Sæcularibus, &

Regularibus, vniuſcuiuſque ſtatus ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Pontificali dignitate præfulgeant. Pius V. Cum ſicut 1598. apud Rodriq. in Bullar. fol. 427. in Bullario Franciſcano fol. 105. Sixtus V. cum ſicut accepimus 1587. vt in Bullario Romano tom. 2. pag. 596. vel 452. Innocentius X. Conſeruationi 1651. pro Bibliothecis Fratrum Minorum Strictioris Obſeruantiæ Prouinciæ Romanæ, prout in Archiuio Sancti Franciſci Tranſtyberim.

Bona ſpiritualia.

SVMMARIVM.

Generalis, & Prouincialis Ordinis Minorum poſſunt applicare alijs extra Religionem bona ſpiritualia ſuorum ſubditorum, n. 1.

Formula litterarum huiuſmodi communicationis, num. 2.

1 POſſunt Prælati Religionum applicare alijs extra Religionem bona ſpiritualia ſuorum ſubditorum, & illis tribuere litteras, ſeù Patentes talis communicationis, ex Priuilegio Vrbani V. quo conceſſit Generali, & Prouincialibus Ordinis Minorum, vt poſſint Benefactoribus Ordinis communicare ſuffragia Indulgentias, orationes, & bona ſpiritualia Monument. Ordinis ſecundæ Impreſſionis fol. 261. Caſarub. in compend. Priuileg. Mendic. v. Indulgentiæ conceſſæ exhibentibus nu. 6. Lezan. v. Bona Regularium num. 2.

2 Circa patentes litteras huiuſmodi communicationis bonorum ſpiritualium, quas Prouin-

ciales concedere solent, non inutile duxi pro eorum solatio, ponere sequens exemplar, videlicet.

Quamuis ex charitatis debito omnibus teneamur, illis tamen longè amplius noscimur obligari, quorum beneficia certis modis exprimitur. Cum igitur sincerum deuotionis affectum crebris beneficijs comprobatum, quem erga Beatissimum Patrem N. Franciscum, eiusque Ordinem & Fratres nostros Reformatos præcipuè geris, sicuti ex pia, fideliquc plurimorum fratrum nostrorum relatione cognouimus, ob arctissimam, voluntariamque quam profitemur paupertatem nulla temporalium bonorum mercede compensare valeamus, spiritualibus tamen muneribus, pro modo gratię Dei, quo poterimus affectu prosequitur. Ideò Dominationem tuam, necnon, & totam familiam tuam in Confraternitatem nostram recipientes in vita pariter, & in mortem, iuxtà Indulta à Summis Pontificibus Superioribus nostri Ordinis gratiosè, benigneque concessa, plenam vobis participationem omnium bonorum spiritualium, missarum videlicet, orationum, suffragiorum, Diuinorum officiorum, Ieiuniorum, Vigiliarum, abstinentiarum, Peregrinationum, pœnitentiarum, mortificationum, disciplinarum, prædicationum, lectionum, meditationum, obseruantiarum, laborum, & deuotionum, ac omnium aliorum bonorum, quæ nedum in hac Prouincia Strictioris Obseruantiæ, verum etiam in omnibus supradictis ad omnibus, & ab vnoquoque nostrum peraguntur, & fiunt, & quæ Diuina Clementia acceptare dignabitur toto cordis affectu impartimur, vt multiplici suffragiorum adiuti præsidio, & in præsenti Diuinarum gratiarum incrementa, & in futuro æternæ glo-

gloriæ præmium possidere mereamini in quorum omnium fidem has nostras fieri iussimus, & manu propria, ac Maiori Officij nostro sigillo munitas dedimus, Valete. Datum, &c.

Bona Temporalia.

SVMMARIVM.

Fratres Minores de Obseruantia bona immobilia possidere nequeunt. num. 1.
Nec consuetudine induci potest, vt ea in communi licitè possideant. num. 2.
Possunt recipi, sub ratione eleemosynæ, cum protestatione non habendi ius super illa. n. 3.
Ponitur exemplar protestationis. num. 4.
Corroboratur præfata doctrina per Decretum Reu. Fabricæ super legatis relictis Fratribus Min. de Obseru. n. 5.
Ponitur aliud Decretum de non componendi legatis Fratribus Minoribus relictis. n. 6.
Bona immobilia, Monasterio incapaci retinendi ea, quomodo alienari possunt. num. 7.

1 Bona immobilia possidere licitum est Monasterijs, & domibus, tàm virorum, quàm mulierum, & mendicantium, exceptis Domibus Fratrum Sancti Francisci de Obseruantia, & Capucinorum. Trident. sess. 25. de Regularibus, & Monialibus cap. 3.

2. An autem consuetudine induci possunt, vt dicti Minores possideant licitè bona immobilia in communi, negatiuè tenet Sanchez tom. 2. moral. lib. 7. cap. 25. num. 16. Fulgos. consil. 105. Cephal. cons. 97. num. 4. quod magis confirma-

tur ex crebris declarationibus Capitulorum Generalium eiusdem Ordinis Minorum de Obseruantia, & præcipuè de anno 1951. in quo Capitulum generale Romanum protestatum est se velle obseruare Regulam Sancti Francisci ad literam sine vlla dispensatione, iuxtà declarationes Apostolicas, quæ puritatem nostræ Regulæ declararunt.

3. Hinc est, quod si offerantur bona mobilia, vel immobilia præfatis fratribus Regularis Obseruantiæ Sancti Francisci, vt ipsi dicant certa Officia, & Missas Superior Conuentus debet facere protestationem ei, qui Testatoris, voluntatem adimplere tenetur, quod ad illas eleemosynas nullum ius habent fratres ex vi legati, sed tantum recipient sub ratione eleemosynæ. Vrban. Oct. constit. 49. tom. 4. pag. 67. Bull. Rom.

4. *Exemplar autem huiusmodi protestationis hoc erit.*

Nos Frater N. Guardianus Conuentus N. & Discreti eiusdem dicimus ad nostram notitiam peruenisse, quod N. certam eleemosynam huic Conuentui distribuendam perpetuò gratis, vel forsan pro aliquibus missis, & officijs celebrãdis legasse, cumque legata huiusmodi, nisi per simplicem eleemosynam ex nostra Regula nobis acceptare non liceat per præsentes protestamur in Domino, quod legatum prædictum tanquam incapaces ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus, si tamen hæres, aut executor testamentarius d. quantitatem per viam simplicis eleemosynæ, omni obligatione dominio, & proprietate penitùs cessantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & piæ Testatoris voluntati, quantum in nobis fuerit plenè, & fideliter satisfaciemus, quæ protestatio subscri-

pta

pta à Guardiano, & discretis dabitur executori Testamenti, & libro Conuentus ad futuram rei memoriam adnotabitur, & hac ratione tantum, secundum Doctrinam S. Bonauenturæ in duabus Congregationibus Generalibus receptam & in Romana Rota examinatam bona temporalia, seu legata recipere permissum est. Congr. Gener. Rom. 1603. 1615. & 1628.

5. Magis, ac magis corroboratur præfata doctrina per *Decretum Congregationis Reu. Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe super legatis relictis Fratribus Minoribus de Obseruantia S. Francisci, videlicet.*

Cùm sæpius fuerit habitus recursus ad Sacram Congregationem Vener. Fabricæ Sancti Petri super annuis legatis factis, seu faciendis ast fauorem Fratrum S. Francisci Minorum de Obseruantia cum onere Missarum, seù officiorum, siue gratis, siuè alio modo.

Prætendente Ven. Fabrica S. Petri ad illam spectare propter dictorum fratrum incapacitatem huiusmodi legatorum.

Dictis autem fratribus allegantibus posse annua legata huiusmodi recipere, tuta conscientia, quatenus hæres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in eleemosynam, & committere fratribus dictas missas, & officia iuxta sententiam Sancti Bonauenturæ, & decreta Sacræ Congregationis à Sanctissimo Domino Nostro Fratrum Minorum de Obseruantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ Consultationibus præposita sub die 4. Iulij 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna præmissorum prouisione, facta prius relatione Sanctissimo Domino Nostro Vrbano Papa Octauo, ac de illius expresso ordine, & mandato decreuit

insu-

in futurum super huiusmodi legatis obseruari, vt infrà.

Quod huiusmodi legata per debitores, vel heredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum ministris fabricæ faciendam, vel alio quouis modo, sed illorum capitale, siue sors principalis, vel proprietas absque alia diminutione conseruentur semper, & perpetuo ad effectum, vt in vsus Romano Pontifici pro tempore existenti benè visos applicari. Ita tamen, & quamdiu applicationem specialem auctoritate Apostolica fieri non contigerit hæredes, vel debitores possint liberè, si velint dictis fratribus dare dicta annua legata per eosdem fratres recipienda in eleemosynam, non autem per eos exigenda.

Et quod quæuis extinctio, reductio, seù diminutio capitalis, seù proprietas aliter absque Romani Pontificis speciali permissione facta eo ipso nulla sit, nec debitoribus, aut alijs quibuscunque suffragetur.

Quodque Commissarij alijque ministri Ven. Fabricæ super huiusmodi capitale, seu proprietate supradicta se de cætero non intromittant, nec dicti hæredes, seu debitores aliquo modo molestent, nisi ad effectum reinuestiendi in casu reinuestimenti, seù prouidendi, vt conseruentur, vt supra, aut alias in applicationis executionem auctoritate Apostolica facta, vel facienda.

Et quod nolentibus dictis hæredibus, vel debitoribus dare supradictis fratribus dictas eleemosynas, seu annuas præstationes, siue legata, vt soluere, vel alias, seù illa non soluentibus tunc in eo casu lapsis duobus annis à die obitus Testatorum si fuerit maturatum legatum, vel à die maturatæ illius solutionis eadem Fabrica, vel illius

Com-

Commiſſarij, & miniſtri id totum, quod ſolutum non fuit, pro præterito, pro rata tamen, in qua fuerit, vt ſupra elapſum biennium, vel vltra poſſit, & valeat annuas præſtationes huiuſmodi exigere, exigique facere ad ſui beneplacitum, iuxta ſuas facultates, & priuilegia, ſaluo ſemper capitali, ſeu proprietate, vt ſupra ad effectum, quod hæredes, vel debitores, dummodo de eis per Romanum Pontificem, pro tempore exiſtentem, aliter non fuerint diſpoſitum, nec prædicta legata in alios vſus eius auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit, poſſint, ſi velint, etiam quomodocunque futuris temporibus, & ſic deinceps in perpetuum dare dictis fratribus dicta annua legata in eleemoſynam, vt ſupra, nec fabrica eoſdem hæredes, vel debitores moleſtare poſſit, & valet toties, & quoties caſus contigerit, niſi pro præterito, & tunc in alijs terminis tantum poſt quorum mutationem fuerit elapſum biennium, vel vltra, vt ſupra ſalua ſemper erectione beneficiorum, & applicatione legatorum, ſeu quorumcumque bonorum, & redditicuum, ac Iurium eiſdem beneficijs, ſeu alijs vſibus pijs Apoſtolica auctoritate facta, vel in poſterum quandocumque, & quomodocumque facienda, & executione litterarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum, ſeu expediendarum, itaut præfata decreta ad illas nequaquam ſe extendant, ſed illæ ſemper firmæ, & illeſæ remaneant, & ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri debeat, ita quod neque fabrica, neque hæredes, vel debitores præfatæ vllo modo illas impedire, retractare, vel conuertere valeant, & ſaluis ſemper Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ac facultatibus competentibus dictæ Sac. Congregationi Ven. Fabricæ.

Pro-

Prohibuit tamen eadem Sac. Congreg. Fratribus supradictis, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seù præsumant, nec quilibet eorum audeat, seù præsumat per se, vel per alios Syndicos, Ministros, seù Procuratores tàm sæculares, quàm Regulares dd. annuas præstationes, seù legata, nec iudicialiter tam coram quocumque Iudice Ecclesiastico, quam sęculari Ordinario, vel Delegato, nec aliàs nisi iuxtà formam dicti Decreti Congregationis Fratrũ Minorum de Obseruantia S. Francisci Cismontanę familię à Sanctissimo D.N. deputatę ab hęredibus, seù quibusuis alijs eorum debitoribus petere, minusue dictis hæredibus, seù debitoribus facere aliquas receptuas pro dictis annuis pręstationibus, nisi pro rata, & pecunia, seù eleemosynis supradictis cum effectu, ac verè, & realiter eisdem fratribus data, vel soluta, seù datis, vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea, qua verè fuerit ijsdem Procuratoribus, aut alijs pro eis facta realis satisfactio, & insuper nec Prouisos Apostolicos pro tempore de beneficijs, quibus legata supradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & Ministros super erectione dictorum legatorum directè, vel indirectè impedire, vel molestare quouis quæsito colore, vel prætextu audeant, vel præsumant. Datum Romæ ex Collegio eiusdem Sac. Congregationis die 14. Februar. 1653.

Dominicus Cardinalis Gymnasius.

Loco † Sigilli.

C. de Ghettis OEcon.

Gratis.

6. Decretum Sacræ Congregationis Generalis Reu. Fabricæ S. Petri de Vrbe super annuis legatis relictis Fratribus Minoribus de Obseruantia S. Francisci non componendis.

Sacra

Sacra Congregatio Generalis Reu. Fabricæ S.Petri de Vrbe ad Consulendum non minus indemnitati Fratrum Ordinis Minorum de Obseruantia S. Francisci, quam prouidendum malitiæ hæredum, & aliorum quomodolibet obligatorum, qui differunt vltra biennium illis soluere annua legata pia cum oneribus missarum, seu officiorum, vel etiam gratis dictis fratribus, seù eorum Ecclesijs relicta, ac etiam in futurum relinquendas sub spe postea super illis pro maiori summa se componen. cum Commissarijs, & alijs Reuer. Fabricæ Ministris, & Officialibus.

Prohibuit, & expresse mandauit quibuscumque Commissarijs Oeconomis, Secretarijs, & alijs quibuscumque Officialibus, & Ministris Reuer. Fabricæ præsentibus, & futuris, & tàm Vrbis, & Status Ecclesiastici, quàm Regni Neapolis, & aliorum quorumcunque locorum sub pœnis arbitrio eiusdem Sac. Congregationis ne de cætero cum hæredibus, vel alijs, vel quomodolibet obligatis ad solutionem dictorum Legatorum ad aliquam compositionem, remissionem, vel transactionem deueniant, sed ab illis omnes annatas supra biennium decursas, & non solutas integraliter exigant, & exigere faciant in beneficium d. Reu. Fabricæ sine relaxatione alicuius minimæ portionis, siue quantitatis seruato in reliquis tenore Decreti in hac materia ab eadem Sac. Congreg. editi sub die 14. Febr. 1633.

Et compositiones, seu remissiones quascumque in contrarium, quomodolibet faciendas eo ipso nullas, & irritas esse decreuit, & declarauit; mandans ita componentes ad residui sic sibi remissi, seù condonati solutionem adstringi, & cogi posse perinde, ac si compositio, seù relaxatio per eos obtenta non esset.

Et

Et ne ab aliquo huius Decr. ignorantia prætendi, & allegari possit decreuit illud in lucem ædi publicari, & pro negotijs Status Ecclesiastici affixum in Vrbe in Ianuis Sacros. Basilicæ Vaticanæ, in acie Campi Floræ, alijsque locis consuetis, & pro negotijs, Regni Neapoli in Ianuis Ecclesiæ Archiepiscopalis Neap. necnon solita Residentia Tribunalis ipsis Reu.Fabricæ perinde afficere, ac si omnibus interesse habentibus personaliter intimatum esset.

Datum Romæ in Collegio eisdem Sacræ Congregationis die 15. Decemb. 1646.

7. Bona immobilia relicta, vel donato Monasterio in capaci retinendi etiam in communi possunt alienari sine assensu Apostolico, & pretium eorum conuerti in necessitatem, & vtilitatem Monasterij, quia hæc bona non sunt Monasterio incorporata ob incapacitatem eiusdem, vt in Clem.Exiui de verb.signific.hinc est,quod fratres Minores Regularis obseruantiæ Capuccini, & Theatini possunt sibi relicta alienare sine licentia Papæ, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij Triden. quam refert Donat. par. 2. qq. regul. tr. 14. q. 63. fol. 355. & habetur etiam in libello articulato Bullæ, & Decreta recen. fol. 100. & 125.

8. Bona Ecclesiam non possunt dici bona Clericorum, vel Monachorum, qui solum sunt vsuarij,sed verè,& propriè dicuntur patrimonialia Domini Nostri Iesu Christi. Etenim quæ Ecclesiæ offeruntur, intuitu Dei offeruntur, qui omnia dedit eius filio, nempè Christo Domino, vt docuit Innoc. in cap. Cum ex parte de elect. in 6. & in lib. Leuitici cap. 25. habentur hæc verba: Terra quoque non vendetur in perpetuum,quia mea est,& vos aduenæ,& Coloni mei

estis,

estis, hinc est, quod bona Ecclesiæ non possint alienari sine consensu Romani Pontificis, Donat. par.2.qq.regul.tract.14.q.2.n.1.fol.320.

9. Bonorum mobilium, & immobilium, quibus vtuntur Fratres Minores S. Francisci qualia sunt ędificia, seù Domus Ecclesiæ cum Hortis, ornamenta, Calices, & alia vasa cultui, & seruitio Altaris dicata. Romanus Pontifex est Dominus etiam temporalis, ad cuius potestatem recepta sunt per Alexandrum VI. confirmantem literas Prædecessorum suorum Casarub.in comp.priuil. Mend. v. bona §. 9. fol. 99.

10. Bona Ecclesiasticarum personarum sunt exempta à Gabellis ex decreto Sacræ Congregationis Controuersiarum Iurisdictionalium de exemptione bonorum die 21. Aprilis 1640. prout in sequenti.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Controuersijs Iurisdictionalibus præpositorum alias censuit bona per Ecclesiasticos possessa gaudere exemptionibus à quibuscumquę impositionibus, & oneribus, quę non sint copulatiuè, certa, realia, & inuariabilia, iuxta decisionem in Brundusina Gabellæ; coram bon.mem. Penia, & concordari, necnon ab impositionibus Cameralibus, etiam comprehensiuis Ecclesiasticorum, quando Ecclesiastici libertatem eam non soluendi præscripserint. Iuxta Decretum anno 1600. tempore san.mem. Clem. Octaui editum. Dat. die 21. Aprilis 1641.

Io: Bapt. Pamphilius.

F. Paulutius Sac. Congreg. Secretarius.

In regesto Conc.Trid.fol. 128. Pasq. in addit. Laur. de Franc. par. 2. q. 48. n. 2.

Breuia

Breuia Pœnitentiariæ.

SVMMARIVM.

Confeſſarij Regulares, quomodo accipere, aperire, & exequi Breuia Sacræ pœnitentiariæ poſſint.

1 CONfeſſarij Regulares, qui communicant in Priuilegijs cum Ieſuitis, ſi ſint approbati ab Ordinario; licet non graduati de licentia ſuorum Generalium, vel Prouincialium, ſi id illis à Generalibus conceſſum fuit, poſſunt accipere, aperire, & exequi Breuia Sacræ Pœnitentiariæ, quæ communiter Magiſtris Sacræ Theologiæ, vel in Iure Canonico Doctoribus deſtinantur.

Ratio eſt, quia Gregorius XIII. id ſolum conceſſit Generalis Societ. Ieſu, vt ipſe alijs ordinibus, alias nihil fiat. Portell. in dub. Regul. v. Confeſſor aperiens fol. mihi 80. n. 15. vbi ponit formulas Breuium, ſeù literarum iuxta diuerſitatem diſpenſationum, quæ emanari ſolent à Sac. Pœnitentiaria, Lezan. tom. 1. c. 19. n. 38. qui tamen obſeruat nón eſſe tutum potiri hac facultate etiam per viam communicationis illas Religiones, quarum Religioſi gradus Doctoratus admittunt, qui etiam tom. 4. verb. Literæ Apoſtolicæ n. 9. dat exemplaria literarum, ſeu Breuium Sac. Pœnitentiariæ.

Bulla

Bulla.

SVMMARIVM.

Explicatur differentia, quæ est inter bullam, Breue, Rescriptum, simplex signatura, & Viua vocis Oraculum. n. 1.

Quæcumque decreta à Papa emanata eadem vi pollent, ac Canones in Iure inserti. n. 2.

1 DIuersis, varijsque literis, & modis extra Concilia, & Ius commune suam voluntatem, suaque præcepta Christianis populis Rom. Pontifex explicat, vel enim oretenus aliquid decernit, aut præcipit, & hoc vocatur viuæ vocis oraculum; vel priuata signatura, subscribendo alicui scripturæ per se, aut per suum Delegatum, sine sigillo, & hoc signatura simplex appellatur, vel per literas publicas Secretarij sui singrapho subscriptas, & Anulo Piscatoris munitas, & vocatur Breue, & si sit responsum Pontificis vocatur etiam rescriptum: vel per literas sub plumbo expeditas, & tunc hæ literæ Bullæ nuncupantur.

Hinc est, quod quæcumque Decreta à Papa emanata siue Breuia rescripta viuæ vocis oracula Signaturæ, & alia huiusmodi quocunque nomine nuncupentur, extra Concilia, & ius commune vagantia eadem vi pollent, ac Canones in dictis Concilijs, & iure insertis Brun. tr. 1. Priu. Regul. propos. 2. Executor Bullarum, ac literarum Apostolicarum est Auditor Cameræ pro tempore, ex Constitutionibus Pij IV. ad Eximiæ 33. Pauli V. Eximiæ Const. 28. Nicolius v. Auditor. n. 5.

Bulla

Bulla Cruciatæ.

SVMMARIVM.

Minoritæ cum facultate Prælatorum possunt accipere Bullam Cruciatæ. num. 1.
Non tamen possunt vti priuilegio ædendi lacticinia in quadragesima. num. 2.

1 MInoritæ cum facultate suorum Prælatorum possunt accipere Bullam Cruciatæ, & vti priuilegijs ipsius Sorb. in add. ad comp. priuil.mend.v.Cruciata fol.mihi 177.

2. Non tamen possunt vti priuilegio ædendi oua, & lacticinia, ad libitum, in quadragesima. Enriq.lib.7.cap.12.num.10.nec eligendi Confessarium, qui eos absoluat ab omnibus reseruatis, ex prohibitione Clementis Octaui Rom.Pontificis 1599. apud Bullar. Rodr. fol. 528. ac etiam Vrbani Octaui in specul. 1630.apud Peyrin. t. 2. fol.387.in Bull.Rom.tom.4. pag. 112.

Bulla Cœnæ.

SVMMARIVM.

Absoluentes ab ex communicationibus in Bulla Cœnæ contentis in articulo mortis, quatuor conditiones obseruare debent. n.1.& 2.
Ita sunt reseruata, vt nunquam comprehendantur in aliquo Priuilegio, nisi de ipsis fiat expressa mentio. num. 3.
An Prælati Regulares absoluere possint suos subditos à casibus Bullæ Cœnæ. n. 4.

1 Ne-

1 NEmo extra mortis articulum præter Ro. Pontificem, vel eius Legatum, potest absoluere ab excommunicationibus contentis in Bulla Cœnæ, nec etiam in articulo mortis nisi cautione præstita, de stando Ecclesiæ mandatis, & de satisfaciendo pignoratitia, vel si hæc non possit, fideiussoria, quod si hæc non possit saltem iuratoria.

2. Probatur auctoritate ipsius Bullæ Alexandri VII. ex qua desumpta sunt superdicta verba, *etsi* fortè aliqui contra tenorem Bullæ absolutionis beneficium alicui impendere de facto præsumpserint excommunicationis sententia innodantur, & grauiùs contra eos spiritualiter, & temporaliter procedetur.

3. Absolutiones earum excommunicationum ita sunt Sedi Apostolicæ reseruatæ, vt nunquam comprehendantur in aliquo quouis priuilegio concesso à Sede Apost. alicui Religioni vel Iubileo; vel alteri quo facultas conceditur absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, nisi de casibus Bullæ Cœnæ fiat expressa mentio. Grass. lib. 4. cap. 18. num. 1.

4. An Regulares possint absoluere suos subditos à casibus Bullæ Cœnæ Domini non obstante noua reseruatione ipsorum, quę quot annis fit in publicatione dictæ Bullæ. Alij affirmant, alij negant, quos vide si placet resolut. 72. tract. 2. de dub. Reg. apud Dian. qui in controuersia tàm graui iudicis officium agere non vult, ea propter standum est stylo Curiæ Romanæ, & non plus sapere, quam oportet. Brundus. in Summa censur. v. Bulla Cœnæ num. 8. Bordon. resol. 3. quæst. 2. pag. 20. contr. 27. quæres 5. 6. Nald. v. Casus reseruati.

Cada-

Cadauera.

SVMMARIVM.

Quo tempore ſepeliri, & deferri poſſunt Cadauera ad Eccleſiam? num. 1.
Alicubi depoſita, quomodo transferri poſſunt ad proprium ſepulchrum, n. 2.
Quomodo exhumari poſſunt pro capiendis indicijs? n. 3. *Vide Exequia, Sepultura.*

1 PRo beneplacito ſuorum cadauera defunctorum deferri poſſunt ad Eccleſiam, non tamen ſepeliri, niſi poſt competens temporis ſpatium Sac. Cong. in vna Aliſſen. die 20. Februarij 1601. vt in regeſto eiuſdem fol. 81. n. 15.

2 Alicubi depoſita, ad tempus transferri poſſunt ad proprium ſepulchrum, abſque alia licentia; ſecus ſi tradita fuerint perpetuæ ſepulturæ. Sac. Congr. in vna Lagonen. 16. Octob. 1602. in regeſto eiuſdem fol. 119. & in Rituali Romano.

2. Exhumari non debent pro capienda informatione abſq; licentia S. Cong. in vna Ieſi 1. Dec. 602. in regeſt. fol. 152. In altera Sutri prima Iunij 1604. in regeſt. fol. 62. quia laici in cauſis Criminalibus à foro Eccleſiaſtico non ſumunt Indicia. Sac. Congr. Epiſcoporum in vna Callien. 22. Nouemb. 1609. Synod. Caputaq. seſſ. 3. c. 10. n. 3. Si tamen recognitio ſit facienda extra Eccleſiam, poteſt Ordinarius talem licentiam concedere Sac. Congreg. Immunitatis, in vna Nullius 2. Maij 1629.

Calix.

SVMMARIVM.

Calix Ecclesiæ quomodo vendi potest, n.1.
Vasa benedicta sacrificio Missæ seruientia non possunt alienari sine licentia Papæ. n. 2.
An Calix consecratus, iterùm inauratus egeat noua Consecratione? n.3.
An Calix tornatilis amittat consecrationem; quando separatur à pede? n. 4.

1 CAlix Ecclesiæ vendi potest, vt pretiosior ematur. Quarant. v. alienatio n. 12. Donat. in prax. Regul. par. 2. tract. 14. qu. 9. n. 8.

2 Calices cum Patenis, Lampades, Candelabra argentea, Ampullæ, vasaq; benedicta, cum asperſorio, & consimilia Sacrificio missæ seruientia non possunt alienari sine licentia Papæ; & eò fortiùs si sint aurea. Ricc. 1. par. prax. decis. 61. num. 2. Donat. in prax. Regul. par. 2. tr. 14. quæst. 51. num. 2.

3 Calix consecratus, iterùm inauratus, an egeat noua consecratione, vtraque probabilis: affirmatiua communior, & probabilior. Diana 2. tract. 15. resolut. 3. Nicol. v. Calix.

4 Calix tornatilis non amittit consecrationem, quando separatur à pede, ita enim habet vsus in eo fundatus, quòd facilè potest coniungi cum illo. Suarez tom. 3. in 3. par. D. Thomæ disp. 81. sess. 7. secus dicendum de calice non tornatili si separetur à pede propter oppositam rationem. Lezan. v. Calix num. 6.

Campana.

SVMMARIVM.

Campanarum vſus ponitur in diſtico, n. 1.

Quare Campana non eſt pulſanda ad conuocandum populum, quando quis eſt iuſtitiandus, num. 2.

Sabbato ſancto, Campanę non pulſantur ante Cathedralem, n. 3.

Campana debet benedici, & conſecrari ab Epiſcopo, ex neceſſitate præcepti, n. 4.

1 CAmpanarum vſus ponitur in diſtico gloſs. extra, qui cunctis de off. Cuſtod.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerũ,
Defunctos ploro, peſtem fugo, feſta decoro.

2 Non licet regulariter pulſare campanam benedictam, vt conuocetur Populus ad arma vel in ſignum, quod aliquis ſit iuſtitiandus, quia res ſacræ non debent applicari ad vſus prophanos, præſertim illos, à quibus per ſe exequendi abhorret Eccleſia: huiuſmodi ſunt cauſæ ſanguinis, Pontif. Rom.

3 Sabbato Sancto Campanæ non pulſantur ante Cathedralem, & in Diœceſi ante Parochialem ex Leone Decimo in Concilio Lateran. ſeſs. 11. Sacra Rituum Congreg. 9. Febr. 1618. fallit quoad Campanas Minores, quæ ſunt intra Eccleſiam, quæ ante Campanam Cathedralis pulſari poſſunt, quæ verò ſunt in Campanili expectent ſignum Cathedralis. Piſcae. in prax. Cærem. lib. 3. ſeſſ. 8. cap. 4. n. 6.

4 Eſſe de neceſſitate præcepti, quòd campana ſit benedicta, ſeu conſecrata ab Epiſcopo pa-

tet

tet ex Pontificali Rub de benedict. camp. signum inquit, vel campana debet benedici antequam ponatur in campanili hoc ordine. In primis debet campana ipsa ita suspendi, & situari, vt commodè possit intus, & extra tangi, tractari, & circumiri, &c. at verbum *debet* importat necessitatem, l. prima §. 1. ff. quod quisque Iuris Rota apud Farin. par. 1. tit. 1. decis. 79.

Canonica Portio.

SVMMARIVM.

Quid sit Canonica portio, & quare dicatur Canonica, n. 1.
Quibus debeatur Canonica portio, n. 2.
An Monasteria, & loca exempta soluere teneantur hanc portionem, n. 3.
Quid de priuilegijs Regularium circa hanc portionem, n. 4.
Sententia contra Parochum S. Angeli, in foro Piscium Vrbis, n. 5.

1 Canonica portio est certa bonorum pars debita Episcopis, seu Ecclesijs Parochialibus à quibuscumque de rebus illis prouenientibus. Et dicitur Canonica, quia est à Sacris Canonibus instituta. Syluest. in summ. v. Canonica portio, num. 1. Miranda in Man. Præl. tom. 2. q. 4. art. 1.

2 Canonica portio duplex est, alia Parochialis, Episcopalis altera. Parochialis est, quæ debetur Ecclesiæ Parochiali, seu Rectori illius de funeralibus, & legatis relictis Ecclesiæ apud quã Parochianus eligit sepulturam. Episcopalis ve-

Romana Canonica Portio.

COpia Sententiæ Illuſtriſſimi Domini Baranzoni in Cauſa legatorum Quartæ funeralis,& exequiarum factarum per Acta D.Bernardini de Sanctis Notarij Eminentiſſimi Vicarij, de menſe Decembris 1664.

Chriſti nomine inuocato, pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes; per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de Iuris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in Cauſa, & Cauſis coram Nobis in deciſis penden. in prima inſtantia inter R.D. Ioannem Bernardinum Durantem, Parochum, ſeu Curatum Venerab. Eccleſiæ Sancti Angeli in foro Piſcium, Actore ex vna, & RR. Guardianum, & Fratres S.Franciſci ad Ripam reos conuentus partibus ex altera, de & ſuper prætenſa ſolutione quartæ legati ſcutorum quatuor millium, ſeu alterius maioris ſummæ, ac exequiarum factarum elapſo die tumulationis relictorum per q. Nicolaum Renzium ad fauorem Venerab. Eccleſiæ dd. Sancti Franciſci,Guardiani, & Fratrum, ad effectum reparandi d.Eccleſiam, & augumentandi Profeſſorium Conuentus d. Eccleſiæ, rebuſque alijs, & illarum occaſione,de quibus latiùs in Actis Cauſæ, ad quæ habeatur relatio; Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, concludimus, & definitiuè ſententiamus, præuia tamen repetitione à quorundam pretenſo præiudicialis decreto, nullum ius, nullamque actionem competere, neque competiſſe dicto D. Ioann. Bernardino Parocho, ſeu Curato Ven. Eccleſiæ Sancti Angeli in foro Piſcium, prout Nos nullum ius, nullamque actionem competiſſe, neque competere illi poſſe declaramus, mandamus, & volu-

mus,& molestias,molestationes, turbationes, vexationes,combinatas,seu combinan. latas, seù feren. esse temerarias, friuolas, iniustas, & de facto illatas,& nulla subsistenti ratione munitas,prout Nos fore, & esse temerarias, friuolas, iniustas, & de facto illatas esse volumus,& mandamus,& pro temerarijs, friuolis, iniustis, & de facto illatis, & nulla subsistenti ratione munitis,volumus, mandamus,& arbitramur,& dd.RR. Guardianum, Fratres, & Ven. Ecclesiam S. Francisci ab illis absoluen.fore, & esse, prout Nos absoluimus, & absolutos esse volumus,& mandamus, & dictis molestijs, molestationibus, & vexationibus imponendum fore, & esse perpetuum silentium, prout Nos imponimus, & impositum esse volumus, & mandamus,& victum victoribus in expensis condemnan. fore, & esse, prout Nos condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de iure reseruamus; & ità dicimus, pronunciamus, decernimus, & definitiuè sententiamus. Et isto, & omni meliori modo &c. Asseruatur hæc sententia in Archiuio Prouinciali Sancti Francisci Transtyberim.

Capella.

Vide v. Alienare.

Capitulum.

S V M M A R I V M.

In Capitulis Generalibus adest potestas faciendi Statuta pro conseruatione Regulæ, n.2.

Qui

Quibus parere debent etiam ipſi Generales, n. 2.
In Capitulo Generali debent admoneri ſubditi de obſeruantia literarum Apoſtolicarum, num. 3.
Debent eligi ſex Patres pro eijciendis incorrigibilibus, num. 4.
Prouinciæ debent ſubminiſtrare ſumptus pro itinere Miniſtrorum, ac Diffinitorum Generalium, num. 5.
Capitulum Prouinciale debet inſtituere ad minus tres Examinatores pro examine promouendorum, n. 6.
Capitulum Prouinciale quomodo anticipari, vel prorogari poteſt, n. 7.
Demortuo Prouinciali liberum erit Generali conuocare vocales ad Capitulum, n. 8.
Decedente Cuſtode paulò antè Capitulum, alter eligendus eſt, num. 9.
Capitulum Prouinciale, ſine licentia Generalis celebrari non poteſt. n. 10.

1 IN Capitulis Generalibus adeſt omnimoda poteſtas faciendi ſtatuta in ſpiritualibus, & temporalibus pro conſeruatione regulæ. Innoc. VII. Martin. V. Eugen. IV. & Leo X. apud Rodriqu. tom. 1. qu. 41. art. 2. quæ quidem Statuta illicò omnes obligant, & cenſentur confirmata à Sede Apoſtolica Iul. II. apud Rodriq. ibid.

2 Statutis factis in Capitulis Generalibus parere debent etiam ipſi Generales, cùm ſint ſubditi Capituli Generalis, Suarez. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 18. num. 18. Lezan. tom. 2. cap. 12. num. 6.

3 In quocumque generali Capitulo debent admoneri ſubditi de iniuncta nobis obſeruantia, & executione litterarum Apoſtolicarum, Con-

ſtitutionum, & Decretorum ad S. Officium Inquiſitionis pertinentium, Vrbanus Octauus 24. Aprilis 1633.

4. Spectat ad Capitulum generale eligere ſex Patres ex grauioribus Religionis, de quorum conſilio, & aſſenſu eijciantur incorrigibiles è Religione, Vrbanus Oct. in Decret. de Apoſt. & eiectis.

5. Sumptus pro itinere Miniſtrorum, Cuſtodum, ac Diffinitorum Generalium ad Capitulum generale accedentium Prouinciæ Regularis Obſeruantiæ ſubminiſtrare debent in Conſt. Ordinis c. 8. §. 8. pag. 147. n. 1.

6. Capitulum Prouinciale debet in qualibet Prouincia conſtituere ad minus tres Patres graues, & peritos, quorum officium ſit examinare Prædicatores, Lectores, Confeſſores, ac etiam promouendos ad quoſcumque Ordines priuſquam à Prælatis approbentur ad præfata munera obeunda Clem. VIII. in decretis pro reform. Regularium n. 88.

7. Capitulum Generale determinat, quod mortuo Miniſtro Prouinciali, pro Superiorum Generalium arbitrio, Prouinciale Capitulum anticipati poterit, dummodo finitum ſit biennium, ab ipſius celebratione numerandum; vel propagari, dummodo tempus à lege præſcriptum non excedatur.

8. Si in primo anno moriatur Miniſter Prouincialis, liberum erit Superiori Generali conuocare Vocales ad Capitulum pro electione noui Miniſtri Prouincialis, tantùm; vel cum Diffinitorio Vicarium Prouincialem eligere. Superior Generalis, iuſta de cauſa, anticipare poterit Capitulum Prouinciale per ſex menſes, etiam viuente Miniſtro. Quod bifariam fieri poteſt, Primo,

Primò, anticipando primam, & secundam Congregationem, necnon Capitulum per bimestre. Secundum absolutè, prout sonat statutum iusta de causa.

9. Si paulò antè Capitulum Prouinciale moriatur Minister, vel Custos, decernitur, quòd ante ipsius celebrationem, eligi debeat Vicarius Prouincialis, vel Custos Rom. 1664.

10. Prouinciale Capitulum celebrari non posse sine expressa licentia Generalis, seu Commissarij Generalis, certum est, quam præsumere non potest Commissarius Visitator ex generali commissione, nisi concedatur expresse, iuxta repetitam regulam. In concessione generali, non veniunt specialia, de reg. iuris in 6. Et specialissimum est celebrare Capitulum, quod non solet ordinariè in literis commissionalibus Visitationis apponi. Quare quando in statuto dicitur. Possit eius nomine, & authoritate celebrare Capitulum intelligi debet de authoritate expressa, & explicata: sæpiùs enim accidit, vt vnus visitet Prouinciam, & alius Præses Capituli destinetur. Nec in isto articulo Generalis habet restrictionem, licet de honestate, & aliquando ex iustitia (si contraria non vrgeant) non debeat Visitatori talis authoritas denegari, quod malè sonat in ordine, ita Sanctorius in Comment. stat. pag. mihi 537.

Cantus figuratus.

SVMMARIVM.

In Ecclesijs Fratrum Minorum Regularis Obseruantia est prohibitus, n. 1.

Ecclesijs Monialium est etiam prohibitus, prout sequenti Decreto. n. 2.

1 IN Ecclesijs Fratrum Minor. Obseruantiæ Regularis est prohibitus per Statuta Ordinis Cantus fractus, seu figuratus, quibus tantùm permittitur organum, & quod vocant Regalum, in Diuinis Officijs, & Missis canendis statut. Ord. cap. 2. pag. 68. num. 12. Sanctor. in comment. Stat. cap. 3. fol. 313. multò magis est prohibitus Reformatis, qui nec organo vti possunt. Reform. 1642. cap. 3. num. 1. exceptis quibusdam Ecclesijs à Fratribus de Obseruantia receptis, in quibus organum modulatur sumptibus Confraternitatis eiusdem Ecclesiæ.

2. In Ecclesijs Monialium est etiam prohibitus Cantus figuratus, seu fractus, & tantùm illis permittitur organum ex Decreto Visitationis Apostolicæ; Nihilominus, quia in Regali Monasterio Sanctæ Claræ Neapolis, & in altero Magdalenæ quandoque in receptione, & Professione Puellarum; aut in aliqua festiuitate in publica Ecclesia fiebant representationes in cantu fracto, in modum tragœdiarum, musicis instrumentis, ideò Sacra Congregatio Episc. & Regular. die 30. Iunij 1627. mandauit Guardiano S. Claræ pro tempore, ne ampliùs permittat tales excessus, prout in sequenti.

Napoli Guardiano di S. Chiara.

LA Sacra Congregatione non hà mai approuato, che nelle Chiese delle Monache si faccia Musica in canto figurato, nè che vi siano strumenti musici, eccetto l'organo nella Chiesa esteriore, & essendosi inteso, che in costesto Monaste-

nastero di S. Chiara, e dalla Maddalena si sia molte volte contrauenuto al Decreto generale per ciò publicato, per commissione della medema Sacra Congregatione, & anco agli ordini speciali, che dalla medema, e da Visitatori Apostolici si sono dati per cotesto Monastero, mi hanno ordinato questi miei Sign. di scriuere à voi, che vi guardiate molto bene di tollerar più simili mancamenti, prohibendo alle Monache sotto graui pene, che ne per se stesse, nè per altri facciano dette musiche in qualsiuoglia occasione, etiam di Monachar Zitelle, e d'altre funtioni; tanto dunque osseruerà, &c. Die 30. Iunij 1627.

Caputium.

SVMMARIVM.

Tertiarijs, & Heremitis nullo modo potest concedi Caputium sub pena carceris. num. 1.

1 Caputium Religionis Fratrum Minoru m Regularis Obseruantiæ non potest concedi à Prælatis Ordinis, nec ab Ordinarijs vbiuis terrarum degentibus, imò nec etiam à Nuncijs Apostolicis Tertiarijs, & Heremitis ex prohibitione Vrbani Octaui. Cum sicut &c. 1638. sub pœna carceris illud deferentibus, &c. prout in Regest. Bullarum Archiuij Prouincialis S. Francisci Transtyberim, &c.

Casus Reseruati.

SVMMARIVM.

In Italia Confessarij Regulares virtute priuilegiorum à quibus casibus non possunt absoluere. num. 1.

Hoc iam pluries declaratum est. n. 2.

Peccata quare non intelliguntur reseruata, nisi completa. n. 3.

Vrgente necessitate celebrandi, pœnitens tenetur confiteri, reseruata, & non reseruata cum onere procurandi, absolutionem à reseruatis, n. 4.

Penitentiarius delegatus non debet absoluere à casus reseruato publico, & quare? n. 5.

In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos potest à reseruatis absoluere. n. 6.

Confratres, virtute priuilegiorum, non possunt absolui à reseruatis. n. 7.

1 CIrca Casuum reseruationem cùm sint stricti Iuris non possunt Confessarij Regulares in Italia, & Insulis adiacentibus in vim priuilegiorum, Indultorum, aut facultatum absoluere. Primo à Casibus in Bulla Cœnæ contentis. Secundò violationis Immunitatis Ecclesiasticæ. Tertiò violationis clausuræ Monialium ad malum finem. Quartò Prouocantium, & pugnantium in Duello. Quintò inijcientium violentas manus in Clericos. Sextò Simoniæ Realis scienter contractæ, & confidentiæ beneficialis. Septimò omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt, sub pœna contrafacientibus, tam Regularibus, quàm

sæcularibus excommunicationis, priuationis officiorum, dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis inde ad quæcumque officia, prælaturas, beneficia imposterum obtinenda, ipso facto, absque vlla alia declaratione incurrenda, super quibus à nemine nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut Absolutio possit impartiri, prout in regesto S. Congregationis Episc. & Regul. fol. 19.

2. Hoc iam pluries declaratum est à Sacra Congregatione, & primo de mandato Clement. Octaui anno 1601. 9. Ianuarij, & anno 1602. 29. Nouembris prout in decr. Reg. fol. 10. & 19. Secundo Pauli V. confirmantis, & innouantis præcedentia decreta anno 1607. 7. Ianuarij Reg. fol. 77. Tertio Vrbani Octaui 1628. 27. Nouembris Reg. fol. 124. Demum Innocentij X 1647. 10. Decembris Reg. fol. 170. Aduertendum tamen est cum Peyrino tom. 2. pag. 317. num. 38. in fine, quod præfata prohibitio absoluendi sit in ordine ad sæculares, non in ordine ad Regulares. Verumtamen censeo semper stan dum esse stylo Curiæ.

3. Peccata non intelliguntur reseruata, nisi completa, & consummata fuerint, non verò quãdo solum sunt attentata, nisi id in reseruatione expresè dicatur. Vbi enim pœna à iure imponitur pro delicto, nunquam est locus pœnæ, nisi delicto consummato, Abb. in c. Cum in cunctis §. Clerici n. 2. Grass. 1. par. dec. lib. 1. c. 13. nu. 7. & final. de cas. res. cap. 5. n. 4.

4. Si Prælatus, cui casus reseruatus est, longè distat, & vrget necessitas communicandi, vel celebrandi tenetur pœnitens confiteri peccata tam reseruata, quàm non reseruata, in quo casu absoluitur à non reseruatis directè, & reseruatis indi-

indirectè cum onere tamen procurandi absolutionem à reseruatis à Superiore, Portell. nu.22. Lezan.num.24.Hoc ipsum dicitur de excommunicatione.

5 Qui publicè casum reseruatum incurrit, non potest ab habente per delegationem casus reseruatos,absolui, sed superiore: Per publicitatem enim fiscus in illum ius acquisiuit. Peyr. de Prælat.q.3.cap.2.§.1.num.35.& long.par.1.sect. 2.artic.4.

6 In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos potest à reseruatis absoluere,Sylu.v.Absolutio 1.num. 10. Couar in cap.Alma mater p.1.§. 11.n.8.Reliqua in v.absolutio.

Vescouo di Reggio, Illustrissimo, e Molto Reuer. Monsignor come Fratello.

1 HAuendo la Sacra Congregatione hauuta notitia, che i Fratelli d'alcune Compagnie di cotesta Città, e Diocesi, aggregate all'Ordine della Santissima Trinità del Riscatto,siano in certa loro insussistente opinione di poter in virtù de'priuilegij dell'istesso Ordine, farsi assoluere cinque volte l'anno da i peccati reseruati alla Santa Sede, & all'Ordinario, e di eleggersi per tal'effetto vn Confessere ad arbitrio loro, non ostante i Decreti Apostolici dalla fam.mem. di Clemente Ottauo, e d'altri Sommi Pontefici, e quello, che da questa Sacra Congregatione è stato altre volte in tal proposito significato ad altri Ordinarij de'luoghi. Questi Eminentissimi miei Signori m'hanno comandato di scriuer à V.S.che costandole,anche estraiudicialmente, esser vero quanto mi viene esposto, ella si contenti di prohibire subito a i sudetti Confrati, e Com-

e Compagnie il valersene in auuenire, auuertendoli, che prouedino alle loro coscienze come per il passato; & ordini di più à tutti i Confessori, anche Regolari della sua Diocesi, che sotto pena di censure, e priuatione di facoltà d'vdire le Confessioni Sacramentali, da incorrersi ipso facto, & altre anco maggiori, ad arbitrio della Sac. Congreg. non ardiscano, nè presumano d'assoluer alcuno di detti Confrati (in virtù de' pretesi priuilegij d'aggregatione) da casi reseruati alla Santa Sede Apostolica, & all'Ordinario. Et accioche non si possa presumere ignoranza di tal prohibitione, douerà V.S. farlo publicare ne' Pulpiti al Popolo da tutti i Predicatori, anche Regolari, & affiggere Editti alle porte della sua Cattedrale, nella Cancellaria, & altri luoghi consueti della Città. E quando simili prouisioni non riescHino à bastanza efficaci, farà intendere à medemi Cõfrati, che la Sac. Congregatione prohibirà loro di congregarsi, glielo significo, & il Signore la prosperi. Roma 15. Settembre 1622.

Di V.S. come fratello.

M. Card. Ginetti, &c.

In Regesto huius Congregationis pag. 380.

Causa, seu Lis.

SVMMARIVM.

Narratio facultatis, quam obtinuit Minister Generalis terminandi causas criminales vocalium, etiam in actu Capituli, n. 1.

Propter transgressionem præfatæ facultatis, facto verbo cum Sanctissimo, Protector innouauit Decretum Visitationis Apostolicæ, videlicet,

quòd

quòd sententiæ vocales minimè afficiant, nisi per mensem ante fuerint intimatæ, n.2.
Huic decreto congruit Statutum Ordinis, n.3.
Quid agendum, si citato Capitulo, alicuius Vocalis fama grauetur, n.4.
An vocalis accusatus ex eo solo, quòd est accusatus debeat à Capitulo eijci, n.5.
Causas committere non potest in prima instantia Commissarius Prouinciarum Belgiarum, n.6.
Causa, vt Superiores dent facultatem petendi Romam, est tantum pro communi bono totius Prouinciæ, n.7.
Causæ Religiosorum spectantes ad Sanctum Officium, non ab eorum Superioribus, sed ad Inquisitoribus cognosci debent, n.8.

1 Circa causas Vocalium Capitulorum sciédum est, quòd inter petitiones, quas fecit Minister Generalis Archangelus à Messana Sanctissimo Paulo V. pro felici, & prospero gubernio Suæ Religionis, quas obtinuit die 27. Nouembris 1606. quarta est quæ sequitur, videlicet.

Che non ostante il Decreto de Signori Riformatori, nel quale si comanda, che tutte le cause criminali si determinino per mensem ante electiones de i Capitoli Prouinciali, sia libero à Commissarij di farle anco infra detto mese per fino al giorno dell'elettione, quando necessitas vrgeat; con questa limitatione però, che se le denuncie non sono date vn mese auanti il Capitolo Prouinciale non impediſchino le voci attiue, e passiue, eccettuando, che se il delitto fosse fatto in qualche mese, e fosse notorio, che in tal caso impedisca.

2. Qua facultate obtenta, plerique Commissarij Visitatores, ea indebitè vtentes, excesserunt limi-

limites concessionis. Hinc est quòd pro sedandis tot litibus Capitulorum, exortis à priuatione vocalium in actu Capituli Prouincialis, Protector Seraphicæ Religionis, facto verbo cum eodem Sanctiss. Paulo V. Innouauit decretum Visitationis Apostolicæ, tenoris sequentis, videlicet.

Fabritius Diuina inspiratione tit. S. Augustini S.R.E. Presb. Card. Verallus nuncup. totius Ordinis S. Francisci Minor. Obseru. Protector, Corrector, & Gubernator, &c.

AD tollendas inquietudines prædicti Ordinis, quæ in Capitulis Prouincialibus, ob vocalium priuationem oriũtur, facto verbo cum Sanctissimo Domino nostro, renouamus Decretum Prælatorum Visitationis, & Reformationis Apostolicæ emanatum sub die 14. Octob. 1601. quod est tale. Priuationis vocis actiuæ, & passiuę, ac inhabilitatis decreta sententiæue ab eisdem Superioribus Ordinis latæ, ne deinceps in ipso electionis actu pronuncientur, promulgenturue, atque eę promulgatæ vocales minimè afficiant, nisi per mensem ante fuerint intimatæ parti, Sãctitas Sua omninò vetuit. Quòd Decretum omninò seruari mandamus, sub pœnis arbitrio nostro infligendis contrauenientibus. Cócessionem verò, seu declarationem prædicti decreti, in contrarium factam à Sanctitate Sua, sub die 26. Nouembris 1606. de eiusdem Sanctiss. D.N. mandato suspendimus. Datum Romæ in ædibus nostris die 27. Maij 1616.

Fabritius Card Verallus Protector.

Loco † sigilli.

I. Sanctinus Secret.

3. Hinc

3 Huic Decreto congruit Statutum generale Rom.1602.prout in Constitut. Ordinis cap.8.§.39.n 11.nimirum, quòd causæ omnes Criminales terminari debeant per mensem ante Capitulum, & grauatorum fama, vel eleuetur, & sic ad Capitulum accedant, vel deprimatur, & sic excludantur.

4 Sed hic oriuntur duæ difficultates, Prima, an si citato Capitulo, occurrat casus, quo alicuius vocalis fama grauetur, & non sit tempus sufficiens ad discutiendam accusationem, & Iuris Ordine terminandam; An excludi debeat, vel admitti sub aliqua protestatione. Resp. etiāsi Statutum assignet terminum, intra quem causæ examinari debeant, non propterea prohibet, sicut nec Decretum Apostolicum, procedi in causa, quæ de nouo emergeret, quia dispositio tangit casus iam emersos ante citationem Capituli, nō de ijs, qui post illam emergerent, si enim rigorosè tenendum esset statutum, non benè prouisum esset casibus incidentibus. Potest enim accidere, vt in dicto Capitulo aliquis vocalium graue delictum committeret vulnerationis, homicidij, sacrilegij, &c. & nulli dubium est contra talem procedi posse, & debere, siue per infamiam, siue per clamorosam insinuationem, siue per accusationem, si delictum ad Superioris aures perueniat, & quidem si agatur de electione passiua, ista est recensita doctrina, ad Capitulum, pendēte causa, ius non habet; igitur cùm statutum loquatur de causis iam cognitis motis, & actitatis, vel quæ in visitatione moueri poterant, nulli dubium est posse vocalem suspendi, & à Capitulo excludi, quando illius fama nimis grauaretur per accusationem, & per semiplenam probationem cum diffamatione coniunctam.

5 Se-

5 Secunda difficultas est. An hoc sit dicendum tam de voto actiuo, quàm passiuo, quia non statim infertur. Accusatus non potest eligi in Superiorem, ergo neque poterit dare suffragiũ, nam habere votum actiuum non est dignitas, aut honor, quia aliquando etiam laici, qui sunt Ecclesiasticæ dignitatis incapaces, & discreti suffragium tulerunt, quod est quærere, An vocalis accusatus, ex eo solum quòd est accusatus debeat à Capitulo eijci?

Ad hanc quæstionem dico infamatum per accusationem esse incapacem suffragij tam actiui, quàm passiui, tum quia omnes qui sunt in capitulo, capaces sunt tam passiuæ, quàm actiuæ electionis, ex ratione, qua Vocales sunt, & sic patet exclusum ab vno, exclusum esse etiam ab alio. Tum etiam ex ratione generali, quòd omnes illi ab electione excluduntur, qui sunt priuati, vel priuandi potestate eligendi, quia licet ante electionem non sit discussum, sufficit posse conuinci post electionem. Sil. v. electio 1. nu. 3. Sanctor. de pœn. p. 2. fol. 162. & seq.

6 Causas committere non potest in prima Instantia Commissarius fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia Prouinciarum Belgiarum, quæ penes Prælatos Ordinarios esse, & remanere debent Vrbanus Octauus Constitut. 49. in seq. quæ sunt statuta cõfirmata to. 4. p. *65*.

7 Causa, vt Prouincialis del facultatem petendi Romã, est tantùm pro communi bono totius Prouinciæ, aliàs nec Generalis, nec Protector potest moderari pœnam priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, quam Sanctitas Sua sibi reseruauit. Vrbanus Oct. Constit. *26*. in seq. in Decr. posito t. 4. pag. 43. & in Decretis Clem. Oct. fol. 197.

8 Causæ Religiosorum ad officium Inquisitio-

tionis spectantes non ab eorum Superioribus, sed ab Inquisitoribus cognosci decreuit Paulus V. Constit.26 Rom.Pontifex Bullarium Romanum pag.154.tom.4.

Claustrum.

SVMMARIVM.

Referuntur Bullæ prohibentes ingressum mulierum per intus claustra Regularium, n.1.
An mulieres possint comitari processiones per Claustra Monasteriorum Regularium, n.2.
Declarat Pontifex posse comitari, n.3.
Non tamen possunt ingredi Officinas interiores Conuentus, quando fit aliqua functio publica, vt in lotione pedum. n.4.
Regulares non debent commorari extra Claustro pro seruitio sæcularium personarum, num.5.
Elcemosyna pecuniaria non debent recipi per intus Claustra Fratrum Minorum, sed ad Syndicum remittendę, n.6.

1 ATtenta reuocatione priuilegiorum quæ habebant mulieres ingrediendi claustra, & Monasteria Regularium facta à Pio V.per suam Constitutionem, quæ incipit, Regularium personarum, prout in Bullario Romano tom.2. pag.149. in qua excommunicat mulieres introire præsumentes, & suspendit à Diuinis Fratres admittentes, & à Greg. XIII. supradictam Constitutionem confirmante per suam, quæ incipit, Vbi gratiæ, &c. prout in Bullar.Rom. to.2. pag. 196. in qua excommunicat (ipso facto) non solùm dictas mulieres, quouis prætextu præsumẽ-
tes

tes ingredi, ſed etiam ſuperiores ingredi permittentes, & extendit prohibitionem etiam ad mulieres, & ad viros ingredientes Monaſteria Monialium.

2. Supplicatum fuit S. Rit. Congreg. ab Archidiacono Oriolen. pro declaratione, quo Iure Regulares admitãt mulieres in Proceſſionibus, quas faciunt per intus clauſtra, attentis prohibitionibus ſupra narratis? Sac.Rituum Congregatio reſpondit non licere mulieribus comitari Proceſſiones per clauſtra Monaſteriorũ Regularium, niſi adſit expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ die 30.Septemb. 1628.Regeſt.fol.57.

3. Ex qua reſponſione, plerique Ordinarij neſcientes Priuilegium Apoſtolicũ quo perfruũtur Regulares, multis in locis Italiæ, ſumpſerunt occaſionem impediendi præfatas Proceſſiones, comminando excommunicationem in mulieres illas comitantes per intus Clauſtra, & in Regulares admittentes, qui etiam ignorantes dictum priuilegium habuernnt recurſum ad Romanam Curiam; Ideò ne impoſterum perturbentur, & habeant in promptu Priuilegium Apoſtolicum ſcire debent, quòd idem Pius V. cum dubia quædam emerſiſſent circa ſuam prænarratam Conſtitutionem, eam declarauit per aliam Bullam, quæ incipit, Decet Romanum Pontificem, &c. die 16.Iulij 1570. quam refert Confet. in Comp. in Pio V. in Conſtit. 6. pag. 279. in qua declarat his verbis. Quod

Non intendit prohibere, quin Mulieres poſſint ingredi Clauſtra, quando in eis Miſſa, & alia Diuina Officia celebrantur, ac dum Proceſſiones fiunt, & quando Chriſti fideliũ cadauera ibi ſepeliuntur, ac etiã pro eis ſuffragia fiunt, ſimiliter quando diuinũ verbũ ibi proponitur, vel per aliã

quam-

quamcumque causam tantus concursus Populi fuerit, quòd commodè ingredi non possint, & egredi per portam Ecclesiæ, quod tunc possint ingredi, & egredi per portam Claustri, dummodo recto tramite accedat ad portam, qua exitur à Monasterio, prout vsu vbique receptum est absque alia contradictione.

4. Caueant tamen Prælati, ne aliqua fiat processio extraordinaria, vel functio Ritualis, vt illius occasione mulieris officinas interiores Conuentus penetrent, quod vetitum est, vt esset v. g. si daretur habitus alicui Nouitio in Refectorio, aut in lotione pedũ Fer. v. maior. Hebdom. Id enim videtur esse in fraudem legis, & in huiusmodi casibus mulieres non debent protendi vltra Claustra, nam Pontifex in sua Declaratione tantùm prætendit scrupulos remouere, & non præbere relaxationis motiuum, Hieronym. Rodriq. resol. 27. num. 3. & 4. Peyrin. tom. 2. fol. 91. num. 14.

5. Non nisi ex grauissima causa à Sede Apostolica approbanda possunt Prælati Regulares concedere suis Religiosis licentiam commorandi extra Claustra pro obsequio, seu seruitio personarum extra Religionem viuentium. Clem. Oct. in dec. pro Reform. Regul. confirmatis ab Vrbano Oct. n. 32.

6. Claustris non permittitur Fratribus Minoribus de Obseruantia Sancti Francisci recipere eleemosynas pro missis, sed extra claustra ad Syndicum remittendæ sunt. Vrban. Octauus constit. 49. in seq. quę sunt statuta generalia to. 4. pag. 66.

Clau-

Clausura Conuentuum.

SVMMARIVM.

Decretum de clausura nouorum Conuentuum Pomariorum, ac siluarum, num.1.
Sacristia quomodo sunt subiecta Clausura, n.2.

QVia ferè omnes Scriptores Regulares ex professo pertractant de clausura Regularium, & Monialium, nihil ponderatione dignum pro nostro Instituto inueni, nisi decretum de clausura Pomariorum, Siluarum, ac nouorum Conuentuum à Sacra Congregatione Episcoporum,& Regularrim die 13.Septembr.1583. emanatum, quod cùm sit multis profuturum, illud referam, prout accepi ex Epistola, directa Commissario Generali ab eodem Protectore, videlicet.

Molto Reu.Padre.

1 PErche ogni giorno bisogna ricorrere à Nostro Signore per conto di quei Frati, che introducono donne ne i luoghi nuoui di fabrica horti, e selue, pensiamo ciò auuenire per non sapersi la direttior e,e determinatione fatta dalla Sac. Congregatione sopra il fatto dell'entrare dette Dõne nelle Clausure de'detti luoghi nuoui di fabrica, che però V.R.farà sapere à tutti i Prouinciali,e Custodi,come gl'Illustrissimi Cardinali della Sacra Congregatione de'Vescoui, e Regolari hanno deciso, e determiaato, che doue vi è il Guardiano, con la famiglia, etiamdio che il luo-

il luogo non sia affatto compito, nè circondato di muri, fossi, ò siepe, ò che sij aperto, iui sia clausura, si come hà deciso la fel. mem. di Papa Pio V. & entrandoui le donne sono scommunicate, e i Frati, così Prelati, come sudditi, introducendole incorrano nell'istessa scommunica riseruata al Papa, restando ipso facto priui dell'officio loro, e restano inhabili in futurum.

Il medesimo si dice delle selue, che non sono circondate, vt supra, etiam che siano grandissime, in quella parte però s'intende Clausura, oue i Frati sogliono ordinariamente spasseggiare, dicendo le loro deuotioni, ma doue fosse selua grande, che serue per legname, e i Frati ordinariamente non vi sogliono conuersare, nè praticare, ò che sia luogo aperto, iui non s'intende Clausura.

Ma ne i luoghi, doue non sono più, che trè ò quattro Frati alla cura della fabrica, iui non è clausura, tanto nelle selue, quanto negli horti; nulladimeno se i Frati introdurranno le donne nelle stanze doue habitano, dormono, mangiano, ò cucinano, siano penitentiati, e priui, come di sopra. E' vero, che doue è consuetudine, che le donne seruono per manipolo, portando calce, pietre, e simili, se bene ci fosse il Guardiano con la sua famiglia; e le donne fossero entrate per l'espeditione della fabrica così nell'horto, selue, e parte del Monastero, oue si fabrica, & oue stà serrato, purche non vadano in parte, doue habitano, dormono, e mangiano detti Frati, non incorrono in scommunica, e N.S. la prosperi. di Roma li 4. Ottobre 1588.

Di V.R.

Come Fratello
Il Cardinal Mattei Protettore.

Ex

Ex regest. Sac. Congreg. Episc. & Regular. fol. 338.

2. Sacristiæ, ad quas non est aditus per Claustra Conuentuum, sed per Ecclesiam, vel per Chorum non sunt subiectæ Clausuræ. Bonacin. de Clausf.q.5. punct.1. nisi aliter in Prouincialiter Comitijs declaretur.

De Clausura Monialiuum.

SVMMARIVM.

*Clausura Monialium ingressus, quando vetitus Episcopis, & Superioribus.n.*1.

*Quando pueris? num.*2.

*Nullus eam ingredi potest ad conspergendum Cellas aqua benedicta. num.*3.

*Nec mulieres ingrediendi facultatem habentes sine Monialium consensu.n.*4.

*Nec parentes etiam infirmitatis causa. n.*5.

Nec ad processiones, nec ad celebranda Anniuersaria.num. 6

*Clausuram ingredi potest Confessarius, etiam sine socio, & quando, num.*7.

Eam quando ingredi possunt Prælati, & Confessarij ad celebrandum . n 8.

*Generalis, Prouincialis, & Visitatores cum quot socijs eam ingredi possint.n.*9.*&* 10.

*Aliorum Monasteriorum Clausuram ingredi possunt inuitati à Monialium Superioribus. num.*11.

*Eam visitare possunt Episcopi.num.*12.

*Licentias ingrediendi Monasteria, vel alloquendi Moniales, non ad Episcopos, sed ad Regulares dare spectat.num.*13.

Clausuram egredi Monialis quando possit. num. 14.

Quando, & quomodo energumena. n. 15.

Clausuram ingrediens, vel egrediens duos passus eam violantium pœnas non incurrit. n. 16.

Religiosus clausuram ingrediens ob malum finem à quo absoluendus. ibid.

Collocutoria communia in loco aperto esse debent. num. 17.

Confessionalia Monialium in Ecclesijs exterioribus earumdem collocari debent. n. 18.

1 CLausuram Monasteriorum Monialium ingredi nequeunt Episcopi, aut Superiores etiam prætextu interueniendi electioni Abbatissæ, vel Priorissæ, aut examinandi Moniales particulares sub censuris à Sacris Canonibus, c. Periculoso de Stat. Regular. in 6. & Constit. Pontificijs, præsertim Gregorij XIII. Constit. 8. §. primo incip. Deo sacris apud Cherubin. tom. 2. fol. 368 & alia 28. incipien. Vbi gratiæ, ibidem fol. 393. cum hæc ad Monasteriorum crates peragi valeant S. Congreg. Concilij in Siracusana 16. Octobris 1600 Barb. v. Monialium Clausura, circa ingressum num. 2. Lucerna Reg. v. Clausura num. 6. nisi Prælati prudenter iudicent non posse fieri canonicè dictam electionem ipsis non intrantibus ob inquietudinem Monialium, & suspicionem subornationis votorum inter ipsas sub ortæ, aut ob alias iustas causas à Superioribus prudenter arbitrandas. Hoc autem iudicium ad Superiorem Regularem spectat, quia ipse iurisdictionem, & superioritatem in Moniales habet, & quia res Monasterij melius nouit. Barbos. ad loc. Concil.

2. Monialium Clausura ingredi non possunt Pueri,

Pueri, vel Puellæ cuiuscunque ætatis. Sacra Congregatio Episcoporum, in vna Cremon. 12. Februarij 1585. Barbos. loco citato num. 4 quod etiam dixerat Conc. Trid. sess. 25. cap. 5. de Regul. Hoc tamen limitandum esse iudico ne procedat in infantibus, adhuc discretione carentibus. Rodriq. tom. 1. qq. Regular. q. 46. art. 1. Barb. ad loc. Concil. & alij ab eo citati: non autem fatui ingredi possunt, licet rationis vsu careant.

3. Monialium Clausuram nullus ingredi potest ad conspergendum earum cellas, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbathi Sancti, aut quolibet alio tempore. Sac. Congregatio Concil. 13. Septembr. 1583. Barb. loc. cit. num 2. Nald. v. Monialis n. 16.

4 Monialium consensus, sine quo mulieres sæculares licentijs Monasteria ingrediendi vti nō possunt, expressè capitulariter per secreta suffragia haberi debet, vt illis vti valeant, alias sine cōsensu sic habito ingredientes in censuras incidunt. Vrbanus Octauus apud Cherub. tom. 4. Constitut 29. incip. Sacrosanctum 27. Octobris 1624. §. 2. & 3. Barb. loc. cit. num. 9.

5. Non licet Episcopo, aut Superiori licentiā dare matri, sororibus, & consanguineis Monasterium ingredi causa visitandi filiam, vel sorores, quæ aliqua graui infirmitate tenentur, etiam non sine mortis periculo: multò minùs quando filiæ, aut aliæ professionem emittunt, vel Religionis habitum suscipiunt, Barbos. ad loc. Conc. n. 5. post med.

6. Quarumcumque Processionum prætextu nequeunt Regulares in Monialium Ecclesias ingredi processionaliter. Sac. Congr. Episc. & Reg. in vna Pisaurien. 24. Nouemb. 1617. Cadauera

eorum, qui cupiunt in monialium Monasterijs sepulturæ tradi, respondit S.D.N. Gregorius poni debere in exteriori Ecclesia, non autem intra Clausuram, quam nullus ingredi potest ad celebranda Anniuersaria etiam, vt satisfaciant Testantium voluntari Barb. ibidem in princ. vide Rodr.tom.1.q.47.ar.4.§.Tertius casus.

7. Clausuram Monialium ingredi valet Confessarius absque socio ad administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, Eucharistiæ, vel extremæ vnctionis. Sac. Congregatio, Episcoporum, & Regularium 13.Septembris 1583. licet recta via absque diuerticulo ire debeat, nec aliam Monasterij partem diuagari licet, etiam occasione visitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum administratio necessaria non est Aldin. comp. Iur. Can. lib.2. tit.25. Lucer. Reg.v. clausura num.7.

8. Leo X.concessit, quòd quando Moniales S.Claræ infirmantur taliter, quòd non possunt ad cratem venire ad audiendam missam posset illo tempore Sacerdos confessor earum, vel Prælatus Superior introire clausuram in infirmariam, & Monasterium ad celebrandum, dummodo Sacerdos ad nulla alia loca, quam ad Altare diuertat, neque moretur, nisi tanto tempore quanto indiget ad celebrandum, neque loquatur, nisi quantum opus est in missa, Rodr.tom.1. quæst.Reg.quæst.47.ar.4.circa medium, vbi hoc fieri posse enixè tuetur.

9. Licitum est Ministro Generali Ordinis Minorum ingredi Clausuram Moniali ũ S.Claræ cum quatuor, aut quinque Fratribus, quandocunque intus celebrare, vel Dei verbum proponere voluerit. Hier.Rodr.resol. 26. tit. de Clauſ. Monial.num.26.Mirand.tract.de Monial.art.15.
concl.

concl. 1. Portell. dub. Regul. verb. Clauſ. Monial. in addit. num. 6. Sed modo ſtandum eſt moderationi factæ ab Alexandro VII. prout infra v. Monial.

10. Prouinciales Miniſtri, & Viſitatores, viſitationis gratia eandem Clauſuram ingredi poſſunt cum duobus, vel tribus Religioſis honeſtis, ſeu grauibus ad tenendum capitulum culparum, vel aliquid ſimile tangens ſuum officium peragendum, quod de foris fieri non poteſt ſcilicet ad viden clauſuram num ſit violata, & in caſibus neceſſarijs dicit Gregor. XIII. in Conſtit. incip. Dubijs, quæ emergunt apud Portell. tract. de Monialibus quæſt. 2. ar. 14. concluſ. Socij verò dũ intra Clauſuram fuerint ad inuicem nullatenus ſeparentur. Hieron. Rodriq. loco cit. artic. 15. concl. 2. per tot præcipuè ibi, ſed an Prouinciales. Portell. loco cit. ſi hoc agere poſſunt Prouinciales, & Viſitatores multò magis Ordinis Superiores Generales. Spinat. ibi. Ita etiam Vrbanus IV. prout in Reg. S. Claræ cap. 24. Rodr. tom. 1. quæſt. Reg. q. 47. art. 7.

11. Fratres minores inuitati à Prælatis Eccleſiarum, aut à Prælatis Religioſis, aut à Viſitatoribus aliarum Monialium ad viſitan. earum Monaſteria, vel exercendum aliquod aliud Iuriſdictionis munus cum ipſis intrare poſſunt, dummodo (ſi ſubditi ſint) de ſuorum Prælatorum licentia id faciant, Leo X conceſſ. 194. Rodr. reſolut. cit. nu. 27. Mirand. loc cit. artic. 16. Hinc fit, quòd Guardiani, & Prælati Conuentuales, & Præſidentes ſine Prouincialium licentia in hoc caſu Monialium clauſuram intrare poſſunt. Rodriq. quæſt. cit. art. 8.

12. Monialium Regularibus ſubiectarum clauſuram, vel ad eam ſpectantia poſſe ab

Episcopis visitari, post Concilium Tridentinum de Regul.sess.25.cap.5.& Gregor.XV.in Bulla de exempt. priuil. decreuit Sacra Congregat. Concil.28.April.1594.die 17.Iulij 1597.& 22.April. 1617. & quoad clausuram, quæ verè necessaria sunt ordinare poterunt, sibique contradictores punire.

13. Cùm autem certum sit Monialium Clausuram, alios quoque ex vera necessitate intrare posse, vt sunt fabricatores, fabrilignarij, & huiusmodi, quis his ingrediendi facultatem dare poterit? ad ipsos Superiores Regulares dumtaxat spectare censuit Sacra Congregatio Concilij 29. Iunij 1597. apud Barb. in Trid. cit. sess. 25. cap. 5. quod statuerat Pius Quintus in Bulla. Etsi mendicantium in declaratione 5. Molestię apud Cherub. tom. 2. Bullar. 230. col. 1. inhonestum ibi reputans quemlibet in alienam messem falcem inijcere. Cùm autem hæc Monasteria Episcopis minimè subiecta sint, nequeunt in ea vllam exercere Iurisdictionem, super hoc Peyrin. de priuil. Regul. fol. 265. num. 29. nisi in loco esset consuetudo legitimè præscripta, vt huiusmodi licentiæ etiam quoad Monasteria, quæ Regularibus subsunt ab Episcopo tantùm, vel ab Episcopo, & Superiori Regulari coniunctim hę licentię obtinerentur. Tunc enim consuetudinem esse seruandam censuit Sac. Congregatio Concilij 7. Iulij 1597. Barbos. ad cit. c. 5. Concil. Hoc enim intellige etiam de licentijs dandis ijs, qui Moniales alloqui volunt.

14. Monialis Professa egredi non potest de Clausura nisi ob magnum incendium, vel infirmitatem Lepræ, vel Epidimiæ vigore Bullæ Pij V. incipientis Decori, &c. vel in alijs casibus, in quibus eadem, vel maior vrget ratio, apud Lu-

cern.

cern. Regul. ver. Clausur. Barb. loc. cit. requiritur licentia Superioris Regularis, & Episcopi simul, secundum communem sententiam.

15. Nulla Monialis energumena intra Monasterij septa à quocumque Presbytero sæculari, vel Regulari, etiam Confessario exorcizetur, sed ad Ecclesiam exteriorem eiusdem Monasterij (obtenta prius à Sacra Congregatione licentia) ea de causa deducatur, vel transferatur. In huiusmodi autẽ translatione, sicut & in actu exorcizationis honestæ personæ consanguineę, vel alię mulieres prouectæ ætatis, ac probæ conuersationis energumenam comitentur. Exorcista ad huiusmodi actum sit ab Ordinario approbatus. Exorcizatio minori, quo poterit, fiat strepitu. Ecclesiæ ianua eousque occlusa remaneat quosque exorcizatione completa, Energumena ad Monasterium reducatur. Cæterum tam in reditu, quàm in accessu ad Ecclesiam, & Monasterium respectiuè, rectè, & sine diuerticulo tendatur. Sac. Congreg. Concil. Barb. v. Monialium clausura, circa egressum n. 5.

16. Qui Monialium Clausuram violauerit duos passus ingrediendo, & statim reuertendo propter materiæ paruitatem violantium pœnas non incurreret Peyrin. de Priuil. Relig. fol. 167. num. 40. idem dic de moniali; quæ eodem modo clausuram violauerit, sed si Religiosus ad malum finem Monialium Clausuram formaliter violauerit, à quo absolui poterit? A suis Prælatis ait, & probat Peyrin. ibidem num. 41. Si hoc crimen deductum sit ad forum contentiosum poterit absolui à Confessario de suorum Superiorum, licentia quoad culpam, non quoad pœnam, tenet Sanchez 6. in Decal. cap. 17. num. 43. Peyrin. citat. fol. 117. nu. 21. & 22. idem tenet de Religiosis

admittentibus fœminas in Clausuram Conuentus. Poterit etiam Superior hos reabilitare ad vocem actiuam, & passiuam, si violatio ad forum contentiosum deducta non sit.

17. Collocutoria communia in Monasterijs Monial. in loco aperto, & claro esse debent ad effectum vt Moniales alloquentes commodè à singulis videri possint. Sac. Congreg. Episc. & Regul. 7. Martij 1617.

18. Confessionalia Monialium ex Sacristijs, & locis occultis, & remotis amoueri debent, & collocari in Ecclesijs exterioribus earumdem Monialium. Sac. Congreg. Concil. 29. Nouembris 1605. & in vna Fauentina 7. Martij 1617. Quòd si Moniales fuerint in hoc renitens possunt, & debent interdici. Lucern. Regul. v. Confessionalia.

Commissarius Generalis.

SVMMARIVM.

Quare eligendus est ex altera familia? n. 1.
Habet ordinariam potestatem super familiam sibi concreditam. num. 2.
Etiam super Reformatos, in absentia Ministri Generalis. num. 3.
Alternatiua Commissarij Generalis obseruanda est inter Obseru. & Reformatos. n. 4.
Commissario Generali conceditur alius Secretarius generalis Reformatus. n. 5.

1 VT faciliùs Franciscana Religio per vniuersum Christianum Orbē diffusa gubernari possit, Apostolica dispositione prouisum

est,

est, vt post electionem Ministri Generalis, eligi debeat Commissarius, ex altera familia per Patres Vocales eiusdem familiæ Leo X. Ite, & vos, &c. in Const. Ord. c. 8. §. 22. pag. 173.

2. Ordinaria eius potestas, ad omnes sibi concreditas Prouincias, fratres tam Prælatos, quàm subditos, & Moniales se extendit, idcirco nemo ab eius obedientia eximitur, sed omnes, & singulæ vtriusque sexus personæ ei tenentur obedire. Ibidem pag. 174. n. 4.

3. In absentia Ministri Generalis, habet eamdem auctoritatem in Fratres Reformatos eiusdem obseruantiæ, quam habet in Obseruantes de Familia, sicut in Regula continetur, prout ipsi Reformati vnanimiter postularunt, & Congregatio super hoc à Sanctitate Sua instituta approbauit die 27. Septembris 1625. ac fel. rec. Paulus Quintus per Bullam, quæ incipit postulat Apostolicæ, &c. ordinauit. In Reg. Sac. Congr. Episc. & Reg. pag. 107.

4. Cùm ad concordiam fraternamque pacem conseruandam inter Obseruantes, & Reformatos propositum fuerit in pleno Capitulo Generali, vt inter eos fieret alternatiua, scilicet, quod vna vice eligatur Commissarius Generalis Cismontanæ familiæ ex Reformatis, altera vero ex Obseruantibus, decreuit idem Capitulum Generale, vnanimi consensu, vtroq; Discretorio, & Diffinitorio annuente, quòd ad eandem pacem stabiliendam, supradicta Alternatiua fieret, hac tamen conditione, vt tres Diffinitores generales eligantur ex Obseruantibus, & tres ex Reformatis in cunctis Congregationibus, & Capitulis Generalibus: Necnon ad maiorem huius Constitutionis firmitatem supplicetur Sanctissimo pro confirmatione huiusmodi concordati.

 5 Item

5. Item decernitur quòd pro multitudine negotiorum Prouinciarum Reformatarum Cismontanæ Familiæ assignatur Reuerendissimo P. Commissario Gen. eiusdem familiæ pro tempore existenti, alius Secretarius Generalis Reformatus, qui post elapsum triennium officij Secretariatus, gaudeat priuilegijs, quibus potiuntur Secretarij Generales. Rom. 1664.

Commissarius ad Comitia Generalia mittendus.

SVMMARIVM.

Eligendus est per vota secreta, nemine proponente, num. 1.

Habebit in eodem Capitulo votem actiuam, & passiuam, num. 2.

Si fuerit subrogatus quibus prærogatiuis gaudebit, num. 3.

Eminentissimi, e Reuerendissimi Signori.

IL Ministro Prouinciale de' Minori Osseruanti Riformati di questa Prouincia Romana humilmente supplica l'EE. VV. dichiarare à chi spetti il proporre il Commissario da eleggersi, ò per restare al Gouerno della Prouincia, ò per andare al Capitolo Generale à portar il voto in luogo di esso Oratore, e se possa eleggere à voti publici, e per Ballottatione, ouero se si debba eleggere per schedulas, nemine proponente. Che il tutto, &c.

1. Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium nego-

negotijs, & Consulationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit non licere procedere ad electiones Commissariorum huiusmodi, nisi per schedulas, & vota secreta, ac per pluritatem votorum, nemine proponente, & ita semper seruari mandauit in omnibus Prouincijs præfati Ordinis Reformatorum. Romæ 27. Ianuarij 1645.

Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

R. Archiepiscopus Patracen.
Secretarius.

In Regest. Sacr. Congreg. Episcoporum, & Regul. 167.

2. Qui præterea in eodem Capitulo Generali habebit vocem actiuam, & passiuam in omnibus electionibus, ac si verus esset Prouincialis. Tolet. 1583. Cronol. fol. 643.

3. Si verò fuerit subrogatus loco Diffinitoris Generalis absentis gaudebit prærogatiuis Patrum quoad paternitatem, & præcedentiam dumtaxat. Rom. 1651. in Const. Ordinis §. 26. nu. 19. fol. 180.

Commissarius Prouincialis.

SVMMARIVM.

In absentia Ministri instituendus est. n. 1.

Moriente Ministro, remaneat Vicarius Prouincialis, num. 2.

Si moriatur ipse Commissarius absente Prouinciali, instituendus est Pater dignior, numer. 3.

Si verò sub regimine istius, moriatur Minister

 guber-

gubernabit vsque ad Capitulum nomine Vicarij Prouincialis, num.4.
Inter Reform. quomodo eligendus num.5.

1 SI Minister Prouincialis aliqua causa à Prouincia discessurus est necessario instituendus est diffinitorij suffragijs Commissarius Prouincialis, qui Prouinciam regat. Rom. 1651. in Constit. Ordin. pag. 210. num. 8.

2. Si autem Prouincialem ipsum extra Prouinciam mori contigerit, præfatus Commissarius ab eo relictus sub titulo, & appellatione Vicarij Prouincialis in Officio succedat, quousque Capitulum Prouinciale celebretur, ibid. n. 9.

3. Quando autem, absente Ministro, Cōmissarius moreretur, Prouinciæ regimen ad digniorem ipsius Patrem cum eadem auctoritate, & titulo Commissarij Prouincialis, vsque ad Prouincialis regressum deferatur. Ibidem num. 10.

4. Si verò sub regimine Commissariatus istius dignioris mors contingat Ministri Prouincialis absentis, tunc Pater dignior, qui Commissarius nominabatur, cum titulo, & auctoritate Vicarij Prouincialis vsque ad Capitulum gubernet. Ibidem, num. 11.

5. Ad tollendas controuersias, quæ oriri solent in Prouincijs Reformatis pro eligendis Commissarijs, statuitur, quòd exeunte Ministro Prouinciali ex limitibus Prouinciæ, eligatur Commissarius Prouincialis suffragijs Diffinitorum, iuxta statuta Ordinis, & ita Capitulum Generale obseruari mandauit, non obstantibus quibuscumque Rom. 1664. Aduertant Patres Difinitorij, quòd hæc electio fieri debet eo modo quo eligitur Prouincialis, nempè nemine proponente, per excessum, & pluralitatem

tem votorum, prout declarauit Sac. Congreg Episcoporum, & Regularium in vna Romana Anno 1645. vt in Theatro pag. 125.

Commissarius Terræ Sanctæ.

SVMMARIVM.

Instituendi sunt à Ministro Generali, n. 1.
In Curijs Regum commorantes, subijciuntur Superiori Generali, n. 2.
Debent accedere ad Comitia Generalia pro reddenda ratione. n. 3.
Non possunt substituere Vicecommissarios, numer. 4.
Reuereantur Superiores locales, n. 5.
Mittendi sunt in Belgio, in Gallia, n. 6.
Instituendi in Ancona, num. 7.

1 HViusmodi Commissarij instituantur in vnaquaque natione cum debita facultate à Ministro Generali, sicut mos est de patrum cuiuslibet nationis consilio. Const. Ordinis cap. 12.§.4.n.1.pag. 277.

2. In Curijs Regum commorantes, & in aliorum Supremorum Principum, siue Rerumpublicarum Curijs residentes immediatè subijciantur Superiori Generali. Ibidem pag.280.n.1. & 2.

3. Accedant ad Capitulum, & Congregationem Generalem pro reddenda ratione. Ibidem pag. 278. n. 8.

4. Non substituant Vicecommissarios tempore quæstuationis, sed tantùm assumere possint vnum, vel plures fratres in auxilium. Ibidem pag. 279. n. 6.

5. Re

5. Reuereantur Superiores Locales, & petant benedictionem ad egrediendum. Ibidem 281. n. 4. Sac. Congr. de Propag. Fide 1636.

6. Commissarij Terræ Sanctæ mittantur in Belgio, in Gallia, sintque subiecti Superioribus locorum, quoad disciplinam Regularem, non autem in pertinentibus ad Officium Commissariatus. Sacr. Cong. de Propaganda Fide die 9. Iulij 1636. prout in Regest. eiusdem fol. 151.

7. Statuitur, vt in Conuentu, & Ciuitate Anconæ manuteneatur Commissarius Terræ Sanctæ, cum facultate quæstuandi, ob necessitatem Fratrum euntium, & redeuntium de Ciuitate Sancta Hierusalem, & pro alijs negotijs sibi à Superiore generali committendis.

Item ad remouenda inconuenientia, quæ oriri solent circa Commissarios Terræ Sanctæ; decernit Capitulum Generale, vt in posterum obseruentur inuiolabiliter Constitutiones Ordinis, in vltimo Capit. Toletano Generali editæ. Rom. 1664.

Commissarius Generalis Curiæ.

Vide Procurator Generalis.

Commissarius Visitator.

SVMMARIVM.

Quid agere debeat ingressu Prouinciæ. n. 1.
Formula litteræ circularis. n. 2.

QVia Commissarij Visitatoris Officium in Constitutionibus generalibus Ordinis, optimis directionibus moderatur, hic tantùm ponam pro ipsius solatio formulas, & instructiones necessarias sui Ministerij.

Protestatio iuridica per Commissarium Visitatorem facta in ingressu Prouinciæ.

In nomine Domini Amen.

1 ANno Domini 1653. die 12. mensis Martij. Cùm ad Dei gloriam, Religionisque commodum maximè spectet bono communi consulere Superiores, aliorumque peccata, seu defectus si qui in aliquo inuenti sunt charitate media corrigere, ac si opus fuerit, iusta seueritate coercere, Ideò Reuerendissimus P. N. totius Ordinis Minorum Generalis Minister sui Officij debito cupiens satisfacere, nec id per ipsum (impedientibus legitimis causis) efficere valens, Prouinciam nostram N. Reformatam tempore instanti, quo eiusdem Prouinciæ Capitulum celebrandum venit, iuxta laudabilem consuetudinem, ne absque præuia Visitatione præstetur,

Adm.

Adm. Reu. Patri N. per suas literas tenoris sequentis, tamquam suo Commissario Visitatori demandauit.

Ponuntur litteræ Commissionis.

QVibus quidem litteris, vt par erat obedire volens præfatus N. Commissarius Visitator itineri se cum P.N.Secretario assumpto committens, per varios tandem casus, & varia discrimina rerum ad Conuentum N. supradictæ Prouinciæ appulit, & eiusdem Conuentus Patribus, & fratribus conuocatis in Refectorio, monito priùs, vt moris est, Adm. Reu. P. Ministro præfatæ Prouinciæ de eius aduentu, litteras Reuerendiss. P. Generalis etiam in publica refectione lectas, & se ipsum suum verum Commissarium Visitatorem, & legitimum Superiorem, præuia exhortatione, intimauit, ac declarauit, & talem signis, obsequijs, nutibus solitis receptum, & veneratum peruenit ad Aulas Superiorum sibi paratas, magna Patrum, ac fratrum multitudine comitante. *Die verò sequenti litteris per vniuersam Prouinciam missis certiores fecit omnes Patres, & Fratres iuxta antiquam consuetudinem de eius aduentu, deque eius animo, & intentione tenoris sequentis.*

2. Fra N. Commissario Visitatore, e seruo alli MM. VV. PP. Frati Superiori, e sudditi della medema Riformata Prouincia salute, e pace nel Signore.

Essendosi compiaciuto il nostro Padre Reuerendissimo Generale restar seruito del poco de le nostre forze, e del niente del nostro valore, col destinarci Commissario Visitatore di questa honoratissima Prouincia col occasione di significarlo

ficarlo (come facciamo con questa nostra) alle PP. VV. mi è parso d'auuisarle, che la mente del detto Reuerendissimo Padre Generale è di piantare in questa Riformata Prouincia la santa pace, concordia, & vnione, quando non vi fosse, ilche non crediamo; & essendoui, di coltiuarla, & accrescerla, e con vna santa elettione di stabilirla, e fortificarla col mezo della quale si mantenga l'osseruanza della Regolare disciplina, s'introduca il profitto spirituale, e l'ottimo della perfettione Religiosa, che tanto appunto desideriamo noi, come nel progresso della visita scorgeranno.

Et acciò il tutto s'habbia d'incaminare felicemente, ordiniamo ai Superiori locali, che sotto pena della priuatione de'loro Officij, ipso facto incurrenda, facciano ritrouar in ordine nel tempo, che saremo in Visita ai loro Conuenti gl'infrascritti Inuentarij, cioè delle sacre Reliquie, che si trouano nelle loro Chiese, dell'Indulgenze, e *priuilegij concessi à dette Chiese*, Capelle, & *Altari perpetui*, ò temporali con le loro scritture: *Delle Vesti sacre*, apparati, Vasi, & altri ornamenti Ecclesiastici. Dei libri, che si trouano nelle loro Librarie, quali inuentarij si faranno sottoscriuere dai Discreti del Conuento.

Similmente ordiniamo sotto pena d'Apostasia, ipso facto incurrenda, che nessun Padre, ò Frate di qualsiuoglia grado, ò conditione, che sia suddito, ò Superiore dopo la publicatione di questa, ardisca senza nostra licenza in scriptis vscire fuora della sua questa, e quelli, che si troueranno fuori, doueranno sotto la medema pena subito ritornare ai loro Conuenti; i Padri Predicatori però che stanno attualmente predi-

predicando con i loro compagni si fermeranno fino doppo Pasqua, dipoi si trasferiranno immediatamente nel Conuento, dentro la cui questa si trouano predicando, doue si tratterranno insino à nostro nuouo ordine, se non fossero Guardiani, che in tal caso si ordina che subito dopo la Predica si trasferischino ai loro Conuenti, comandando alli Superiori locali, che diano di tutto ciò auuiso ai Predicatori, che predicano nelle loro queste, Reuocando in virtù di questa tutte le obedienze in contrario date d'altri Superiori à noi inferiori.

Preghiamo in oltre le PP. VV. à volersi nella Visita vestire di santo zelo per l'osseruanza della nostra Regola, e carità col prossimo, pretendendo più tosto l'emenda; che la confusione, e castigo, assicurandole, che saranno da noi ascoltate con carità, e tenute secrete, acciò possino confidentemente, e liberamente scaricare le loro coscienze. Ben è vero, che l'auuisiamo à non muouersi per passione, ò per altro fine, che non sia secondo Dio, perche se scopriremo nella Visita alcuno, che pretenda fabricarsi i suoi auanzamenti con le ruine del prossimo, e con fini storti, sappiano di certo, che oltre che le loro informationi partoriranno contrario effetto del preteso, noi in pena delle loro machine gli trõcaremo tutte quelle strade, che saranno per loro pretensioni.

Ricordiamo d'auantaggio le pene fulminate da Sommi Pontefici contra quelli, che ricercano fauori dal secolo e fuori dell'Ordine, assicurandoli, che oltre allo scandalo, che daranno à secolari, noi per diametro ci opporremo à suoi disegni non volendo incorrere in quelle censure, nelle quali loro tentano precipitarsi, stimolati dall'ambitione.

Final-

Finalmente ordiniamo à tutti i sudetti Padri Guardiani, Presidenti, & altri Frati à chi conuiene sotto pena di priuatione de'loro officij, che doppo il matutino, e vespero faccino dire vnitamente in Choro, il Veni Creator Spiritus, &c. con i Versetti, & Orationi dello Spirito Santo, dell'Immacolata Concettione, del Padre San Francesco per il buon successo del futuro Capitolo, auuertendo gl'istessi Padri Guardiani, e Superiori Locali sotto l'istesse pene, che subito riceuuta la presente la facciano leggere in publico Refettorio à suono di campanello alla presenza di tutti i Frati, e sottoscritto che haueranno il giorno, e l'hora della riceuuta la manderanno per persona à posta di Conuento in Conuento, secondo l'Ordine retroscritto, e l'vltimo Guardiano la conseruerà per renderla à noi in tempo della Visita, con che le preghiamo l'assistenza della Diuina gratia. Data nel Conuento N. &c.

Breuis Instructio Paternæ Visitationis Generalis.

1 HÆc est Visitatio Generalis, quam facere intendit Admodum R.P.N. Commissarius Visitator huius Prouinciæ N. in Conuentu N. die &c.

Cùm peruenissemus ad Conuentum N. & fuissemus benignè recepti à Patre Guardiano, & alijs fratribus, nos contulimus ad Ecclesiam, in qua flexis genibus Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum adorauimus, breuique oratione facta discedentes, ad Cellam nobis paratam perreximus; Post aliqualem verò quietem, eodem die, hora prandij, vel cœnæ conuocatis omnibus in

Refe-

Refectorio fratribus, verbum Dei proposuimus, & Visitationem intimauimus, omnes in Domino cum sanctæ obedientiæ merito admonentes, vt dicerent, quæ de iure dicenda veniunt, nec odio; nec praua animi affectione, sed ex sola charitate, & Regularis Obseruantiæ zelo mouerentur.

Posteà visitauimus Ecclesiam incipiendo à Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quod religiosè compositum, & custoditum reperimus, Altaria deinde, Reliquias Sanctorum, Oleum infirmorum, Capellas, Confessionales sedes, Sepulturas, Sacristiam cum Sacra Supellectili, vniuersamque Ecclesiam.

In Crastinum.

VIsitatore Segregato in Cella solitæ Residentiæ, sic incipiat Visitationem.

In Dei nomine Amen. Die, &c. Anno, &c. Hæc est *Visitatio Generalis huius* Conuentus N. quæ *fit per me* N. Commissarium Visitatorem, iuxtà Concil. Tridentini Decreta, Constitutiones Apostolicas, & nostri Ordinis Statuta Generalia; quapropter habito sermone ad Fratres visitatoque Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, ac cæteris ad Diuinum cultum spectantibus, iussi vocari ad me omnes fratres prædicti Conuentus ad effectum eos examinandi, & interrogandi super Generalem obseruantiam nostræ Regulæ, & Statutorum Ordinis.

Summarium ſuper quibus Interrogatio.

SE ſi frequenta la Chieſa giorno, e notte.
Se ſi oſſeruano le Cerimonie Eccleſiaſtiche.
Se tutti conuengono al Coro.
Se vi ſono Frati diſubbidienti.
Se alcun Frate tiene, ò riceue denari.
Se niun Frate porta armi.
Se vi ſono ſcandaloſi.
Se vi ſono ſeditioſi.
Se alcuno hà ſoſpetto conſortio.
Se ſi caualca.
Se il Guardiano fà diligentemente l'Offitio ſuo.
Se ſi fà la carità ai foraſtieri.
Se ſi dà alloggio continuamente à Secolari.
Se vi è alcuno, che vada fuori ſenza licenza.
Se il Guardiano fà oſſeruar la Regola, e Coſtitutioni.
Se ſi fanno leggere i Decreti, e Bolle Apoſtoliche.
Se i Sacerdoti dicono Meſſa.
Se i Laici frequentano la Communione.
Se i Chierici ſono mantenuti con la debita mortificatione.
Se alcun Frate porta Camicia, ouero hà panni di più che gli concede la Regola, &c. e ſimili, &c.

Et primus vocatus fuit Fr. N. Laicus Nouitius ætatis ann. &c. Religionis verò menſium, &c. & ſuper generalibus interrogatus. Reſpondit ad ſingula benè, & neſciens ſcribere fecit †

Secundò vocatus fuit Fr. N. Clericus ætatis ann &c. Religionis verò, &c. qui interrogatus ſuper generalem obſeruantiam, reſpondit. I Frati ſi portano bene, ſi leuano à matutino, ſtanno

stanno in pace, &c. & propria manu se subscripsit.

Io Fr. N. conf. quanto sopra.

Vltimo vocatus fuit P.Fr.N. Sacerdos, & Guardianus loci, ætatis annorum, &c. Religionis, &c. & super singula interrogatus, respondit. Non hò che dire cosa essentiale, perche questi Frati si portano come tanti Angeli, solo vna cosa hà bisogno di rimedio, &c. & propria manu se subscripsit, &c.

Tandem visitauimus Cellas Fratrum, Officinas Conuentus, quæ omnia Diuino Cultui accommodata, & nostræ professioni respondentia inuenimus, exceptis aliquibus abusibus, &c. videlicet. Che si tenga la porta del Claustro serrata, che non s'introduchino secolari in Dormitorio, e nelle Celle, quibus ablatis, & prouisione necessaria munitis, & data omnibus Benedictione, Visitationem compleuimus die 12. Martij 1653.

Locus † sigilli.

Ita est Fr. N. Commissarius Visitator.

Instruttione per render la Visita.

1 NEl render la Visita, auuerta il Superiore di mandar fuori dal Refetorio i Frati Forastieri, che non sono del corpo della famiglia, e finito il sermone, se nella Visita hà trouato qualche Religioso difettoso, e vitioso notabilmente, e che la colpa sia publica, anco publicamente lo riprenda, imponendogli la douuta penitenza, se poi il difetto è leggiero, ò secreto lo riprenda con carità paterna segretamente, considerando se tal Religioso sia solito delinquere, ò pure se sia stata vna disgratia, auuerta anco il Superiore di vsare nella riprensione parole

mo-

modeſte, caſte, religioſe, diſcrete, e graui, eſſendoli à cuore la riputatione di colui, che corregge, acciò inaſprito non precipitaſſe in maggior errore, vedendoſi alle volte con eſperienza, che taluolta dalle viſite rigoroſe naſcono cattiui effetti, & alcuni Superiori laſciano la guerra, doue trouano la pace, però vſino deſtrezza, tale, che l'accuſato non poſſa venir in cognitione di chi l'hà denunciato, quando poi il difetto foſſe diſorbitante, e manifeſto, all'hora può anco la riprenſione vſarſi con rigidezza, e ſeuerità, purche il Superiore in tutte le ſue attioni dimoſtri di muouerſi da zelo, e non da vendetta. Auuerta di più il Viſitatore di non chiamare alla colpa publica i Padri Qualificati, e graui ſenza notabiliſſime occaſioni, conſiderando, che pena maggiore à queſti tali è la publica confuſione, che non è ad vn fraticello ordinario la Carcere, che però le noſtre Conſtitutioni generali diſpongono, che ſimili Padri non ſi poſſino riprendere in publico confuſibilmente, ſenza il conſeglio, e conſenſo del diffinitorio.

L'iſteſſo riſpetto deue anco vſare nel correggere publicamente i Superiori locali, acciò i ſudditi pigliando ardire, e baldanza, non li diſpregino, e ſtrapazzino conſiderando, che chi con zelo gouerna piace à pochi, e diſpiace à molti, però il Viſitatore non ſia facile à credere in coſe graui l'imputationi, e querele date contra i Guardiani da ſudditi, quali ò perche vorrebbero viuere in libertà, ò perche ſono auuezzi in comandare, e non vorrebbero obbedire, ò per diſcreditare detti Guardiani, ſperando di ſubentrare in luogo loro, ò per geloſia d'inuidia, ſolleuano taluolta i ſemplici à fare male relationi, pregiuditiali al loro buon Guardiano, ſe bene il Viſita-

ſitatore ſubito comprende accortamente la conditione di queſti tali, e sà beniſſimo, che tutti li colpi vanno contro di chi gouerna, però nelle coſe giuſte ſoſtenta l'autorità del Superior locale, & in tal caſo di difetto con creanza, e riſpetto lo corregge, &c.

2 Quando il Viſitatore nel ſommario eſtratto della Viſita troua difetti, & abuſi publici, e communi, publicamente, & in commune li riprenda: ſe gli abuſi ſaranno notabili, & eſſentiali, ſi poſſono rimediare con ordini publici, e communi, quali detto Viſitatore farà leggere nella Communità de'Frati, laſciandone copia al Superiore locale, ſe poi il difetto è publico, ma di Frate priuato, ſi riprende publicamente, ſe'l difetto è perſonale, e ſecreto, ſi riprenda, e corregga paternalmente, come di ſopra ſi è detto, ſpedite le colpe particolari, ſi chiamino i Nouitij in mezzo al Refettorio, proſtrati in terra, e per mortificatione ſi riprendino, &c.

Inſtruttione per l'Aſſolutione generale nel fine della viſita.

SPedito il ſermone, e finite le colpe tutti i Religioſi della Famiglia inginocchiati dichino il Confiteor, & il Viſitatore alzato in piedi al ſuo luogo dica, Miſereatur veſtri omnipotens Deus, &c.

Si teneminì aliquo vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, ſuſpenſionis, vel interdicti; in quantum ſe extendunt gratiæ, & priuilegia Ordini noſtro indulta, mihi commiſſa, & vobis conceſſa, Abſoluo vos, & reſtituo vos Sacramentis Eccleſiæ, communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris † &c.

Item

Item eadem auctoritate dispenso vobiscum super irregularitatibus, inhabilitationibus, & alijs pœnis Ecclesiasticis, si quas contraxistis in quantum possum, & valeo. Aboleo etiam à vobis omnem maculam infamiæ vndecumque contractę, & habilito vos, ac restituo executioni Ordinum, & officiorum vestrorum, necnon ad omnes actus legitimos, tum Ordinis, tum iurisdictionis, ac Religionis nostræ beneficia, prout nostra se extendit auctoritas. Denum eadem auctoritate absoluo vos ab omni trasgressione Regulæ, Constitutionum, Ordinationum, & admonitionum maiorum nostrorum, ab omnibus pęnitentijs oblitis, seu etiam neglectis, & ab omnibus peccatis vestris; de illis vobis concedendo indulgentiam plenariam, iuxta formam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consuetam. In nomine Patris † &c.

Ite in pace, nolitę amplius peccare, & orate Deum pro me.

Nota, quòd Prouinciales Ordinis Minorum de Obseruantia, peracta Visitatione possunt concedere Fratribus, & Monialibus sibi subditis benedictionem, & plenariam Indulgentiam, ex concessione Leonis X. & Gregorij XIII. pro Visitatoribus Societatis Iesu. Ideò admonere debent subditos pro consequutione huiusmodi Indulgentiæ. Hier.Rodriq.Resol. 77. v. Indulgentia num. 6.

Nota.

Che quest'assolutione si dà in foro conscientiæ tantùm, & non in foro exteriori, nè auco in foro sacramentali, auuertendo, che dalle censure, pene, inhabilità, e riseruationi si può assoluere fuori di confessione, e senza obligo

d'imporre penitenza, essendo tali impedimenti legami, per la cui solutione basta la semplice autorità, benche l'assoluente non fosse Sacerdote, vedi questa dottrina in Sigismondo Capucc. tract. de potest.Præl.par.1.dub.19.n.7.& par.2. dub.99.n.3.Eman.Rodr.tom.1.q.20.art.7.

Lettera citatoria per celebrar il Capitolo.

5 FRà N. Commissario, &c. Alli M. Ven. PP. Guardiani, &c. salute, e pace nel Signore.

Hauendo per la Dio gratia finito di visitare questa nostra Riformata Prouincia, ci siamo finalmente deliberati di celebrar il Capitolo in questo nostro Conuento di N. N. li 20. del mese d'Aprile corrente, però in virtù della presente comandiamo per S. Obedienza à tutti i Padri Guardiani, & altri Superiori de Conuenti, e luoghi di detta Riforma, che al riceuere della presente citatoria la debbano subito far leggere à tutti i loro Frati congregati à suono di campanello, secondo il solito, e per non moltiplicare Frati nel luogo Capitolare coll'istesso precetto comandiamo, che niuno ardisca venire in detto Capitolo, e luogo Capitolare sotto pena d'Apostasia, se non sarà Vocale, ma i detti Vocali s'accompagneranno insieme, secondo la vicinanza de' Conuenti, aspettandosi l'vn l'altro; che perciò in virtù della presente sospendiamo, cassiamo, & annulliamo ogn'altra facoltà, e licenza da noi lasciata, etiam in scriptis; Nè presumerà Vocale alcuno, ò altro Frate, che si sia, venir à cauallo, sotto pena di priuatione di voce attiua, e passiua per tre anni, ipso facto incurrenda, ma verranno à piedi, con quella Religiosità, e modestia che ri-

richiede il nostro Instituto Serafico; e sotto le medeme pene nessuno Vocale ardirà venire in detto luogo Capitolare prima delli 13. del corrente Aprile.

E perche il principal aiuto nell'attioni Capitolari si deue sperare da Sua D. M. per tanto tutti i Vicarij Presidenti, & altri Superiori de' luoghi seguiteranno le solite orationi con maggior feruore di prima, & il giorno dell'Elettione in tutti i Conuenti la mattina à buon'hora si canterà, ò si dirà al solito vna Messa del Spirito santo, alla quale concorreranno tutti i Frati, communicandosi i Chierici, e i Laici, pregando tutti vnitamente per l'Elettione d'vn buon Superiore. Et acciò questa nostra Citatoria venga quanto prima à notitia di ciascheduno, comandiamo sotto la medema pena di priuatione d'Officio à tutti i Padri Guardiani, & altri Superiori, che subito letta, la mandino per persona à posta di conuento in conuento secondo l'ordine retroscritto, notando l'hora, & il giorno della riceuuta; auuisando finalmente tutti quei Giouani, che si vogliono far Frati, acciò possino presentarsi in tempo; che è quanto occorre, &c.

6 Quando moritur delegans, nempe Minister, vel Commissarius generalis, cessat etiam auctoritas delegati, quod intelligendum est, re integra manente, idest si talis Commissarius non incepit exercere munus suum, nam si incepit debet complere. Lezan. quæst. Regular. v. Commissarius, num. 5.

7. Commissarij Generales Nationum, in Ordine nostro quotannis monere debent Patrem Reuerendissimum Generalem, de actis in suis Prouincijs, sub pœna priuationis Officij, & in capitulis, & congregationibus Generalibus sub-

predicando con i loro compagni si fermeranno fino doppo Pasqua, dipoi si trasferiranno immediatamente nel Conuento, dentro la cui questa si trouano predicando, doue si tratterranno insino à nostro nuouo ordine, se non fossero Guardiani, che in tal caso si ordina che subito dopo la Predica si trasferischino ai loro Conuenti, comandando alli Superiori locali, che diano di tutto ciò auuiso ai Predicatori, che predicano nelle loro queste, Reuocando in virtù di questa tutte le obedienze in contrario date d'altri Superiori à noi inferiori.

Preghiamo in oltre le PP. VV. à volersi nella Visita vestire di santo zelo per l'osseruanza della nostra Regola, e carità col prossimo, pretendendo più tosto l'emenda, che la confusione, e castigo, assicurandole, che saranno da noi ascoltate con carità, e tenute secrete, acciò possino confidentemente, e liberamente scaricare le loro coscienze. Ben è vero, che l'auuisiamo à non muouersi per passione, ò per altro fine, che non sia secondo Dio, perche se scopriremo nella Visita alcuno, che pretenda fabricarsi i suoi auanzamenti con le ruine del prossimo, e con fini storti, sappiano di certo, che oltre che le loro informationi partoriranno contrario effetto del preteso, noi in pena delle loro machine gli trõcaremo tutte quelle strade, che saranno per loro pretensioni.

Ricordiamo d'auantaggio le pene fulminate da Sommi Pontefici contra quelli, che ricercano fauori dal secolo e fuori dell'Ordine, assicurandoli, che oltre allo scandalo, che daranno à secolari, noi per diametro ci opporremo à suoi disegni non volendo incorrere in quelle censure, nelle quali loro tentano precipitarsi, stimolati dall' ambitione.

Final-

Finalmente ordiniamo à tutti i sudetti Padri Guardiani, Presidenti, & altri Frati à chi conuiene sotto pena di priuatione de'loro officij, che doppo il matutino, e vespero faccino dire vnitamente in Choro, il Veni Creator Spiritus, &c. con i Versetti, & Orationi dello Spirito Santo, dell'Immacolata Concettione, del Padre San Francesco per il buon successo del futuro Capitolo, auuertendo gl'istessi Padri Guardiani, e Superiori Locali sotto l'istesse pene, che subito riceuuta la presente la facciano leggere in publico Refettorio à suono di campanello alla presenza di tutti i Frati, e sottoscritto che haueranno il giorno, e l'hora della riceuuta la manderanno per persona à posta di Conuento in Conuento, secondo l'Ordine retroscritto, e l'vltimo Guardiano la conseruerà per renderla à noi in tempo della Visita, con che le preghiamo l'assistenza della Diuina gratia. Data nel Conuento N. &c.

Breuis Instructio Paternæ Visitationis Generalis.

1 HÆc est Visitatio Generalis, quam facere intendit Admodum R.P.N. Commissarius Visitator huius Prouinciæ N. in Conuentu N. die &c.

Cùm peruenissemus ad Conuentum N. & fuissemus benignè recepti à Patre Guardiano, & alijs fratribus, nos contulimus ad Ecclesiam, in qua flexis genibus Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum adorauimus, breuique oratione facta discedentes, ad Cellam nobis paratam perreximus; Post aliqualem verò quietem, eodem die, hora prandij, vel cœnæ conuocatis omnibus in Refe-

Refectorio fratribus, verbum Dei proposuimus, & Visitationem intimauimus, omnes in Domino cum sanctæ obedientiæ merito admonentes, vt dicerent, quæ de iure dicenda veniunt, nec odio; nec praua animi affectione, sed ex sola charitate, & Regularis Obseruantiæ zelo mouerentur.

Posteà visitauimus Ecclesiam incipiendo à Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quod religiosè compositum, & custoditum reperimus, Altaria deinde, Reliquias Sanctorum, Oleum infirmorum, Capellas, Confessionales sedes, Sepulturas, Sacristiam cum Sacra Supellectili, vniuersamque Ecclesiam.

In Crastinum.

Visitatore Segregato in Cella solitæ Residentiæ, sic incipiat Visitationem.

In Dei nomine Amen. Die, &c. Anno, &c. Hæc est Visitario Generalis huius Conuentus N. quæ fit per me N. Commissarium Visitatorem, iuxtà Concil. Tridentini Decreta, Constitutiones Apostolicas, & nostri Ordinis Statuta Generalia; quapropter habito sermone ad Fratres visitatoque Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, ac cæteris ad Diuinum cultum spectantibus, iussi vocari ad me omnes fratres prædicti Conuentus ad effectum eos examinandi, & interrogandi super Generalem obseruantiam nostræ Regulæ, & Statutorum Ordinis.

Sum-

Summarium ſuper quibus Interrogatio.

SE ſi frequenta la Chieſa giorno, e notte.
Se ſi oſſeruano le Cerimonie Eccleſiaſtiche.
Se tutti conuengono al Coro.
Se vi ſono Frati diſubbidienti.
Se alcun Frate tiene, ò riceue denari.
Se niun Frate porta armi.
Se vi ſono ſcandaloſi.
Se vi ſono ſeditioſi.
Se alcuno hà ſoſpetto conſortio.
Se ſi caualca.
Se il Guardiano fà diligentemente l'Offitio ſuo.
Se ſi fà la carità ai foraſtieri.
Se ſi dà alloggio continuamente à Secolari.
Se vi è alcuno, che vada fuori ſenza licenza.
Se il Guardiano fà oſſeruar la Regola, e Coſtitutioni.
Se ſi fanno leggere i Decreti, e Bolle Apoſtoliche.
Se i Sacerdoti dicono Meſſa.
Se i Laici frequentano la Communione.
Se i Chierici ſono mantenuti con la debita mortificatione.
Se alcun Frate porta Camicia, ouero hà panni di più che gli concede la Regola, &c. e ſimili, &c.

Et primus vocatus fuit Fr. N. Laicus Nouitius ætatis ann. &c. Religionis verò menſium, &c. & ſuper generalibus interrogatus. Reſpondit ad ſingula benè, & neſciens ſcribere fecit †

Secundò vocatus fuit Fr. N. Clericus ætatis ann &c. Religionis verò, &c. qui interrogatus ſuper generalem obſeruantiam, reſpondit. I Frati ſi portano bene, ſi leuano à matutino, ſtanno

stanno in pace, &c. & propria manu se subscripsit.

Io Fr. N. conf. quanto sopra.

Vltimo vocatus fuit P.Fr.N. Sacerdos, & Guardianus loci, ætatis annorum, &c. Religionis, &c. & super singula interrogatus, respondit. Non hò che dire cosa essentiale, perche questi Frati si portano come tanti Angeli, solo vna cosa hà bisogno di rimedio, &c. & propria manu se subscripsit, &c.

Tandem visitauimus Cellas Fratrum, Officinas Conuentus, quæ omnia Diuino Cultui accommodata, & nostræ professioni respondentia inuenimus, exceptis aliquibus abusibus, &c. videlicet. Che si tenga la porta del Claustro serrata, che non s'introduchino secolari in Dormitorio, e nelle Celle, quibus ablatis, & prouisione necessaria munitis, & data omnibus Benedictione, Visitationem compleuimus die 12. Martij 1653.

Locus † sigilli.

Ita est Fr. N. Commissarius Visitator.

Instruttione per render la Visita.

1 NEl render la Visita, auuerta il Superiore di mandar fuori dal Refetorio i Frati Forastieri, che non sono del corpo della famiglia, e finito il sermone, se nella Visita hà trouato qualche Religioso difettoso, e vitioso notabilmente, e che la colpa sia publica, anco publicamente lo riprenda, imponendogli la douuta penitenza, se poi il difetto è leggiero, ò secreto lo riprenda con carità paterna segretamente, considerando se tal Religioso sia solito delinquere, ò pure se sia stata vna disgratia, auuerta anco il Superiore di vsare nella riprensione parole

modeſte, caſte, religioſe, diſcrete, e graui, eſſendoli à cuore la riputatione di colui, che corregge, acciò inaſprito non precipitaſſe in maggior errore, vedendoſi alle volte con eſperienza, che taluolta dalle viſite rigoroſe naſcono cattiui effetti, & alcuni Superiori laſciano la guerra, doue trouano la pace, però vſino deſtrezza, tale, che l'accuſato non poſſa venir in cognitione di chi l'hà denunciato, quando poi il difetto foſſe diſorbitante, e manifeſto, all'hora può anco la riprenſione vſarſi con rigidezza, e ſeuerità, purche il Superiore in tutte le ſue attioni dimoſtri di muouerſi da zelo, e non da vendetta. Auuerta di più il Viſitatore di non chiamare alla colpa publica i Padri Qualificati, e graui ſenza notabiliſſime occaſioni, conſiderando, che pena maggiore à queſti tali è la publica confuſione, che non è ad vn fraticello ordinario la Carcere, che però le noſtre Conſtitutioni generali diſpongono, che ſimili Padri non ſi poſſino riprendere in publico confuſibilmente, ſenza il conſeglio, e conſenſo del diffinitorio.

L'iſteſſo riſpetto deue anco vſare nel correggere publicamente i Superiori locali, acciò i ſudditi pigliando ardire, e baldanza, non li diſpregino, e ſtrapazzino conſiderando, che chi con zelo gouerna piace à pochi, e diſpiace à molti, però il Viſitatore non ſia facile à credere in coſe graui l'imputationi, e quercle date contra i Guardiani da ſudditi, quali ò perche vorrebbero viuere in libertà, ò perche ſono auuezzi in comandare, e non vorrebbero obbedire, ò per diſcreditare detti Guardiani, ſperando di ſubentrare in luogo loro, ò per geloſia d'inuidia, ſolleuano taluolta i ſemplici à fare male relationi, pregiuditiali al loro buon Guardiano, ſe bene il Viſita-

sitatore subito comprende accortamente la conditione di questi tali, e sà benissimo, che tutti li colpi vanno contro di chi gouerna, però nelle cose giuste sostenta l'autorità del Superior locale, & in tal caso di difetto con creanza, e rispetto lo corregge, &c.

2 Quando il Visitatore nel sommario estratto della Visita troua difetti, & abusi publici, e communi, publicamente, & in commune li riprenda: se gli abusi saranno notabili, & essentiali, si possono rimediare con ordini publici, e communi, quali detto Visitatore farà leggere nella Communità de'Frati, lasciandone copia al Superiore locale, se poi il difetto è publico, ma di Frate priuato, si riprende publicamente, se'l difetto è personale, e secreto, si riprenda, e corregga paternalmente, come di sopra si è detto, spedite le colpe particolari, si chiamino i Nouitij in mezzo al Refettorio, prostrati in terra, e per mortificatione si riprendino, &c.

Instruttione per l'Assolutione generale nel fine della visita.

SPedito il sermone, e finite le colpe tutti i Religiosi della Famiglia inginocchiati dichino il Confiteor, & il Visitatore alzato in piedi al suo luogo dica, Misereatur vestri omnipotens Deus, &c.

Si tenemini aliquo vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, suspensionis, vel interdicti; in quantum se extendunt gratiæ, & priuilegia Ordini nostro indulta, mihi commissa, & vobis concessa, Absoluo vos, & restituo vos Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris † &c.

Item

Item eadem auctoritate dispenso vobiscum super irregularitatibus, inhabilitationibus, & alijs pœnis Ecclesiasticis, si quas contraxistis in quantum possum, & valeo. Aboleo etiam à vobis omnem maculam infamiæ vndecumque contractę, & habilito vos, ac restituo executioni Ordinum, & officiorum vestrorum, necnon ad omnes actus legitimos, tum Ordinis, tum iurisdictionis, ac Religionis nostræ beneficia, prout nostra se extendit auctoritas. Denum eadem auctoritate absoluo vos ab omni trasgressione Regulæ, Constitutionum, Ordinationum, & admonitionum maiorum nostrorum, ab omnibus pęnitentijs oblitis, seu etiam neglectis, & ab omnibus peccatis vestris; de illis vobis concedendo indulgentiam plenariam, iuxta formam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consuetam. In nomine Patris † &c.

Ite in pace, nolite amplius peccare, & orate Deum pro me.

Nota, quòd Prouinciales Ordinis Minorum de Obseruantia, peracta Visitatione possunt concedere Fratribus, & Monialibus sibi subditis benedictionem, & plenariam Indulgentiam, ex concessione Leonis X. & Gregorij XIII. pro Visitatoribus Societatis Iesu. Ideò admonere debent subditos pro consequutione huiusmodi Indulgentiæ. Hier. Rodriq. Resol. 77. v. Indulgentia num. 6.

Nota.

CHe quest'assolutione si dà in foro conscientiæ tantùm, & non in foro exteriori, nè auco in foro sacramentali, auuertendo, che dalle censure, pene, inhabilità, e riseruationi si può assoluere fuori di confessione, e senza obligo

d'imporre penitenza, essendo tali impedimenti legami, per la cui solutione basta la semplice autorità, benche l'assoluente non fosse Sacerdote, vedi questa dottrina in Sigismondo Capucc. tract. de potest.Præl.par.1.dub.19.n.7.& par.2. dub.99.n.3.Eman.Rodr.tom.1.q.20.art.7.

Lettera citatoria per celebrar il Capitolo.

5 FRà N. Commissario, &c. Alli M. Ven. PP. Guardiani, &c. salute, e pace nel Signore.

Hauendo per la Dio gratia finito di visitare questa nostra Riformata Prouincia, ci siamo finalmente deliberati di celebrar il Capitolo in questo nostro Conuento di N. N. li 20. del mese d'Aprile corrente, però in virtù della presente comandiamo per S. Obedienza à tutti i Padri Guardiani, & altri Superiori de Conuenti, e luoghi di detta Riforma, che al riceuere della presente citatoria la debbano subito far leggere à tutti i loro Frati congregati à suono di campanello, secondo il solito, e per non moltiplicare Frati nel luogo Capitolare coll'istesso precetto comandiamo, che niuno ardisca venire in detto Capitolo, e luogo Capitolare sotto pena d'Apostasia, se non sarà Vocale, ma i detti Vocali s'accompagneranno insieme, secondo la vicinanza de'Conuenti, aspettandosi l'vn l'altro; che perciò in virtù della presente sospendiamo, cassiamo, & annulliamo ogn'altra facoltà, e licenza da noi lasciata, etiam in scriptis; Nè presumerà Vocale alcuno, ò altro Frate, che si sia, venir à cauallo, sotto pena di priuatione di voce attiua, e passiua per tre anni, ipso facto incurrenda, ma verranno à piedi, con quella Religiosità, e modestia che ri-

richiede il noſtro Inſtituto Serafico ; e ſotto le medeme pene neſſuno Vocale ardirà venire in detto luogo Capitolare prima delli 18. del corrente Aprile.

E perche il principal aiuto nell'attioni Capitolari ſi deue ſperare da Sua D. M. per tanto tutti i Vicarij Preſidenti, & altri Superiori de' luoghi ſeguiteranno le ſolite orationi con maggior feruore di prima, & il giorno dell'Elettione in tutti i Conuenti la mattina à buon'hora ſi canterà, ò ſi dirà al ſolito vna Meſſa del Spirito ſanto, alla quale concorreranno tutti i Frati, communicandoſi i Chierici, e i Laici, pregando tutti vnitamente per l'Elettione d'vn buon Superiore. Et acciò queſta noſtra Citatoria venga quanto prima à notitia di ciaſcheduno, comandiamo ſotto la medema pena di priuatione d'Officio à tutti i Padri Guardiani, & altri Superiori, che ſubito letta, la mandino per perſona à poſta di conuento in conuento ſecondo l'ordine retroſcritto, notando l'hora, & il giorno della riceuuta; auuiſando finalmente tutti quei Giouani, che ſi vogliono far Frati, acciò poſſino preſentarſi in tempo; che è quanto occorre, &c.

6 Quando moritur delegans, nempe Miniſter, vel Commiſſarius generalis, ceſſat etiam auctoritas delegati, quod intelligendum eſt, re integra manente, ideſt ſi talis Commiſſarius non incepit exercere munus ſuum, nam ſi incepit debet complere. Lezan. quæſt. Regular. v. Commiſſarius, num. 5.

7. Commiſſarij Generales Nationum, in Ordine noſtro quotannis monere debent Patrem Reuerendiſſimum Generalem, de actis in ſuis Prouincijs, ſub pœna priuationis Officij, & in capitulis, & congregationibus Generalibus ſub-

iacere debent Syndicationi, sicut & alij Superiores generales. Tolet. 1658.

Confessarius.

SVMMARIVM.

Confessores sæcularium trigesimum ætatis annum habeant, n. 1.

Similiter & Confessores Fratrum, sed dispensari possunt, n. 2.

Huiusmodi Confessores Fratrum possunt audire confessiones familiarium Conuentus, & Tertiariorum, non autem Tertiariarum, n. 3.

A Prouinciali, & tribus Examinatoribus examinari debent, n. 4.

Quam facultatem habeant Generales quoad institutionem Confessariorum? ibidem, & n. 5.

Confessores sæcularium ab Episcopo examinari, & approbari debent, n. 6.

Generaliter idonei reperti, generaliter approbari debent. Secus de non idoneis, & in confessionibus ægrotantium, debent certiorare Parochum relinquendo fidem auditę confessionis, n. 7.

Non possunt prohiberi ab Ordinarijs, ne personarum ægrotantium, in proprijs illarum domibus confessiones audiant, absque licentia Parochorum, n. 8.

Semel examinati, & approbati ab eodem Episcopo examinari nequeunt, n. 9.

Admissi ad beneplacitum, quanto tempore durant? n. 10.

Ordinarij non possunt suspendere liberè approbatos, nec adimere facultatem omnibus Confessarijs simul vnius Conuentus, inconsulta Congre-

gre-

gregatione, num. 11.

Semel approbati ab Ordinario in itinere, siue in mari, siue in terra absque alia Ordinarij licentia confessiones audire possunt, n. 12.

Confessores ordinarij, & extraordinarij Monialium ab Episcopo approbari debent. Ordinarij autem per triennium durare possunt, n. 13.

Approbati ab Ordinario non censentur approbati ad audiendas Confessiones Monialium, n. 14.

Decretum circa Confessiones audiendas in Vrbe, num. 15.

1 QVoad institutionem Fratrum in confessarios; Præcipitur Ministro Generali, & Prouincialibus sub pœna priuationis omnium actuum legitimorum, eo ipso incurrenda, vt nullum sæcularium personarum instituant confessarium, nisi annum trigesimum compleuerit. Pius IV. in capitulo Generali, Vallisol. de anno 1565. Paulus IV. in Aquilano 1579. in constit. Ordinis cap. 7. §. 1. n. 9. pag. 113.

2 Eandem ætatem requirunt Constitutiones Romanæ de anno 1612. in fratrum Confessarios; Permittunt tamen Prouincialibus, quòd ob Confessariorum inopiam, in huiusmodi ætate dispensare possint cum aliquibus, quodque multo magis facere possunt Superiores Generales, etiam extra capitulum, & Congregationem dummodò electos examinare faciant, prout iam vsus obtinuit.

3 Huiusmodi Confessarij, sic admissi ad audiendas tantùm Fratrum confessiones, si opus fuerit, poterunt audire confessiones Tertiariorum, qui Conuentuum seruitij deputati sunt, & sub Superiorum obedientia manent, non autem possunt excipere confessiones Monialium Tertij

Ordinis, siue Bizocarum, quia requiritur approbatio Ordinarij, prout declarauit Sac. Cong. Episc. & Reg. 20. Decemb. 1616.

4 Confessores à Prouincialibus instituti ab ipsis, & tribus examinatoribus simul examinari, & ad confessiones audiendas admitti debent, iuxtà Decreta Clementis Octau. de Reformat. & Constit. Ordinis c. 7. §. 1. num. 2. pag. 113. Cęterùm Superiores Generales ab hac lege eximendi sunt, cùm de ipsis specifica mentio non fiat, licet & ipsi teneantur Confessarios à se admittendos examinare per se, vel per alios, non tamen Prouinciæ Examinatores adhibere tenentur, cùm Prouinciæ legibus ipsi non adstringantur. Sanctorius in comment. c. 7. stat. 1. fol. 405.

5 Imò sicut Episcopus ex Concilio Trident. de Reform. sess. 23. cap. 15. post prævio examine, vel quem idoneum iudicauerit siue examine ad sæcularium confessiones audiendas admittere, sic Superiores Generales Ordinis (cùm sint nostrorum fratrum Episcopi) poterunt ad audiendas illorum confessiones, sine examine, quem idoneum iudicauerint admittere. Sacra Congreg. Concil. die 30. Iulij 1619. Barbos. in Collect. v. confessio Sacramentalis num. 8. de Prouincialibus verò (licet habeant auctoritatem Episcopalem in sua Prouincia) non currit ratio, quia sibi, & Decreta Pontificia, & constitutiones Ordinis obstant.

6 Quoad approbationem, Nullus Confessarius potest audire sæcularium personarum confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione. Vrban. VIII. Cùm sicut accepimus Bull. Rom. tom. 4 pag. 103. Laurent. de Franch. par. 1. num. 131. vbi mouet 12. qq. ad Confessarios pertinentes.

7 Quoad

7 Quoad executionem, Sac. Congregat. Concil. Trident. Interpretum censuit quòd Regulares, qui quoad confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumue examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè, absque aliqua limitatione temporis, certorumue locorum, aut generis personarum admittantur in Diœcesi propria. De cæteris, qui non adeò idonei reperientur, si petierint se admittit, arbitrio Ordinarium relinquitur ipsos cum limitata facultate, prout eisdē Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere; Qui autem in Domibus laicorum confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur & fidem auditę confessionis pro medico adueniente relinquere Romæ die 2. Iulij 1587. in Regesto C.C. Trid. fol. 7.

8 Deinde Sacra Congregatio Cardinalium negotij Regularium præposita, inhærens declarationibus aliàs desupèr editis censuit Regulares prædictos à locorum Ordinarijs ad audiendas personarum sęcularium confessiones approbatos, non posse ab eisdem Ordinarijs prohiberi, ne earundem personarum ægrotantium in proprijs illarum domibus confessiones audire possint absque licentia Parochorum, dummodo relinquant schedulam, vel notificent ipsis Parochis, quòd pœnitentiæ Sacramentum huiusmodi fuerit ab eis ministratum. Romæ die 13. mensis Septembris 1641. In Regesto Sac. Congregationis Episcoporum, & Regular. fol. 162.

9 Item Sac. Congreg. Concilij censuit, & prouidit, quòd Regulares ad audiendas confessiones sæcularium in ciuitate, & Diœcesi semel ab Episcopo prævio examine approbatos, iterùm ab eodem Episcopo non esse examinandos. Cæterum à

successore posse vtique examinari. Die 28. Aprilis 1594. In Regest. Sac. Congregat. Concilij Trident. fol. 136.

Aduerte etiam, quòd Confessores ad beneplacitum, & absque limitatione admissi generaliter admissi intelliguntur, quia beneplacitum durat vsque ad mortem concedentis. cap. si gratiosè de rescript. in 6. Imò putat Antonius Gabriel tom. 2. tit. de præben. conclus. 1. §. 33. quod durat etiam post mortem, quia ibi ad beneplacitum intelligitur nomine dignitatis, quod etiam approbat Henriq. lib. 2. de pœniten. cap. 6. n. 7.

11 Item attende quod Ordinarij non possunt suspendere Confessarios Regulares liberè approbatos, nisi ex noua causa ad confessiones pertinente, nec adimere facultatem audiendi confessiones omnibus simul vnius Conuentus Regularibus confessarijs Sac. Congreg. inconsulta, prout in sequenti decreto.

Cùm Sac. congreg. Cardinalium negocijs Episcoporum, & Regularium præposita inouerit confessarios Regulares grauiter conqueri, quòd ab Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs ab audiendis confessionibus quauis de causa indeterminatim suspendatur; & propterea sæpè contingere, vt ab ijsdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs omnibus simul vnius Conuentus confessarijs confessiones audiendi facultas adimatur; Illustrissimi eiusdem Sacræ congregationis Patres rati vix fieri posse, vt hæc sine scandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re maturè perpensa ad omnem scandali materiam submouendam, & quò magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, ac decernunt Archiepiscopis, Episcopis, alijsque locorum Ordinarijs.

rijs, ad quos confeſſarios approbandi ius ſpectat, confeſſarios Regulares aliàs ab ipſis liberè approbatos ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere, poſt hac minimè licere, niſi ex noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente, aut ob non ſeruatum interdictum ab ipſis Ordinarijs poſitum. Statuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus Confeſſarij, eadem Sacra congregatione inconſulta, nullo pacto adimere poſſe. Quod quidem Decretum, vt ijdem Illuſtriſſimi Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obſeruari. Romæ 20. Nouemb. 1615.

A. M. Epiſc. Hoſtien. Card. Gallus.

V. Theatin. Secret.

In Regeſto huius congregationis fol. 51.

12 Fratres Minores Confeſſores ab aliquo Ordinario ſemel approbati, & à ſuis Superioribus ad huiuſmodi munera deputati, quandocunque ſunt in itinere, ſiue in mari, ſiue in terra, poſſunt quorumcumque Chriſti fidelium confeſſiones audire, dummodò id non faciant in oppidis, aut locis, in quibus exiſtunt Ordinarij, niſi eorum licentia deſuper obtenta, & hoc per priuilegium Patribus Ieſuitis à Gregorio XIII. & aliud ab Eugenio IV. Fratribus Minoribus conceſſum, vt habent Rodriq. tom. 1. qq. Regul. q. 59. art. 5. in fine, & in expoſitione Bullę Cruciatæ, & compend. priuileg. Sorb. v. abſolutio quoad ſæculares fol. 57. ibi 11. concluſio. & fol. 61. ibi, Benè verum eſt, & fol. 30. §. 3.

13 Quoad Confeſſarios Monialium ſciendum, quòd tam ſæculares, quàm Regulares, ſiue Ordinarij, ſiue extraordinarij ab Epiſcopis

approbari debent Gregor. XV. Inscrutabili, &c. de exemptorum priuileg. §. 5. in Bullar. Romano tomo 3. pag. 296. Sac. Cong. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, & declarauit. Confessarij Monialium Ordinarij singulis quibusque triennijs mutari debeant, idque obseruandum circa moniales nedum subiectas Ordinario, sed etiam Regularibus, Sac. Congreg. Episcoporum, & Regular. 15. Febr. 1593. Barbos. collect. v. confessarius Monialium n. 5.

14 Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egere, quoad hoc, speciali Episcopi approbatione. Sac. Congreg. Concil. in Bull. Roman. tom. 3. pag. 296. vbi resoluuntur alia dubia.

Decretum circa confessiones audiendas in Vrbe.

5 CONgregatio Sac. Apostolicę Visitationis. De Mandato Sanctiss. D. Nostri Vrbani Papæ VIII. viuæ vocis oraculo ei facto, iustis de causis præcipit omnibus, & singulis confessarijs, tam sæcularibus, quàm cuiusuis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, etiam de necessitate exprimendæ, Regularibus quocumque nomine nuncupatis; cuiusuis gradus, & dignitatis in suo ordine, ne in posterum, tam virorum, quàm mulierum cuiuslibet qualitatis, vel conditionis existant, præterquam si graui infirmitate detenti, vel detentæ sint, Sacramentales confessiones in illorum, seu illarum, vel etiam alienis ædibus audiant, nisi de licentia Illustrissimi Cardi-

dinalis Vrbis Vicarij, seu Reuerendissimi D. eius Vicesgerentis, in scriptis concedenda (exceptis tamen Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium, & Principum virorum sæcularium, videlicet, Oratorum Regum, & Magnorum Principum, necnon & Ducum, ac Romani Pontificis, qui fuerunt, vel pro tempore erunt Nepotum.) Hoc etiam addito, vt ijdem Confessarij *in mulierum* huiusmodi Sacramentalibus confessionibus audiendis, cubiculi ianuam apertam, ac velum leuatum semper habeant, itaut conspici, non autem audiri possint: Sacramentumque confessionis huiusmodi, Confessarij sæculares cum superpelliceo, & stola; Regulares verò cum stola ministrent in Ecclesia; nisi ex rationabili causa audire aliquos in sacrario, seu alio decente loco quandoque occurrat. Contrafacientes, non solùm suspensionis à confessionibus audiendis, verùm etiam alias pœnas, arbitrio eiusdem Sacræ congregationis, eo ipso incurrant: Insuper confessarij huiusmodi, sub eisdem pœnis, iniungitur, vt si eos, vigore facultatum eis concessarum, confessiones infirmorum huiusmodi in priuatis domibus audire contigerit, Parochum dd. Infirmorum ante, vel saltem eadem die qua confessionem audierint, absolutionemq; infirmis impartiti fuerint, certiorem reddere debeant. In quorum &c. Dat. Romæ in loco solitæ congregationis, Die 10. Iulij 1625. O. Episcopus Cabellionen. Sac. Visit. Secret. Odoardus Tibaldesch. Not. Impress. Romæ, &c. In Regesto Sac. cong. Episc. & Regul. fol. 101.

Confraternitas.

SVMMARIVM.

Regulares erigere possunt Confraternitates in illorum Ecclesijs, n. 1.

Formula erigendi Confraternitatem Chordigerorum, n. 2.

Indulg. pro Chordigeris, n. 3.

Facultas quam habent Minister, & Commissar. Gen. obseru. erigendi, n. 4.

Bulla Clementis VIII. de Reformat. Confraternitatum, n. 5.

Communicatio Indulgentiæ plenariæ pro Corona B. Virginis, n. 6.

Communicatio Absolutionis, & Indulg. plenariæ pro articulo mortis, n. 7.

Prælatis Ord. Minorum competit regimen spirituale Confratrum, & Sororum Tertij Ordinis, n. 8.

Prælati Ord. Minorum tantùm possunt cingere, & dare Chordam benedictam, non autem Ordinarij, n. 9.

Congregatio deputata à Paulo Quinto resoluit controuersias circa erectionem Confraternitatum, n. 10.

Declaratur quòd Indulgentiæ concessæ visitantibus Ecclesias Regularium in eorum festiuitatibus, non sunt reuocatæ, n. 11.

Sacra Congreg. declarat in quam sepulturam sepeliendi sunt Chordigeri, n. 12.

Episcopus quomodo possit visitare Oratorium Confratrum, annexum Ecclesiæ Mendicantium, n. 13.

1 CIrca latam, & amplam facultatem, quam habet Seraphicus Ordo erigendi, ac instituendi Confraternitates Chordigerorum in Ecclesijs eiusdem Ordinis, tam Conuentualium, quàm Minorum de Obseru. ac Capuccinorum in quibuscumque Mundi partibus, & locis concessam à Sixto V. Ex supreme, &c. Bullar. Roman. tom. 2. pag. 385. Declarando Archiconfraternitatem Sancti Francisci Assisien. Fratrum Minorum Conuentualium in caput omnium Confraternitatum Chordigerorum huiusmodi, vbiliber institutarum.

Obseruandum quòd prædicti Regulares in erigendis Confraternitatibus obseruare debent formulam instituendi, & communicandi traditam, prout sequitur, videlicet.

Formula tradita à Clemente Papa VIII. Religioni Minorum pro erigendis Confraternitatibus Chordigerorum.

Fr. N. N. Minister (vel) Commissarius Gener. Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia, &c.

1 *REligio nostra, cùm inter alia priuilegia, quibus à Sede Apostolica decorata est, facultatem habeat Sæcularium Confraternitates sub nomine Chordigerorum erigendi, eisque spirituales gratias, priuilegia, & Indulgentias communicandi, in huiusmodi Cōfraternitatibus instituendis, si ad Christi fidelium salutē promouēdam expedire animaduertit, liberalem se præstare consueuit. Nos igitur, qui Generalem huius Cismon-*

facere debent Syndicationi, sicut & alij Superiores generales. Tolet. 1658.

Confessarius.

SVMMARIVM.

Confessores sæcularium trigesimum ætatis annum habeant, n. 1.

Similiter & Confessores Fratrum, sed dispensari possunt, n. 2.

Huiusmodi Confessores Fratrum possunt audire confessiones familiarium Conuentus, & Tertiariorum, non autem Tertiariarum, n. 3.

A Prouinciali, & tribus Examinatoribus examinari debent, n. 4.

Quam facultatem habeant Generales quoad institutionem Confessariorum? ibidem, & n. 5.

Confessores sæcularium ab Episcopo examinari, & approbari debent, n. 6.

Generaliter idonei reperti, generaliter approbari debent. Secus de non idoneis, & in confessionibus ægrotantium, debent certiorare Parochum relinquendo fidem auditæ confessionis, n. 7.

Non possunt prohiberi ab Ordinarijs, ne personarum ægrotantium, in proprijs illarum domibus confessiones audiant, absque licentia Parochorum, n. 8.

Semel examinati, & approbati ab eodem Episcopo examinari nequeunt, n. 9.

Admissi ad beneplacitum, quanto tempore durant? n. 10.

Ordinarij non possunt suspendere liberè approbatos, nec adimere facultatem omnibus Confessarijs simul vnius Conuentus, inconsulta Con-

gre-

gregatione, num. 11.

Semel approbati ab Ordinario in itinere, siue in mari, siue in terra absque alia Ordinarij licentia confessiones audire possunt, n. 12.

Confessores ordinarij, & extraordinarij Monialium ab Episcopo approbari debent. Ordinarij autem per triennium durare possunt, n. 13.

Approbati ab Ordinario non censentur approbati ad audiendas Confessiones Monialium, n. 14.

Decretum circa Confessiones audiendas in Vrbe, num. 15.

1 QVoad institutionem Fratrum in confessarios; Præcipitur Ministro Generali, & Prouincialibus sub pœna priuationis omnium actuum legitimorum, eo ipso incurrenda, vt nullum sæcularium personarum instituant confessarium, nisi annum trigesimum compleuerit. Pius IV. in capitulo Generali, Vallisol. de anno 1565. Paulus IV. in Aquilano 1579. in constit. Ordinis cap. 7. §. 1. n. 9. pag. 113.

2 Eandem ætatem requirunt Constitutiones Romanæ de anno 1612. in fratrum Confessarios; Permittunt tamen Prouincialibus, quòd ob Confessariorum inopiam, in huiusmodi ætate dispensare possint cum aliquibus, quodque multo magis facere possunt Superiores Generales, etiam extra capitulum, & Congregationem dummodò electos examinare faciant, prout iam vsus obtinuit.

3 Huiusmodi Confessarij, sic admissi ad audiendas tantùm Fratrum confessiones, si opus fuerit, poterunt audire confessiones Tertiariorum, qui Conuentuum seruitij deputati sunt, & sub Superiorum obedientia manent, non autem possunt excipere confessiones Monialium Tertij

Ordinis, siue Bizocarum, quia requiritur approbatio Ordinarij, prout declarauit Sac. Cong. Epis. & Reg. 20. Decemb. 1616.

4 Confessores à Prouincialibus instituti ab ipsis, & tribus examinatoribus simul examinari, & ad confessiones audiendas admitti debent, iuxtà Decreta Clementis Octau. de Reformat. & Constit. Ordinis c. 7. §. 1 num. 2. pag. 113. Cęterùm Superiores Generales ab hac lege eximendi sunt, cùm de ipsis specifica mentio non fiat, licet & ipsi teneantur Confessarios à se admittendos examinare per se, vel per alios, non tamen Prouinciæ Examinatores adhibere tenentur, cùm Prouinciæ legibus ipsi non adstringantur. Sanctorius in comment. c. 7. stat. 1. fol. 405.

5 Imò sicut Episcopus ex Concilio Trident. de Reform. sess. 23. cap. 15. post prævio examine, vel quem idoneum iudicauerit siue examine ad sæcularium confessiones audiendas admittere, sic Superiores Generales Ordinis (cùm sint nostrorum fratrum Episcopi) poterunt ad audiendas illorum confessiones, sine examine, quem idoneum iudicauerint admittere. Sacra Congreg. Concil. die 30. Iulij 1619. Barbos. in Collect. v. confessio Sacramentalis num. 8. de Prouincialibus verò (licet habeant auctoritatem Episcopalem in sua Prouincia) non currit ratio, quia sibi, & Decreta Pontificia, & constitutiones Ordinis obstant.

6 Quoad approbationem, Nullus Confessarius potest audire sæcularium personarum confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione. Vrban. VIII. Cùm sicut accepimus Bull. Rom. tom. 4 pag. 103. Laurent. de Franch. par. 1. num. 131. vbi mouet 12. qq. ad Confessarios pertinentes.

7 Quoad

7 Quoad executionem, Sac. Congregat. Concil. Trident. Interpretum censuit quòd Regulares, qui quoad confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumue examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè, absque aliqua limitatione temporis, certorumue locorum, aut generis personarum admittantur in Diœcesi propria. De cæteris, qui non adeò idonei reperientur, si petierint se admittit, arbitrio Ordinarium relinquitur ipsos cum limitata facultate, prout eisdẽ Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere; Qui autem in Domibus laicorum confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur & fidem auditę confessionis pro medico adueniente relinquere Romæ die 2. Iulij 1587. in Regesto C.C. Trid. fol. 7.

8 Deinde Sacra Congregatio Cardinalium, negotij Regularium præposita, inhærens declarationibus aliàs desupèr editis censuit Regulares prædictos à locorum Ordinarijs ad audiendas personarum sęcularium confessiones approbatos, non posse ab eisdem Ordinarijs prohiberi, ne earundem personarum ægrotantium in proprijs illarum domibus confessiones audire possint absque licentia Parochorum, dummodo relinquant schedulam, vel notificent ipsis Parochis, quòd pœnitentiæ Sacramentum huiusmodi fuerit ab eis ministratum. Romæ die 13. mensis Septembris 1641. In Regesto Sac. Congregationis Episcoporum, & Regular. fol. 162.

9 Item Sac. Congreg. Concilij censuit, & prouidit, quòd Regulares ad audiendas confessiones sæcularium in ciuitate, & Diœcesi semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterùm ab eodem Episcopo non esse examinandos. Cæterum à

successore posse vtique examinari. Die 28. Aprilis 1594. In Regest. Sac. Congregat. Concilij Trident. fol. 136.

Aduerte etiam, quòd Confessores ad beneplacitum, & absque limitatione admissi generaliter admissi intelliguntur, quia beneplacitum durat vsque ad mortem concedentis. cap. si gratiosè de rescript. in 6. Imò putat Antonius Gabriel tom. 2. tit. de præben. conclus. 1. §. 33. quod durat etiam post mortem, quia ibi ad beneplacitum intelligitur nomine dignitatis, quod etiam approbat Henriq. lib. 2. de pœniten. cap. 6. n. 7.

11 Item attende quod Ordinarij non possunt suspendere Confessarios Regulares liberè approbatos, nisi ex noua causa ad confessiones pertinente, nec adimere facultatem audiendi confessiones omnibus simul vnius Conuentus Regularibus confessarijs Sac. Congreg. inconsulta, prout in sequenti decreto.

Cùm Sac. congreg. Cardinalium negocijs Episcoporum, & Regularium præposita inouerit confessarios Regulares grauiter conqueri, quòd ab Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs ab audiendis confessionibus quauis de causa indeterminatim suspendatur; & propterea sæpè contingere, vt ab ijsdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs omnibus simul vnius Conuentus confessarijs confessiones audiendi facultas adimatur; Illustrissimi eiusdem Sacræ congregationis Patres rati vix fieri posse, vt hæc sine scandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re maturè perpensa ad omnem scandali materiam submouendam, & quò magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, ac decernunt Archiepiscopis, Episcopis, alijsque locorum Ordinarijs.

rijs, ad quos confessarios approbandi ius spectat, confessarios Regulares aliàs ab ipsis liberè approbatos ab audiendis confessionibus suspendere, post hac minimè licere, nisi ex noua causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinarijs positum. Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, locorumque Ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius Conuentus Regularibus Confessarij, eadem Sacra congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse. Quod quidem Decretum, vt ijdem Illustrissimi Patres opportunum, & necessarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obseruari. Romæ 20. Nouemb. 1615.

A. M. Episc. Hostien. Card. Gallus.

V. Theatin. Secret.

In Regesto huius congregationis fol. 51.

12 Fratres Minores Confessores ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis Superioribus ad huiusmodi munera deputati, quandocunque sunt in itinere, siue in mari, siue in terra, possunt quorumcunque Christi fidelium confessiones audire, dummodò id non faciant in oppidis, aut locis, in quibus existunt Ordinarij, nisi eorum licentia desuper obtenta, & hoc per priuilegium Patribus Iesuitis à Gregorio XIII. & aliud ab Eugenio IV. Fratribus Minoribus concessum, vt habent Rodriq. tom. 1. qq. Regul. q. 59. art. 5. in fine, & in expositione Bullę Cruciatæ, & compend. priuileg. Sorb. v. absolutio quoad sæculares fol. 57. ibi 11. conclusio. & fol. 61. ibi, Benè verum est, & fol. 30. §. 3.

13 Quoad Confessarios Monialium sciendum, quòd tam sæculares, quàm Regulares, siue Ordinarij, siue extraordinarij ab Episcopis

approbari debent Gregor. XV. Inscrutabili, &c. de exemptorum priuileg. §. 5. in Bullar. Romano tomo 3. pag. 296. Sac. Cong. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, & declarauit. Confessarij Monialium Ordinarij singulis quibusque triennijs mutari debeant, idque obseruandum circa moniales nedum subiectas Ordinario, sed etiam Regularibus, Sac. Congreg. Episcoporum, & Regular. 15. Febr. 1593. Barbos. collect. v. confessarius Monialium n. 5.

14 Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egere, quoad hoc, speciali Episcopi approbatione. Sac. Congreg. Concil. in Bull. Roman. tom. 3. pag. 296. vbi resoluuntur alia dubia.

Decretum circa confessiones audiendas in Vrbe.

15 CONgregatio Sac. Apostolicę Visitationis. De Mandato Sanctiss. D. Nostri Vrbani Papæ VIII. viuæ vocis oraculo ei facto, iustis de causis præcipit omnibus, & singulis confessarijs, tam sæcularibus, quàm cuiusuis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, etiam de necessitate exprimendæ, Regularibus quocumque nomine nuncupatis; cuiusuis gradus, & dignitatis in suo ordine, ne in posterum, tam virorum, quàm mulierum cuiuslibet qualitatis, vel conditionis existant, præterquam si graui infirmitate detenti, vel detentæ sint, Sacramentales confessiones in illorum, seu illarum, vel etiam alienis ædibus audiant, nisi de licentia Illustrissimi Cardi-

dinalis Vrbis Vicarij, seu Reuerendissimi D. eius Vicesgerentis, in scriptis concedenda (exceptis tamen Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium, & Principum virorum sæcularium, videlicet, Oratorum Regum, & Magnorum Principum, necnon & Ducum, ac Romani Pontificis, qui fuerunt, vel pro tempore erunt Nepotum.) Hoc etiam addito, vt ijdem Confessarij in mulierum huiusmodi Sacramentalibus confessionibus audiendis, cubiculi ianuam apertam, ac velum leuatum semper habeant, itaut conspici, non autem audiri possint: Sacramentumque confessionis huiusmodi, Confessarij sæculares cum superpelliceo, & stola; Regulares verò cum stola ministrent in Ecclesia; nisi ex rationabili causa audire aliquos in sacrario, seu alio decente loco quandoque occurrat. Contrafacientes, non solùm suspensionis à confessionibus audiendis, verùm etiam alias pœnas, arbitrio eiusdem Sacræ congregationis, eo ipso incurrant: Insuper confessarij huiusmodi, sub eisdem pœnis, iniungitur, vt si eos, vigore facultatum eis concessarum, confessiones infirmorum huiusmodi in priuatis domibus audire contigerit, Parochum dd. Infirmorum ante, vel saltem eadem die qua confessionem audierint, absolutionemq; infirmis impartiti fuerint, certiorem reddere debeant. In quorum &c. Dat. Romæ in loco solitæ congregationis, Die 10. Iulij 1625. O. Episcopus Cabellionen. Sac. Visit. Secret. Odoardus Tibaldesch. Not. Impress. Romæ, &c. In Regesto Sac. cong. Episc. & Regul. fol. 101.

Confraternitas.

SVMMARIVM.

Regulares erigere possunt Confraternitates in illorum Ecclesijs, n. 1.
Formula erigendi Confraternitatem Chordigerorum, n. 2.
Indulg. pro Chordigeris, n. 3.
Facultas quam habent Minister, & Commissar. Gen. obseru. erigendi, n. 4.
Bulla Clementis VIII. de Reformat. Confraternitatum, n. 5.
Communicatio Indulgentiæ plenariæ pro Corona B. Virginis, n. 6.
Communicatio Absolutionis, & Indulg. plenariæ pro articulo mortis, n. 7.
Prælatis Ord. Minorum competit regimen spirituale Confratrum, & Sororum Tertij Ordinis, n. 8.
Prælati Ord. Minorum tantùm possunt cingere, & dare Chordam benedictam, non autem Ordinarij, n. 9.
Congregatio deputata à Paulo Quintò resoluit controuersias circa erectionem Confraternitatum, n. 10.
Declaratur quòd Indulgentiæ concessę visitantibus Ecclesias Regularium in eorum festiuitatibus, non sunt renocatæ, n. 11.
Sacra Congreg. declarat in quam sepulturam sepeliendi sunt Chordigeri, n. 12.
Episcopus quomodo possit visitare Oratorium Confratrum, annexum Ecclesiæ Mendicantium, n. 13.

1 CIrca latam, & amplam facultatem, quam habet Seraphicus Ordo erigendi, ac instituendi Confraternitates Chordigerorum in Ecclesijs eiusdem Ordinis, tam Conuentualium, quàm Minorum de Obseru. ac Capuccinorum in quibuscumque Mundi partibus, & locis concessam à Sixto V. Ex supremę, &c. Bullar. Roman. tom. 2. pag. 385. Declarando Archiconfraternitatem Sancti Francisci Assisien. Fratrum Minorum Conuentualium in caput omnium Confraternitatum Chordigerorum huiusmodi, vbilibet institutarum.

Obseruandum quòd prædicti Regulares in erigendis Confraternitatibus obseruare debent formulam instituendi, & communicandi traditam, prout sequitur, videlicet.

Formula tradita à Clemente Papa VIII. Religioni Minorum pro erigendis Confraternitatibus Chordigerorum.

Fr. N. N. Minister (vel) Commissarius Gener. Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia, &c.

1 R*Eligio nostra, cùm inter alia priuilegia, quibus à Sede Apostolica decorata est, facultatem habeat Sacularium Confraternitates sub nomine Chordigerorum erigendi, eisque spirituales gratias, priuilegia, & Indulgentias communicandi, in huiusmodi Cõfraternitatibus instituendis, si ad Christi fidelium salutẽ promouẽdam expedire animaduertit, liberalem se præstare consueuit. Nos igitur, qui Generalem huius, Cismon-*

catorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes Archiconfraternitati Chordigerorum in Eccleſia Domus Fratrum S. Franciſci Aſſiſien. Ordinis Minorum Cõuentualium canonicè erectæ, & illius Fratribus, hactenus per quoſcumq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſas reuocantes, & annullantes, ac nullius roboris,& momenti poſt hac data præſentium fore declarantes, de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi.

1. Omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus qui in memoriam eiuſdem Sancti Franciſci Chordam benedictam, ab eiuſdem Ordinis ſuperioribus ſuſcipientes prædictam Archiconfraternitatem de cætero ingredientur, die prima eorum ingreſſus, ſi verè pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, Plenariam.

2. Ac iam ipſis pro tempore deſcribendis, quàm iam deſcriptis in dicta Archiconfraternitate Confratribus, & Conſororibus, etiam verè pœnitentibus, & confeſſis,ac ſacra communione refectis, qui prædictæ Archiconfraternitatis Eccleſiam, ſeu Oratorium, in feſto principali eiuſdem Archiconfraternitatis, à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis eiuſdem Feſti, ſingulis annis, deuotè viſitauerint, & ibi pro Principum Chriſtianorum concordia, hæreſum extirpatione,& Sanctæ Matris Eccleſię exaltatione,pias ad Deum preces effuderint, etiam Plenariam.

3. In mortis quoque articulo eiſdem Confratribus, & Conſororibus qui pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra communione refectis, vel quatenus id facere nequiuerint, ſaltem verè pœnitentes, nomen Ieſu ore, ſi potuerint, ſin autem

corde

corde deuotè inuocauerint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

4. Necnon ipsis Confratribus, & Consororibus, qui prædictæ Archiconfraternitatis Processioni, singulis mensibus fieri solitæ interfuerint, tres annos, & totidem quadragenas, & si fuerint confessi, ac sacra communione refecti, ibique pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam.

5. Qui verò officio Beatæ Mariæ Virginis ab eiusdem Archiconfraternitatis Confratribus pro tempore celebrando, & recitando, aut cuiusuis alteri officio pariter interfuerint, centum dies.

6. Insuper eisdem, qui Sanctissimum Sacramentum, quando ad infirmos defertur, comitati fuerint, quinque annos, & totidem quadragenas.

7. Qui verò pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti aliquam ex Ecclesijs dicti Ordinis Minorum Conuentualium, S. Francisci, S. Antonij de Padua, S. Bonauenturæ, S. Ludouici Episcopi, S. Bernardini, S. Claræ, ac S. Didaci Festiuitatibus, singulis annis visitauerint, & orauerint, vt præfertur, quo die festiuitatem huiusmodi id egerint, septem annos, & totidem quadragenas; vltra Plenariam à Sixto V. concessam.

8. Quoties verò corpora defunctorum, tam Confratrum, quàm aliorum ad sepulturam comitati fuerint: aut alicui pauperi personæ in eius necessitatibus subuenerint; aut pacem inter inimicos composuerint, toties pro quolibet prædictorum operum, centum dies de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, in forma Ecclesiæ consueta, relaxamus.

9. In-

9 Insuper eisdem Confratribus, & Consororibus, vt supradictas indulgentias, & gratias spirituales consequi, & illas animabus Defunctorum, per modum suffragij, applicare possint, per præsentes concedimus, & indulgemus.

Ac præterea dilecto filio moderno, & pro tempore existenti prædicti Ordinis Minorum Conuentualium Ministro Generali, vt Confraternitates Laicorum vtriusque sexus, sub dicta inuocatione Chordigerorum S.Francisci, in qualibet Ecclesia Domorum Fratrum Ordinis sui Minorum Conuentualium Sancti Francisci erigere, & instituere seruata tamen forma præscripta in Constitut.fel.rec.Sixti Papæ V.sub Datum xiij. Calend. Decembris, Pontificatus sui anno primo, & Clementis VIII. Prædecessorum nostrorum, super hoc edita, possit, & valeat, facultatem impartimur.

Quæ quidem Cōfraternitates si, & post quam erectæ, & institutæ fuerint, eidem Archiconfraternitati Sancti Francisci Assisien. iuxta prædictam Sixti V. Constitutionem, sint & esse intelligantur aggregatæ. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 11.Mertij 1607. Pontificatus Nostri anno 11.

4. Cùm autem ex concessione fel. rec. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri, dilectis filjs Ministro Generali, & Commissario Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia in Ecclesijs eorum Ordinis, in locis videlicet, in quibus Ecclesiæ, vel Conuentus Fratrum Conuentualium nō existerent, huiusmodi Confraternitatem Chordigerorum erigendi, & instituen-

tuendi facultas impartita fuerit. Nos eisdem Ministro Generali, & Commissario Generali specialem gratiam facere, & Christi fidelium spirituali consolationi prospicere volentes, De Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, eisdem Ministro Generali, & Commissario Generali, & eorum cuilibet, vt in Ecclesijs eorum Ordinis tantùm, ac in locis, in quibus nō existent Conuentus, vel Ecclesiæ Ordinis Minorum Conuentualium Sancti Francisci Confraternitates Chordigerorum Sancti Francisci vtriusque sexus erigere, & instituere, illisque sic erectis, & institutis indulgentias, & gratias spirituales supradictas communicare liberè, & licitè possint, & valeant, seruata tamen forma in prædictis Constitutionibus Sixti, & Clementis tradita, vt in præinserto Breui pro ijsdem Conuentualibus expedito, auctoritate Apostolica, tenore præsentium facultatem, & auctoritatem perpetuò duraturam concedimus, & impartimur. Non obstantibus Nostra de non concedendis indulgentijs, ad instar, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac vtriusque Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die 25. Septembris 1607. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Quibus omnibus Indulgentijs, & spiritualibus gratijs sigillatim descriptis Confraternitatē ipsam nunc erectam, eiusque Confratres potiri, & gau-

& gaudere posse decernimus, iuxta fel.record. Clementis Papæ Octaui Constitutionem sequentem.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei Memoriam.

5 QVæcunque à Sede Apostolica ad promouendam Christi fidelium salutem aliquando concessa sunt, etsi maturo consilio, magnaque prudentia, & cautione sancita, & decreta sint; tamen cùm Romanus Pontifex de animarum salute solicitus, & progressu temporis animaduertit sensim aliquos abusus in eisdem statutis, & decretis obseruandis prouenire, debet pro sui pastoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere; & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio prouidere.

§. 1. Cùm itaque à pluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & forsan etiam à Nobis nonnullis Regularibus Ordinibus. Religionibus, & institutis, ac etiam Christi fidelium sæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diuersarum Nationum, nominum, & institutorum, tam in Alma Vrbe nostra, quàm in alijs Ciuitatibus, & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorum, & alijs Ecclesijs, & Collegijs, necnon etiam sibi aggregandi Confraternitates, & Congregationis in eadem Vrbe, & in alijs locis existentes, eisque priuilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi concessa respectiuè communicandi attributa fuerit, ac nullà certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ in

huius-

huiuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis ſeruari debeat; propterea ſiue negligentia Superiorum, Ordinum, Religionum, & inſtitutorum, vel Officialium Archiconfraternitatum, & congregationum erigentium, inſtituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum fiunt, non ſeruant formam in huiuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus ſeruari debitam, neque preſcribunt modum, quo priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta conſequi debeant, ſeu ipſarum Confraternitatum, & congregationum in curia, quæ non inquirunt ea, quæ præſtare oportet, vt illa conſequantur, nonnullæ prauæ conſuetudines irrepſerunt, multaque incommoda inde prouenerunt.

§. 2. Quibus Nos pro commiſſo Nobis Apoſtolicæ ſolicitudinis officio, paternaque erga omnes Chriſti fideles charitate proſpicere volentes, hac noſtra conſtitutione perpetuò valitura, decernimus, atque ſtatuimus, vt in poſterum tam huius Almæ Vrbis noſtræ, quàm aliarum ciuitatum, & locorum totius Chriſtiani Orbis Regularium Ordinum, Religionum, & inſtitutorum, quibus in eorum, & quibuſcumque alijs Eccleſijs, & collegijs, Confraternitates ſæcularium erigendi, & inſtituendi facultas conceſſa eſt, necnon etiam Archiconfraternitatum, & congregationum, cuiuſuis Nationis, nominis, & inſtituti illæ ſint, & in quibuſcumque Eccleſijs, Domibus, & Oratorijs, tam ſæcularium, quàm

vt prefertur quorumcumque, etiam Mendicantium Ordinum, Religionum, & institutorum Regularium, quauis, tam ordinaria, quàm Apostolica auctoritate erectæ, ac institutæ existant, seu aliàs quouis modo introductæ reperiantur, quibus alias Confraternitates, & congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, alijsque priuilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta, elargiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vel à Nobis, & Apostolica Sede attributa fuit, Ministri, Priores, Præpositi, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerij, Prælati, Custodes, Guardiani, Præfecti, Administratores, & alij Officiales, seu Superiores quouis modo nuncupati, Regularium siquidem Ordinum, Religionum, & institutorum, vnam tantùm Confraternitatem, & congregationem, de consensu tamen Ordinarij loci, & cum literis eius testimonialibus, quibus Confraternitatis, & congregationis erigendæ, & instituendæ pietas, & christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum, & quibuscumque alijs Ecclesijs, & Collegijs erigere, & instituere.

§.3. Cæterarum verò Archiconfraternitatum, & congregationum, in singulis Ciuitatibus, Oppidis, vel locis, vnam etiam Confraternitatem, & congregationem dumtaxat, quæ Apostolica, vel ordinaria auctoritate priùs erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi eiusdem, vel alterius Nationis, nominis, & instituti aggregata sit, præuio similiter loci Ordnarij consensu, & cũ eius literis testimonialibus, quibus eiusdẽ Confraternitatis, & congregationis aggregandæ

inſtitutum, pietas, & Chriſtianæ charitatis officia quæ exercere conſueuit, apud eos commendentur, ſibi adiungere, & aggregare poſſint.

§. 4. Huic verò Confraternitati, & Congregationi erigendæ, inſtituendæ, ſeu aggregandæ, ea tantùm priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta, quæ ipſi Ordini, Religioni, inſtituto erigenti, inſtituenti, ac communicanti, ſeu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti, nominatim, & in ſpecie, non autem quæ per extenſionem, vel communicationem ſibi quouis modo conceſſa ſunt, & illa quidem non ſub generali forma verborum, vel ad inſtar, ſed expreſsè, & in ſpecie excommunicare valeant.

§. 5. Statuta autem pro regimine Ordinem, Religionum, & inſtitutorum, erigentium; & inſtituentium, ac communicantium, ſeu Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium edita Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impartiri non poſſint, niſi ea priùs ab Epiſcopo Diœceſano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus eiuſdem Epiſcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus ſemper ſubiecta remaneant.

§. 6. Inſuper volumus, & ordinamus, vt prædicti Ordines, Religionis, inſtituta, erigentia inſtituentia, ac communicantia, necnon Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes certam erigendi, inſtituendi, aggregandi, & communicandi formulam à Nobis nouiſſimè approbatam diligenter obſeruent, ſecundùm quam priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpiritua-

rituales gratias,& indulta ipſis Ordinibus,Religionibus, inſtitutis erigentibus,inſtituentibus,& communicantibus,ſeu Archiconfraternitatibus, & Cõgregationibus aggregantibus,nominatim, & expreſsè, non autem per communicationem, neque ad inſtar, vt ſupra conceſsa, ipſis Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis,inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare poſſint.

§.7. Quibus Confraternitates, & Congregationes eiuſdem dumtaxat Nationis, & nominis, Ordinis,Religionis, & inſtituti Archiconfraternitatis,& Congregationis, cui aggregantur, tam hactenus aggregatæ, quàm in poſterum aggregandæ vtantur, potiantur, & gaudeant, itaut dictarum Confraternitatum, & Congregationum erectarum, inſtitutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ ſunt, Miniſtri,& Officiales,& alij ſupradicti priuilegia, indulgentias, facultates,aliaſque ſpirituales gratias, & indulta huiuſmodi, præuia tamen recognitione Ordinarij loci, qui adhibitis duobus de eiuſdem Eccleſiæ Capitulo,illa iuxta Sacri Concilij Trid. decretum promulganda decernat,debitis temporibus promulgare valeant.

§.8. Quibus etiam Miniſtris, Officialibus, & alijs prædictis,eleemoſynas, & alia oblata Chriſtianæ charitatis ſubſidia, iuxta modum, & formam per Ordinarium loci præſcribendam, remotis tamen menſis,pcluibus, & capſis, quæ in Eccleſijs, & Oratorijs dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi conſueuerunt, excipiendi poteſtas detur. Atque hoc ipſum Ordines,Religiones, inſtituta erigentia, inſtituentia, ac communicantia, ſeu Archiconfraternitates, & Congregationes aggregan-

tes,

tes, tam Almæ Vrbis nostræ, quàm aliarum Ciuitatum, & locorum quorumcumque iuxta modum à Vicario Vrbis & ab Ordinarijs locorum respectiuè præscribendum, obseruare teneantur. Eleemosynas autem sic collectas in reparationem, & ornatum Ecclesiarum, tam Ordinum, Religionum, institutorum erigentium, instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium, quàm Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, & instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios vsus, arbitrio eiusdem Vicarij nostri in Vrbe, necnon Ordinariorum locorum respectiuè, fideliter exponere atque erogare procurent, vt omnes intelligant cœlestes Ecclesiæ Thesauros, non quæstus, aut alicuius lucri gratia, sed pietatis, & charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ Sedis benignitate Christi fidelibus aperiri.

§. 9. Præterea volumus, vt Confessarij, qui vigore priuilegiorum ipsis Ordinibus, Religionibus, institutis, erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus concessorum, ac Confraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi possunt, & poterunt sæculares, scilicet in Alma Vrbe à prædicto nostro Vicario, extra Vrbem verò à locorum Ordinarijs; Regulares autem non solùm à prædicto Vicario nostro, & à locorum Ordinarijs respectiuè, sed etiam à suis Superioribus approbati sint, vtque Confratres confitentes à criminibus, casibus, & censuris, iuxta dictorum priuilegiorum (quatenus tamen sint in vsu, & Sacri Concilij Tridentini

dentini decretis, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostris constitutionibus non aduersentur, nec reuocata, aut in aliquibus reuocationibus comprehensa sint, formam, & tenorem dumtaxat absoluere valeant. Decernimus insuper, vt idem Confessarij prædictos Confratres cuiuscunque gradus, status, conditionis, & præeminentiæ, etiam si speciali nota dignæ fuerint, à casibus contentis in literis, quæ die Cœnæ Domini legi consueuerunt, necnon violationis, immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria, & vrgenti causa, ac sine superiorum licentia, vel etiam sit causa, & licentia concessa abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint, necnon violentę manus iniectionis in Clericum, & singularis certaminis, seu duelli, ac ab alijs etiam casibus, tam à Nobis, quàm à prædicto nostro in Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs respectiuè reseruatis, & pro tempore reseruandis, & etiam à quauis excommunicatione, ab homine lata absoluere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu prouenientibus, quàm occasione delicti contractis cum aliquo dispensare, prætextu dictorum priuilegiorum nullo modo possint.

§.10. Demum statuimus, & pariter ordinamus, vt Confratres, & Congregationes vbiuis locorum, quauis auctoritate, vt præfertur, erectæ, & institutæ, & quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cuicunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus vbilibet existentibus hactenus aggregatæ, ab eisdem respectiuè Ordinibus, Religionibus, institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus, no-

uas erectionum, institutionum, communicationum, & aggregationum literas, iuxtà formam à Nobis nouissimè approbatam, infra annum, si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infrà biennium à die publicationis præsentium in Romana Curia faciendæ computandos impetrare teneantur, alioquin dicto tempore elapso, erectiones, institutiones, & quæcumque communicationes priuilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipsis concessæ nullius sint roboris, & momenti, ac reuocatæ, & abolitæ censeantur eo ipso.

§ 11. Erectionum autem institutionum, communicationum, & aggregationum, tam hactenus factarum, quàm deinceps faciendarum literæ, ab ipsis Ordinibus, Religionibus, institutis, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus gratis omninò, ac nulla prorsus mercede, etiam à sponte dantibus accepta, expediri, & concedi debeant.

§. 12. Quòd si Ministri aliqui, Superiores, vel Officiales quocumque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum huiusmodi, quauis auctoritate, vel priuilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint, erectiones, institutiones, & communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum, & indultorum, aliorumque præmissorum concessiones, necnon aggregationis per ipsos faciendæ, seu renouandæ, nullius sint roboris, & momenti, & quilibet eorumdem Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum priuationis offi-

cio-

ciorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnam, quæ ab alio quàm à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente remitti non possit, incurrat eo ipso.

§.13. Decernentes præsentes literas perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, inuiolabiliter obseruari debere, sicque nostræ mentis, & intentionis existere, & ita, & non aliter per quoscunque Iudices Ordinarios, & delegatus, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.14. Ponuntur clausulæ declaratoriæ.

§.15. Ponitur forma publicandi hanc constitutionem, & tempus quo ligare incipit.

§.16. Ponitur notificatio fienda per Ordinarios.

§.17. Fides transumptis adhibenda, quæ cùm non faciant ad rem nostram, breuitatis causa omitto Datum Romæ apud S.Petrum sub annulo Piscatoris die 7. Decembris millesimo sexcentesimo quarto, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

6. Insuper communicamus præfatæ Confraternitati Plenariam Indulgentiam Ordini nostro concessam ab eodem Paulo V. die 8. Iunij 1608. pro dicentibus Coronam B. M Virginis continentem septem Pater noster & 72 Aue Maria, cum vno Pater noster, & aue Maria pro Summo Pontifice.

7. Demum communicamus eis Indulgentiam plenariam, & absolutionem plenariam omnium peccatorum pro articulo mortis, à Summis Pontificibus nobis concessam, cum participatione omnium bonorum spiritualium, quæ fiunt in nostra Religione, *In quorum testimonio has literas fieri mandauimus, manu nostra firmatas, ac sigillo maiori Officij Nostri munitas. Dat. Romæ, &c.*

8. Ex supradictis liquidò constat, quòd Prælati Ordinis Minorum tantùm, inter quos connumerantur Guardiani, & Præsidentes, possunt recipere volentes aggregari huiusmodi Confraternitati Chordigerorum, seruatis seruādis, cùm cæteris Prælatis extrà Ordinem non sit concessa huiusmodi facultas à Sancta Sede Apostolica, & ideò miror, quomodo quidam Ordinarius in Cathedrali Ecclesia admiserit vnam Congregationem Tertiariarum S.Francisci, quæ acceperunt habitum Tertij Ordinis à Fratribus de Obseruantia, à quorum iurisdictione, ac moderatione recesserunt propter quandam dissentionem inter ipsos ortam, & spontè se submiserunt præfato Ordinario, qui eis assignauit Presbyterum eiusdem Cathedralis pro Cōfessario, ac moderatore in spiritualibus; Confertque ipse Ordinarius habitum mulieribus petentibus aggregati huiusmodi Congregationi, & chordam benedictam, ac si esset Prælatus Ordinis S.Francisci, quibus breuiter prænarratis, quæritur de validitate.

Pro responsione sciendum est, quòd Innocentius Papa Quartus, ad petitionem Confratrum Tertij Ordinis de Pœnitentia, mandauit vniuersis Ministris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum, vt opportunis temporibus, per se, vel per alios Fratres idoneos, visitarent prædictos

Con-

Confratres, & Ministros Tertij Ordinis, & eos regularibus disciplinis instruerent, corrigerentque, & reformarent, tam in capite, quàm in membris quæ correctionis, & reformationis officio indigere cognoscerent.

Hoc idem confirmauit, ampliauit, & de nouo concessit in specifica forma, pro Ministro Generali, Vicario Generali, & Ministris Prouincialibus Ordinis Minorum de Obseru. vbique terrarum Sixtus Quartus Anno primo sui Pontificatus 1471. in Bulla, quæ incipit, Romani Pontificis prouidentia (apud Bullarium Rodriq. bulla 4. huius Pontificis) cum facultate charitatiuè, in capite, & in membri eos *visitandi*, & iuxta Regularia instituta dicti Ordinis instituendi: reformatione, & correctione indigentia, etiam per ablationem mantelli, & habitus Tertij Ordinis, si id qualitas excessus exegerit corrigendi, & reformandi: Volentesque ad ipsum Tertium Ordinem aggregari, recipiendi: eisque Visitatorem assignandi, eadem auctoritate licentiam cõcedimus, & etiam facultatem. Districtiùs inhibentes locorum Ordinarij, & alijs quibuscunque personis cuiusuis status, gradus, vel conditionis existant, & quacumque auctoritate fungantur, ne prætextu quarumuis literarum, & facultatum eisdem forsan concessarum, & pro tempore concedendarum de præmissis, quæ ad vos spectant, se quomodolibet ingerere præsumant, ac decernentes, ex nunc, irritum, & inane, si secus super his, per quoscumque quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Hæc sunt verba Bullæ.

His suppositis, clarè apparet, præfatas Tertiarias, quæ indebitè recesserunt à iurisdictione, & moderatione Ministri Prouincialis de Obseru. non connumerari ampliùs inter Consorores Tertij Ordinis, ac priuari omnibus indulgentijs, indultis, & gratijs spiritualibus huiusmodi Ordinis de Pœnitentia concessis.

6. Circa collationem habitus, & Chordæ benedictæ, quam exercet præfatus Episcopus in volentibus aggregari illi Congregationi Tertiarum, seu Chordigerorum, est nullius valoris, ob carentiam auctoritatis, nam Sixtus Quartus, vt in præfata Bulla, Prælatis tantùm Ordinis Minorũ, siue Conuentualium, siue de Obseruantia concessit facultatem conferendi habitum Tertij Ordinis. Pariter Sixtus Papa Quintus Archiconfraternitatis Chordigerorum institutor, in Ecclesia S. Francisci Assisien. in Bulla. Diuinæ charitatis altitudo, Anno 1587. edita expresse declarauit, Chordam debere esse cinctam, & susceptam à Superioribus Ordinis. Lezan. to. 2. qq Reg. de Confratribus c. 15. n. 63. & 64.

10. Post quam Reformationem, quia in dies oriebantur controuersiæ inter Ordinarios locorum, & Confraternitates, Regularesue non exequentes prædictam Clementis VIII. præscriptionem formæ instituendi Confraternitates. Paulus fel. record. Papa V. commisit hoc negotium Congregationi deputatæ Indulgentiarum, quæ ipso annuente, & confirmante transmisit resolutionem, seu Decretum Archiepiscopo Bononien. cum onere certiorandi Episcopos suæ Prouinciæ pro sedandis tot controuersijs in illa exortis. Nihilominus, quia persæpè pullulant ex defectu cognitionis huiusmodi Decreti, non inutile duxi exponere illud in hoc Theatro, prout im-

impressum Bononiæ accepi, maximè, quia in ipso declaratur, quòd Indulgentiæ concessæ Visitantibus Ecclesias Regularium in eorum festiuitatibus non intelliguntur reuocatæ, per generalem reuocationem Indulgentiarum à præfato Paulo V. factam, videlicet.

Dichiaratione, e Decreto fatto dalla Sacra Congregatione dell'Indulgenze, approuato dalla Santità di Nostro Signore sopra la Bolla della fel. mem. di Papa Clemente VIII per lettere dell'Illustrissimo, e Reuerendissimo Signor Cardinale Arrigone scritte à Monsignor Illustrissimo, e Reuerendissimo Arciuescouo di Bologna alli 20 d'Ottobre nel 1607.

Molto Illustre, e Reuerendissimo Monsignore.

HAuendo risoluto questi miei Illustrissimi Signori della Congregatione dell'Indulgenze con autorità, & ordine particolare hauuto viuæ vocis oraculo, dalla Santità di Nostro Signore di leuar alcune difficoltà, che si trouano nell'esseguire la Costitutione di Clemente VIII. fel. memor. fatta già sopra le aggregationi delle Confraternità, e dichiarare ancora alcune cose concernenti l'institutioni antiche, fatte da Superiori delle Religioni, fanno sapere à V. S. che si contentano, che i Superiori Regolari à quali è stata concessa nuoua facoltà da Sua Beatitudine d'instituire Confraternità secolari (secondo la forma della sudetta Costitutione) possino confermare senza consenso dell'Ordinario de'luoghi quelle Confraternità, quali si trouano canonicamente erette da medesimi Superiori Regolari, auanti si publicasse l'istessa Costitutione nelle Chiese proprie loro Regolari Colle-

giate, doue stiano almeno dodici Religiosi di famiglia ordinaria, non ostante, che nella patente della Confirmatione si dica espressamente farsi ciò di consenso dell'Ordinario medemo. Dichiarando però, che nel fare nuoua institutione nelle Chiese tanto Regolari quanto Secolari di qualunque sorte, e nel confermare etiamdio l'antiche erette in Chiese Secolari, e Regolari ancora, nelle quali non stiano dodici Religiosi, si debba necessariamente hauere il testimonio, e consenso dell'Ordinario, & osseruare tutto il restante, che si prescriue nell'istessa Costitutione.

Permettono similmente, che i medemi Regolari, à quali è stata concessa la sudetta nuoua facoltà d'instituire possino confermare le Confraternità antiche, & instituirne di nuouo ancorche non sia tutta quellá distanza di luoghi, oue sono, ò saranno tali Confratrie, che viene prescritta da breui Apostolici, mentre però oltre tutti gli altri requisiti concorra anco à questo il consenso particolare dell'Ordinario del luogo, il quale si douerà esibire in scritto prima che si dispensi sopra tal distanza, e non altrimenti.

Permettono ancora, che ritrouandosi diuerse Confratrie de'secolari antiche erette canonicamente come sopra in Chiese Regolari Collegiate di dodici Religiosi almeno, si possino confermare seruata però in tutto il resto la forma data dalla medesima Costitutione, e parimente, che essendo in vna Città, ò Terra più d'vna Cōfraternità antica dell'istesso nome, & Instituto, eretta Canonicamente da Superiori Regolari, si possino confermare secondo la sudetta forma, ma nell'instituire nuoue Confraternità vogliono le

Signo-

Signorie loro Illustrissime, che vna sola se ne possi fare in qualunque Città, Terra, ò Luogo eccettuando però la Compagnia del Santissimo Sacramento, quale concedono anzi desiderano sia eretta in ogni Chiesa Parochiale, non ostante, che si ci troui eretta prima qualsiuoglia altra Confraternità.

11. E perche molti dubitano se per la Costitutione di Sua Beatitudine sopra l'Indulgenze concesse vltimamente alle persone Religiose con reuocatione dell'antiche venghino reuocate anco l'Indulgenze concesse alle Chiese Regolari, & à quei, che le visitano, ancorche la Costitutione comprenda chiaramenre solo le persone Regolari, senza estendersi alle Chiese loro. Tuttauia la Cõgregatione per leuare ogni dubbio, dichiara, che l'Indulgenze concesse à quelli, che visitano le Chiese de'Regolari stanno nella loro forza, e vigore, finche la Santità Sua farà altra deliberatione, e però si possono lasciar publicare, quando non osti altra cosa.

Tutto questo è parso alla Congregatione di scriuere à V.S. acciò nell'occorrenze di cotesta Chiesa sappia ciò che passa in questo particolare, e lo faccia sapere ancora à Vescoui della sua Prouincia, & io prego à V. S. dal Signore ogni vero bene. Di Roma 27. Settembre 1607.

Di V.S. Per seruirla

P. Card. Arrigone.

Dominicus Maria Peregrinus Secretarius.

Illustriss. ac Reuerendiss. Archiepiscop. Bononien. de mandato.

12. Demum circa sepulturam Chordigerorũ vtriusque sexus, Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in controuersia Senogal-

liæ die 22. Nouembris 1580. sic obseruari mandauit, quòd vbi adest sepultura communis pro Chordigeris in Ecclesia Fratrum Minorum, vbi est erecta Confraternitas, sepeliantur in ea; vbi verò non est talis sepultura, moderentur sicut cæteri sæculares, & sepeliantur in Parochiali Ecclesia, si non sibi elegerint aliunde sepulturam. In Regesto Sac. Congregat. Episc. & Regularium fol. 1.

13. An Episcopus possit visitare Oratoria Confratrum Sacræ Congregat. Resp. prout sequitur.

Ordine della Sacra Congregatione, à fauore de i Frati Riformati di Sospello, che il Vescouo di Ventimiglia non ardisca visitare l'Oratorio nella Chiesa di Sospello.

Illustre Molto Reuerendo Monsignore come fratello.

ESsendosi riferito in Sacra Congregatione dall'Eminentissimo Sig. Cardinal S. Croce, la Causa della differenza, che verte trà V.S. e i Frati Osseruanti Riformati di Sospello di cotesta Diocesi, circa la visita, ch'ella pretende di fare ad vna Capella, ò Oratorio, sotto il titolo di Santa Maria della Misericordia, che i medemi hanno nel Cimiterio vnito alla loro Chiesa, e conceduto a i Confrati di detta Capella; questi Eminentissimi miei Signori m'hanno comandato di scriuerle, che quando si tratta di Confraternità, ò Oratorij laicali esistenti dentro le Chiese, ò Chiostri de Regolari, ella secondo i De-

Decreti della medesima Sac. Congregatione, può come Ordinario visitare i loro beni, & entrare, riuedere i conti, e l'amministrationi; se l'elemosine, che si danno per adornare, e mantenere la Capella, e suppellettili, siano spese fedelmente, & impiegate in beneficio degli Altari, e conoscere se sono sodisfatti, gli oblighi, spettanti à i fratelli ascritti, senza visitare Capella, ò Oratorio, nè far altri atti positiui, più de i circoscritti, come sopra. Io però lo significo à V.S. affinche si contenti di gouernarsi in tal conformità, e Dio la prosperi. Roma 20. di Luglio 1663.

Di V.S. Come fratello.

M. Cardinal Ginetti.

Emilio Vescouo di Camerino.

Congregatio Capitularis.

SVMMARIVM.

Congregatio Capitularis quando facienda, n. 1.
Superiores Generales non mittant Præsidentem pro celebranda Congregatione, nisi ex causa valdè notoria, num. 2.
Declaratur quanam sit causa notoria, n. 3.

1 Congregationes Capitulares, singulo triennio, bis, aut saltem semel celebrentur, prout magis pro locorum, & temporum diuersitate, ac Prouinciarum, bono Iudicio Patrum expedire videbitur, in Constitut. Ord. cap. 8. pag. 207. Idem Præcipitur in stat. Reform. c. 8. n. 30. fol. 75.

2. Prohibetur Prælatis Generalibus, ne post hac ad Prouincias quemquam mittant, vt cele-

brandis earum Congregationibus intermedijs præſit, niſi cauſa valdè notoria, & vrgens ſe obtulerit, vt maior Diffinitorij pars prouinciæ ita poſtulet, alioquin Prouinciales, & alij, ad quos attinet vti iure ſuo in hac parte permittatur, ibid.n.6.pag.208.

Ex quo ſequitur, quòd Generales in duobus tantùm caſibus deſtinare poſſunt Præſidentes. Primò vbi cauſa notoria, & vrgens offertur, etiamſi maior pars Diffinitorij petat.

3. Quæ autem ſit cauſa notoria, & vrgens, ex Iure conijci debet, nam notorium eſt, quod nulla valet tergiuerſatione cælari. Itaquè requiritur publica etiam probatio cauſæ, quæ negari non poſſit cuiuſmodi eſſet, ſi diffinitorium totum, vel maior illius pars vni tantum factioni eſſet addictum, vel ſi in Diffinitorio iudicandæ eſſent cauſæ Guardianorum, quibus Definitores eſſent infenſi, vel timeretur aliquod malum Prouinciæ ex tali Diffinitorio in Cõgregatione cogendo, eſſentque hæc omnia, vel illorum aliquod notorium, & tunc adeſſet cauſa legitima deſtinandi Præſidentem. Vrgens verò cauſa eſt, quæ Superiorem ad remedium adhibendum impellit, ſeu cogit dum ſcilicet à ſuo officio, & conſcientia ſtimulatur, adeout ſi non mittat præſidentem bono communi ſe non prouiſurum pro certo teneat. Cauſæ autem impulſiuæ erunt ſuperiùs recenſitæ, quibus addi poteſt; Graue negotium in Prouincia pertractandum pro cõcordia, aut ſatisfactione Prælatorum, Principum, Communitatum, quod concludi, niſi in Cõgregatione non poſſit. Sanctor. Com. ſtat. fol. 687.

Tandem inſtantia Diffinitorij non ſe extendit ad alios Patres Prouinciæ, qui in Diffinitorio ſuffragari non debent, quia nomine Diffinitorij

non

non veniunt nisi illi, qui diffinitorio interesse possunt. Sanctor. in comm. cap. 8. fol. 689.

Congregatio Sancti Officij.

SVMMARIVM.

Instituta est super rebus fidei. n. 1.
Ter in hebdomada fieri solet. n. 2.
Calendis Martij, & fer. 6. post octauam Assumptionis quotannis leguntur duo Decreta, & aliud in Visitatione Prouinciali, n. 3.
Prorogatur tempus legendi præfata Decreta per totum mensem August. n. 4.
Decretum Pij V. non est amplius in vsu. n. 5.
Regniculi in causis Sancti Officij, non accedant ad Vrbem. n. 6.

1 INter Congregationes Cardinalium primum locum tenet super rebus fidei, illa S. Officij siue Sanctissimæ Inquisitionis, quæ erecta fuit à Paulo Tertio in constit. 34. tom. 1. Bullar. pag. 551. & denuò restituta per Sixtum V. in constit. 74. tom. 2. Bullar. pag. 464.

2. Fieri solet de manè, qualibet hebdomada ter, scilicet die Lunæ, in Palatio eiusdem Inquisitionis, & in ædibus Reuerendissimi Commissarij, in qua interueniunt tantum officiales: Die Mercurij, seu Martis, si fuerit dicta dies impedita, in Conuentu S. Mariæ supra Mineruam Ordinis Prædicatorum cum interuentu Eminentissimorum Cardinalium, & Dominorum Officialium: & die Iouis coram Sanctiss. in Palatio Apostolico (etiam nolente Sanctissimo interuenire) supradictis omnibus interuenientibus.

3. Feria

3. Feria sexta post octauam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & Kalen. Martij, quotannis leguntur duo Decreta huius Congregationis sub pœna priuat. Officij, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis.

Primum est, Sanctissimus Dominus Noster, sub Vrbano Octauo de Obseruantia Constitutionum Apostolicarum ad Sanctum Officium pertinentium, cum sequentibus.

Secundum est, Licet alias &c. sub Alexandro Septimo, ne in materia hæresis, vel suspectis de hæresi admittatur opinio correctionis fraternæ, videlicet.

Feria 5. Die 8. Iulij 1660.

In Congregatione Generalis Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. apud S. Mariam Maiorem coram Sanctissimo Domino N. ALEXANDRO Diuina Prouidentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in Vniuersa Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Licet alias per Constitutionem felic. record. Pauli V. emanatam sub die prima Septembris 1606. quæ incipit Romanus Pontifex, fuerit districtè prohibitum Superioribus Regularium,

rium, ne quouis titulo, vel prætextu præuentionis, aut consuetudinis, & præscriptionis etiam immemorabilis, aut alio in causis ad Sanctum Officium spectantibus, se quoquomodo intromittere aut immiscere, denunciationes recipere, testes examinare, processus conficere, causas cognoscere, aut terminare audeant; imò ex eiusdem Constitutionis dispositione eisdem fuerit grauiter iniunctum, vt suos subditos, ac Religiosos, quos hæresis labe infectos, vel de hæresi suspectos nouerint absque alia consultatione cum proprijs suæ Religionis Superioribus, vel alia quauis persona facienda, sine mora Inquisitoribus, vel locorum Ordinarijs vicinioribus denuncient.

Nihilominus animaduertens Sanctissimus D. N. ALEXANDER VII. ab aliquibus Regularibus in dubium reuocari prædictam denunciandi obligationem; adeò vt nedum suos subditos non denuncient, verùm etiam fideles ad ipsos pro consilio recurrentes, an debeant Sancto Officio denunciare, quæ audierunt, aut viderunt ad ipsum Sanctum Officium spectantia ad id faciendum, vt deberent, non obligent, imò aliquando eosdem perperam instruant, non teneri, nec sub obligatione Constitutionum Apostolicarum comprehendi, & hanc opinionem erroneis aliquot Doctorum sententijs confirmare tentantes, eosdem in maximum fidei discrimen ab onere denunciandi retrahere conentur.

Volens proindè Sanctitas Sua abusum huiusmodi ex sui Pastoralis officij debito coercere, post maturam facti discussionem auditis votis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium aduersus hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum, innouans Constitutionem

tionem prædictam à fel. record. Paulo V. emanatam, & quatenus opus sit, eam declarans, hoc presenti Decreto districtè præcipit, & mandat omnibus, & singuulis Regularium Generalibus Prouincialibus, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, Rectoribus, Prepositis, alijsque eiusmodi quocumque nomine nuncupatis Superioribus cuiuscumque Ordinis, & Instituti, siue Mendicantium, siue non Mendicantium, necnon Congregationis, & Societatis, Clericorum Regulariũ quorumcumque, etiam Societatis Iesu, aliorumque quomodocumque exemptorum, vel non exemptorum, etiamsi essent specialiter, & nominatim exprimendi, vt omninò dictæ Constitutioni in omnibus pareant, & omnes, & quoscumque Religiosos, tam sibi ipsis subditos, quàm non subditos, cuiuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, hæreticos, vel de hæresi quomodocumque etiam leuiter suspectos, deferant, & iudicialiter denuncient Inquisitoribus, vel locorum Ordinarijs, & nullatenus in causis ad Sanctorum Officium spectantibus audeant se intrommittere, neque suos subditos ad Sanctum Officium recurrentes, vel recurrere, aut accedere volentes, molestare, vexare, vel alio quouis modo siue directè, vel indirectè auertere, retrahere, dissuadere, imò prædictos suos subditos monere debeant, vt ipsi quoque eidem decreto omnino pareant, & alios Christi fideles etiam Confratres suos ad parendum pariter hortentur, & suadeant, reiectis penitus huiusmodi opinionibus, atque interpretationibus, quas Sanctitas Sua, cum Voto Eminentissimorum DD. Cardinalium, tanquam perniciosas, temeritas, & non consistentes, & à mente Sanctitatis Suæ prorsus alienas re probauit, & reprobat.

Et

Et quia quandoque etiam eorum subditi deficiunt, in eo, quod ipsis implendum incumbit cum Religiosis eiusdem, alteriusue Ordinis, alijsue quibuscumque personis de fide suspectis, cæterisque petentibus consilium in materijs ad Sanctum Officium spectantibus, itaut nedum ipsimet denunciationes deferant, vel ab alijs prorsus abstineant; verum etiam multoties ab eisdem alios à se consilium petentes retrahant malis artibus, vel mendicatis Doctorum opinionibus, vel sub fraternæ correctionis factæ, vel faciendæ, alioue prætextu.

Propterea idem Sanctissimus declarauit præfatos subditos absque vlla participatione, etiamsi nulla petita venia à Superioribus, etiamsi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmissa fuerit, omninò teneri, & obligatos esse accedere, ad denunciandum Ordinarijs, vel Inquisitoribus locorum quoscumque etiam Confratres, ac Superiores etiam primarios suos eiusdem ordinis, & Religionis, quos nouerint esse de fide quomodolibet etiam leuiter suspectos: Ac propterea eosdem debere omnes, & quoscumque etiam alios à se consilium, vt supra, petentes monere, & obligare ad denunciandum, nec posse illos à denunciando sub dictæ fraternæ correctionis, vel alio quouis prætextu retrahere, aut retardare, & præfatos omnes, tam Superiores, quàm subditos contrafacientes, Sanctitas Sua voluit, & declarauit subiacere omnibus censuris in dicta Constitutione Pauli Quinti expressis, necnon priuationis quorumcumque Dignitatum, seu Prælaturarum, seu officiorum suorum Ordinum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad eadem ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis, alijsque

San-

ac si vnicuique personaliter fuisset intimatum.
Loco † sigilli.

Ioannes Lupus S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Notarius.

In singulis Capitulis, & Visitatione Ministri Prouincialis, legitur Decretum contra Fratres Minores de Obseruantia, & Reformatos legentes, & tenens libros Geomantiæ; Hydromantiæ prout sequitur.

Cùm non sine graui animi molestia ex Processum lectura Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus prædictis innotuerit, quamplures Fratres Ordinis Sancti Francisci Minores de Obseruantia, suæ professionis immemores, in eiusdem Religionis dedecus, animarum suarum damnum, & aliorum perniciem retinere, legere, seu alijs communicare scripta, & libros continentes sortilegia, incantationes, & alia similia, perniciosæ lectionis, Volentes pro eorum officio malis, & incommodis ex huiusmodi scripturarum, & librorum retentione, & lectione prouenientibus, opportunè prouidere, statuerunt, decreuerunt, & ordinauerunt, vt in posterum nemo eiusdem Ordinis professus, cuiusuis status, & dignitatis audeat, vel præsumat retinere, aut quouis modo habere, seu legere scripta, vel libros Geomantiæ, Hydromantiæ, Acromantiæ, Piromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, seu continentes incantationes ad amorem, inuocationes Dæmonum, abusus Sacramentorum, rerum sacrarum, & benedictarum, remedia superstitiosa infirmitatum, ad Thesauros inueniendos, seu quæuis sortilegia; sed cum primum ad cuiuslibet ipsorum manus huiusmodi scripta, & libri quouis modo peruenerint, etiam occasione audiendi confessiones sacramentales

Or-

Ordinarijs locorum, seu Inquisitoribus, vel eorum Vicarijs respectiuè intrà viginti quatuor horas, realiter, & cum effectu consignare, & tradere debeant, sub pęna excommunicationis maioris ipso facto incurrenda, à qua nonnisi ab hoc Sancto Officio absolui possit, nec non priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, officiorum, & dignitatum quarumcumque & inhabilitationis ad illas in perpetuum, ac suspensionis ab exercitatione suorum Ordinum, & inhabilitationis ad illos, carceris formalis, seu Triremium ad decem annos alijsque arbitrio DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum ipsorum infligendis pœnis; eisdemque pœnis subiacere eos, qui scientes aliquem ipsorum fratrum eiusmodi scripta, seu libros retinere id Ordinarijs, seu Inquisitoribus, vel eorum Vicarijs infrà viginti quatuor horas denunciare neglexerint. Et ne aliquis ignorantiam prætendere possit, mandauerunt huiusmodi Decretum publicari in singulis Capitulis Generalibus, & Prouincialibus eiusdem Ordinis, ac insuper præceperunt omnibus, & singulis dicti Ordinis Ministris Prouincialibus nunc, & pro tempore existentibus, vt in actu Visitationis, singulis annis, & vicibus, conuocatis Fratribus conuentus, præsens Decretum omninò publicent, ita quod singulis annis in vnoquoque Monasterio suæ Prouinciæ realiter, & cum effectu, vt supra expressum fuit, publicetur, sub pœna priuationis officij, ac vocis actiuę, & passiuę per quinquennium, &c.

4 Verùm quia plerique Regulares quandoq; ob obliuionem non legebant præcisa feria sexta dicta Decreta, Ad instantiam Procuratoris Generalis congregationis Obseruantiæ Lombardiæ, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini eadem

dem Sacra Congregatio prorogauit Regularibus tempus legendi Decretum pro publicatione constitutionum ad S. Officium spectan. per totum mensem Augusti, prout sequitur.

Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini.

PRocurator Generalis Congregat. Obseruant. Lombardiæ Ordinis Eremitar. S. Augustini, animaduertens difficillimum esse Superioribus localibus efficere, vt Decretum Sācte Inquisitionis legatur præcisa feria sexta post festum Asſūptionis, sicut in eo disponitur, ob inaduertētiam, obliuionem, & ob multiplicia negotia, quibus assiduè agitantur. Idcircò humiliter supplicat Eminentiss. Vestris Dominationibus vt circa publicationem hanc, aliquam prorogationem eisdem Superioribus gratiosè concedere dignentur.

Die 22. Aprilis 1638.

Lecto memorali, Sanctissimus, tempus in constitutione, circa publicationem faciendam constitutionum, & Decretorum ad S. Officium spectantium, determinatum pro feria sexta post festum Assumptionis B. Virginis, extendit per totum mensem Augusti. Quam gratiam omnibus Regularibus suffragari voluit. In Regesto huius Congregationis fol. 45.

5 Circa Decretum emanatum die 17. Augusti 1567. nempe quod Regulares recurrentes ad S. Officium, vt in eo testimonium perhibeant non possint per quinquennium à suis Superioribus grauari. Ad instantiam Procuratoris Generalis Fratrum Minorum strictioris obseruantiæ fuit responsum à dicto Sancto Officio sic, Videlicet. Decretum Pij V. non est in vsu.

Datum in S. Officio die 29. Octobris 1646.

Franciscus Albicius Assessor, &c.

Regest. fol. 6. ac in Reg. P. Procuratoris Reform

6 In-

6 Insuper die 23. Februarij 1661. Pro Regnicolis, ab eadem Sacra Congregatione cautum fuit, quòd Fratres Ordinis Minorum Obseru. & Reformatorum, habentes aliquid deponendi in Sancto Officio, id deponant etiam Ordinarijs Regni, vel coram ministro huius Sacræ Congregationis Neapoli, absque eo, quod veniant ad Vrbem.

In Regesto fol. 73.

Congregatio Concilij Tdridentini.

SVMMARIVM.

Fieri solet die Sabbati, alternis hebdomadis in Palatio Apostolico, n. 1.

Declarationes Concilij, quæ circumferuntur, nullam fidem habeant, nisi sint authenticæ, n. 2.

In electionibus Superiorum seruandum est Conc. Trid. & Decretum legendum, n. 3.

Feria secunda post primam Dominicam Aduentus, & feria sexta post Octauam Corporis Christi leguntur Decreta de Celebratione missarum, & seq. n. 4.

1 Congregatio ista erecta fuit à Pio IV. in eius Constitut. 81. tom. 2. Bullar. pag. 84. & deinde restituta à Sixto V. in Constit. 74. Congregatio 8. tom. 2. pag. 495. Pro illius interpretatione fieri solet die Sabbathi alterius hebdomadis in Palatio Apostolico.

2 Concilij Tridentini Declarationes in dubijs faciendæ, sibi reseruauit Pius IV. prohibuitque

que commentaria super eius interpretatione, in lucem emitti const. 73. tom. 2. Bullar. pag. 78. §. 6. & Sacr. Congreg. ex speciali iussu Vrbani Octaui mandat, & præcipit huiusmodi declarationibus tam impressis, & imprimendis, quàm manuscriptis nullam fidem esse in Iudicio, vel extra à quoquam adhibendam, sed tantùm illis, quæ in authentica forma, & solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Domini Cardin. Præfecti, & Secretarij eiusdem Congregat. pro tempore existentium, munitæ fuerint. Die 29. Aprilis 1621.

Prout in Regesto huius Congregat. fol. 124.

3 Concilium Tridentinum seruandum in electionibus Superiorum aliorumque Officialium Regularium, statuit Clemens Octauus, vt in Vrbano Oct. constit. 26. §. 36. pag. 46. tom. 4. videlicet.

In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma præscripta à Sac. Concilio Tridentino, & Ordinis Constitutionibus inuiolabiliter seruentur, iurentque Electores, secundùm veritatem cuiusque conscientiæ, probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deueniatur, in primis, & ante omnia prælegantur Constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia gradus, & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui possint, & consueuerint Regulas Ordinis, & Constitutiones obseruare, præsertim quæ pertinent ad seruitium Chori, ac vestitum, & victum communem.

4 Feria sexta post Octauam Corporis Christi, & Feria 2. post primam Dominicam Aduentus quotannis, sub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda legan-

gantur Decreta huius Congregationis Concilij de celebratione Missarum, de Apostatis, & eiectis, & Decreta generalia Clementis Octaui de Regularium Reformatione.

Congregatio Sacra Rituum.

SVMMARIVM.

Fieri solet die Sabbati, alterius hebdomadis in Palatio Apostolico, n. 1.

Describitur facultas, quam habet Sacr. Rit. ibidem.

Nulla fides adhibetur Decretis huius Congregationis, nisi illis, quæ in authentica forma sunt subscriptæ, & sigillatæ, n. 2.

1 HAnc Congregationem instituit Sixtus V. Constitutione 74. Congregatio quinta, pag. 465. tom. 2. Bullar. Romani.

Fieri solet die Sabbati, alterius hebdomadis in Palatio Apostolico, cui hæc cura præcipuè incumbit, vt veteres ritus Sacri vbiuis locorum in omnibus Vrbis, Orbisque Ecclesijs, in missis, Diuinis Officijs, cæterisque ad Diuinum cultum pertinentibus à quibusuis personis diligenter obseruentur cæremoniæ, & si exoleuerint, restituantur: si deprauatæ fuerint reformentur. Diligentem quoque curam adhibeant circa Sanctorum Canonizationem, festorumque dierum celebritatem. Controuersias de præcedentia in Processionibus, aut alibi, cæterasque in huiusmodi Sacris Ritibus, & cæremonijs incidentes difficultates cognoscant, summariè terminent, & componant.

2 Nul-

2. Nulla fides adhibetur Decretis huius Congregat. nisi illis, quæ in authentica forma sunt subscripta, & sigillata, prout in Regesto fol. 78.

Congregatio Episcoporum, & Regularium.

SVMMARIVM.

Fieri solet die Veneris, cuiuslibet hebdomadæ hora circiter vigesima, & post solemnitatem Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli fit de manè in Palatio Apostolico, n. 1.

Describitur facultas, quam habet, n. 2.

Prorogauit tempus legendi Decreta de Celebratione missarum ad dies octo, n. 3.

HÆc Congregatio pro Consultationibus Regularium, & Monialium erecta fuit à Sixto Quinto in eius Constit. 74. Congregatio vndecima tom. 2. Bullar. pag. 406.

1. Fieri solet à Kalend. Nouembris vsque ad solemnitatem Sanctorum Petri, & Pauli die Veneris cuiuslibet hebdomadæ (præter maiorem, & dies Veneris ante Cineres) de sero hora circiter vigesima. A solemnitate verò Sanctorum Petri, & Pauli vsque ad prædictas Kalend. Nouemb. pariter die Veneris, sed de manè, & alterius hebdomadis, præter mensem Octobris, in cuius initio vnica tantùm fit prout aliæ Congregationes, in dicto mense, in Palatio Apostolico.

2. Cui hæc cura præcipuè incumbit, vt caussas, quas inter ipsos Regulares oriri contigerit,

iuxta quarumcumque Religionum Instituta definiant, atque terminent, vt dictis Regularibus non ad laxiorem, nec ad parem, sed ad arctiorem Religionem transeundi ijs, quos feruore spiritus incensos ad perfectioris vitæ statum transire velle constiterit, non obstantibus quibuscumque Prædecessorum eius decretis, licentia dare possint. Causasque Apostatarum, aut vagantium ijdem Cardinales audiant, & cognoscant, eosque coercendi potestatem habeant.

3. Instante Commissario Romanę Curię Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ S. Francisci Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium prorogauit Fratribus Minoribus eiusdem Ordinis tempus legendi decreta de celebratione missarum ad dies octo à die præscripto in huiusmodi decreto in euentu, quòd ea non legerint. Die 20. Nouembris 1637. prout in Regesto huius Congregationis fol. 144.

Congregatio Propagandæ fidei.

SVMMARIVM.

Fit bis in mense in Palatio eiusdem, semel coram Sanctissimo, vt plurimum die Lunæ, grauiora negotia refert Pontifici. n. 1.

Mandauit, quòd quot annis perlegantur in Refectorio Ordinationes pro terra Sancta de anno 1633. ibidem.

Quinam Superiores mittere possint Fratres Hierosolymam. n. 2.

Prædicatores omnes tenentur vno saltem die festo

Qua-

Quadragesimæ commendare necessitates locorum Terræ Sanctæ n. 3.

1 CONgregationem pro fide Catholica propaganda instituit Gregorius XV. Constit.26. tom. 3. Bull. pag. 110. Hæc Congregatio negotia grauiora refert Pontifici, alia expedit, Missionibus ad prædicandum superintendit, Ministros constituit, & mutat, & alia facit.

Fit bis in mense in Palatio eiusdem Sac. Congregat. die, & hora eligenda ab antiquiore Cardinali, vel Præfecto Congregationis, & semel coram Sanctissimo die eius arbitrio, & vt plurimum die Lunæ.

2. Hæc Congregatio die 7. Augusti 1637. mandauit quòd perlegantur in publico Refectorio singulis annis Ordinationes pro Terra Sancta in Capitulo Toletano editas 1633. & postea anno 1634. ab Vrban. VIII. approbatas, & confirmatas; ne Fratres earum ignorantiam vnquam prætendere possint, & præsertim innouatur illa, in qua dicitur.

Nullus autem Generali Ministro, vel Commissario item Generali inferior Fratres Hierosolymam etiam peregrinationis causa mittere possit, excepto Guardiano Hierosolymitano. In Regesto fol. 5. & 76.

3. Item quòd vno saltem die festo Quadragesimę Prędicatores commendant necessitates Sanctorum locorum ex præcepto Vrbani VIII. In Regest. huius Congr. fol. 81. & 82.

Conſecratio Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

Sacra Rituum Congregatio libenter annuit poſſe transferri diem Conſecrationis, ob impedimentum maioris officij, in aliud tempus non impeditum arbitrio Ordinarij, n. 1.

1 QVia quandoque non poteſt celebrari Feſtum Conſecrationis alicuius Eccleſiæ cum octaua ob impedimentum alterius officij, ſicut euenit in Conſecratione Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Puteo Fratrum Minorum Strictioris Obſeruantiæ de Summa, Nolanæ Dioc. quæ fuit conſecrata in die Annunciationis Beatæ M. V. ideò inſtantibus prædictis Fratribus Sacra Rituum Congregatio; Ordinarij arbitrio remiſit poſſe transferre feſtum præfatæ Conſecrationis ad menſem Septembris. Die 7. Auguſti 1655. ex quo exemplo moderari poſſunt alię Eccleſiæ, quę habent huiuſmodi impedimentum. Reg. fol. 123.

Conſeruator.

VMMARIVM.

Declaratio, quòd per Conſtit. Gregor. XV. de Conſeru. non aufertur illis facultas defendendi Regulares à manifeſtis iniurijs, n. 1.

Conſeruatores debent durare per quinquennium, quo tempore mutari nequeunt, n. 2.

Formula eligendi Conſeruatores, n. 3.

IN modernis Scriptoribus inueni declarationem, quòd per Constitutionem Gregor. XV. de Conseruatoribus non aufertur illis facultas defendendi Regulares à manifestis iniurijs, quæ cùm fuerit impressa Romæ in Typographia Reuer. Cameræ Apostolicæ, anno 1624. operę pretium duxi referre illam, prout accepi, videlicet.

1. In Constitutione de Conseruatoribus edita à san. memor. Gregor. XV. ex sententia Sacrę Congregationis Concilij inter cætera statutum est, vt coram Conseruatoribus Regulares conueniri quidem, aut trahi debeant, sed alios conuenire, aut trahere non possint, itaut memorati Conseruatores in causis, in quibus Regulares, & alij Actores fuerint nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in ijs tantùm, in quibus rei extiterint. Dubitatur nunc, An per hæc verba sublata sit facultas, quam habent Conseruatores defendendi Regulares, & alios à manifestis iniurijs, & violentijs, quæ illis de facto inferuntur; dum à suis possessionibus deijciuntur, & proprijs bonis vti, ac frui impediuntur.

Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Tridentini Interpretum censuit eiusmodi verbis minimè sublatam fuisse facultatem, quam habent Conseruatores defendendi Regulares à manifestis iniurijs, ac violentijs, dummodo obseruent formam præscriptam in Constitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij Octaui relatis in cap. 1. in fin. de Offic. delegat. in 6.

G. Card. de Torres.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Concilij Secret.

2. Conseruatores semel electi, debent du-

rare, ad minus, per quinquennium, durante verò quinquennio amoueri, aut mutari nequeunt, nisi ex legitima causa, quæ à Sede Apostolica, aut locorum Ordinarijs approbanda erit, prout in Constit. eiusdem Gregorij XV. de Conseruatoribus §. 8. tom. 3. Bullar. pag. 288. &c.

Ideò in literis Conseruatorijs apponatur clausula (Pro futuro dumtaxat quinquennio) alioquin quoad negotia saltem cœpta perpetuò durabit Iurisdictio.

Expirat etiam officium morte concedentis, nisi negotia sint incœpta. DD. apud Barbos. allegat. 109. n. 50.

Debent esse Iudices electi in Prouinciali, vel Diœcesana Synodo, cuius electio, infra duos menses, exhibeatur Ordinario, aliàs coram eo agantur causæ Gregorius XV. supra. Gauant. v. Conseru. &c.

3. Formula eligendi Conseruatorem habetur in Constit. Ordinis cap. 12. §. 21. pag. 311.

Constitutio.

SVMMARIVM.

Potestas condendi Constitutiones quibus intersit? num. 1.

Præcipitur Fratribus Reformatis nostræ Familiæ, vt ijs dumtaxat Constitutionibus vtantur, quæ pro ipsis sancitæ sunt. n. 2.

Quam obligationem inducant Decreta Clementis Octaui. n. 3.

Quomodo Constitutiones Ordinis non inducunt excommunicationem, nec peccatum mortale. num. 4.

Regu-

Regulares non tenentur Constitutionibus Synodalibus. n. 5.
Debent tamen conformari Populo in festis, &c. num. 6.

1 POtestas concedendi Constitutiones regulariter spectat ad Generalem, cum Capitulo Generali pro tota Religione. Ad Prouincialem, cum Capitulo Prouinciali pro tota Prouincia. S. Th. 1. 2. q. 60. art. 1. Sanch. in Decal. c. 2. n. 27.

2. Ad confusiones, ac varietates Statutorum Reformatos concernentium tollendas, & ad certam insuper, stabilemque inter ipsos Constitutionum obseruationem præfigendam, statuendamque consultò statuitur, strictiusque præcipitur, sub pœnis in eisdem Constitutionibus taxatis, & irremissibiliter infligendis, vt in posterum Fratres Reformati eisdem dumtaxat Statutis Generalibus vtantur; ac ea inuiolabiliter obseruent, quæ pro bono, ac strictiori ipsorum viuendi modo in præsenti Congregatione Generali etiam ipsis Reformationis assentientibus, & acceptantibus, maturè decreta, & sancta fuere, eaque quolibet semestri legere teneantur tempore communis refectionis Congreg. Generalis Romæ 1628. in Chronolog. fol. 68 1. col. 2.

3. Inter alias Ordinum Constitutiones debent redigi Decreta Clementis Octaui pro Reformatione Regularium innouata à Sac. Congregatione iussu Vrbani VIII. quæ quidem Decreta non inducunt aliam obligationem ad sui obseruantiam, quàm Constitutiones Religionum, Lezan. n. 26.

4. Constitutiones Ordinis ad mortale non obligant, sic declarauit Sixtus V. pro Religione nostra in Bulla, quæ incipit, Circumspecta,

&c. & infra; Nos igitur statuimus, & decernimus, quòd Ministri, Custodes, Guardiani, & Fratres Ordinis præsentis, & qui pro tempore fuerint, ex statutis, seu consuetudinibus, vel declarationibus dicti Ordinis, præter Regulam, quomodolibet etiam Auctoritate Apostolica roboratis, illis contrafaciendo nulla Ecclesiastica censura, nulloque peccati mortalis vinculo ligari valeant, nisi tales excessus, qui diuina lege, seu præcepto Ecclesiæ inducerent ad mortale. In Bullario Rodrig. fol. 162. quod suo oraculo confirmauit Pius V. apud Rodriq. t. 2. q. 10. art. 6. & 8. Sanctor. in Comment. c. 2. fol. 267.

5. Non tenentur Regulares Constitutionibus Synodalibus, seu Episcopalibus solùm concernentibus Reformationem Clericorum Peyrin. t. 2. in Constit. 1. Iulij 11. n. 7.

6. Quòd si Constitutiones Synodales concernant actiones communes totius populi, & obseruantiæ regulari non derogent, vt sunt quædam ieiunia festa, & huiusmodi, ligant quidem Religiosos, non quidem debito obedientiæ, sed iure naturali, cùm enim sint partes, & membra illius populi tenentur toti corpori se conformare. Vasq. 1. 2. disp. 167. n. 33. Sanchez 4. in Decal. c. 15. n. 1. &c.

Conuentus.

SVMMARIVM.

Quoad erectionem. Non possunt de nouo erigi, nisi seruata forma Clementis Octaui. n. 1.

Gregorius XV. addit, quòd nullus Conuentus de nouo erigatur, nisi in eo 12. Fratres susten-

ſtentari valeant, num. 2.

Idem decernit Sacra Congregatio Concilij, n. 3.

Alioquin remanent ſubiecti Ordinario, ibid.

Vrbanus Octauus reuocat quacumque priuilegia erigendi loca Regularia, non ſeruata forma Decretorum, n. 4.

Demum Innocentius Decimus prohibet ne deinceps Regulares, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, Conuentus incipere, vel fundare præſumaur, n. 5.

Apud Minoritas Regularis Obſeruantiæ prohibetur ne recipiantur Conuentus, aut relinquantur, abſque Generalis, Ordinarij, & Sedis Apoſtolicæ licentia, n. 6.

An præfatæ Conſtitutiones circa erectionem Conuentuum comprehendant hoſpitia, n. 7.

In vnoquoque Conuentu præfiniri debet numerus Religioſorum, poteſt tamen minui, & augeri per Prouinciales noſtros ex priuilegio, n. 8.

Quoad poſſeſſionem, Vrbanus Octauus confirmauit conceſſiones Conuentuum Reformatorum, num. 9.

Similem confirmationem fecit Sixtus Quintus pro Fratribus Regularis Obſeruantiæ, n. 10.

Quoad mutationem. Non dicitur acquiri nouus Conuentus quando fit mutatio, n. 11.

Quòd Fratres Reformati Prouinciæ Principatus non aſſumant Conuentum in ciuit. Neap. n. 12.

Quoad Viſitationem Ordinarij. Ponitur Decretum pro Conuentibus, vbi non morantur plures, quàm ſex Religioſi, n. 13.

Ita Decretum Innocentij Decimi. Vt in paruis, num. 14.

Item Declarationes eiuſdem, n. 15.

Epiſcopus Viſitans paruos Conuentus, non poteſt aliquid exigere in pecunia à viſitatis, n. 16.

1 QVoad erectionem, Conuentus non possunt de nouo erigi, nisi seruata forma præscripta à Clemente VIII. in sua Constitutione. Quoniam ad institutam, &c. tom. 3. Bullar. pag. 106. quæ Ordinarijs locorum, prohibet licentiam concedere cuiscumque mendicantium Ordinis nouos Conuentus erigendi, nisi vocatis, & auditis aliorum Conuentuum Procuratoribus, & alijs interesse habentibus, & causa cognita, sine aliorum detrimento, commodè sustentari posse.

2 Gregorius XV. confirmat, & ampliat in suo Decreto. Cùm aliàs, tom. 3. Bullarij pag. 315. præfatam Constitutionem Clem. Oct. addendo, quod in posterum nulla Domus, seu Conuentus de nouo erigatur, nisi in eo saltem duodecim fratres ex consuetis eleemosynis sustentari valeant.

3 Sacra Congregatio Concilij super decretis de celebratione Missarum. Cùm sæpè contingat, tom. 4. Bullar. pag. 58. §. 14. declarat Conuentus recipi non posse in locis, in quibus 12. saltem Fratres aut Monachi sustentari valeant, alioquin subijciuntur Ordinario.

4 Et quia plerique Regulares ex priuilegio, construebant Conuentus, absque consensu Episcopi, Vrbanus Octauus in sua constitut. Romanus Pontifex tom. 4. Bullar. pag. 40. Reuocat quascumque licentias, & priuilegia erigendi loca Regularia, non seruata forma Clem. Oct. & Decretorum.

5 Demum Innocentius Papa X. innouando, & ampliando prædictas Constitutiones, super electione nouorum Conuentuum, in sua Constitutione Instaurandæ tom. 4. Bullarij pag. 80. prohibet ne deinceps aliquis mendicantium,

vel

vel non mendicantium Domos, vel loca quæcumque recipere, seu Conuentus incipere, vel fundare præsumant absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, sub pœna priuat. Officiorum, & inhabilitatis.

6 Apud Minoritas Regularis Obseruantię in Constitut. Ordinis cap. *6*. §. *6*. pag. 10*6*. num. 1. Prohibetur ne loca de nouo recipiantur, aut quæ extant relinquantur sine scripta licentia Sedis Apostolicæ, iuxta Decreta Sac. Congregationis ac item sine consensu Ordinarij, ac Diffinitorij Prouincialis.

7 An præfatæ Constitutiones circa erectionem Conuentuum comprehendant Hospitia? Negatiuè respondent ferè communiter Doctores, ita Ioann. Antonius Nouar. in Summa Bullarum de Monasteriorum ædificatione Pasqualig. in Addit. Laureti de Franchis p. 1. num. 414. Verùm animaduertendum est cum Lezana v. Monasteria Regularium num. *6*. id procedere de hospitij, quæ sunt merè hospitia, itaut non habeant campanas, nec publicas Ecclesias, nec quærant eleemosynas pro Missis, nec Sacramenta administrent. Alioquin si hæc præstarent, inferrent præiudicium cęteris Regularibus, & diuerterent populum ab earumdem Ecclesijs, & proinde subintraret ratio finalis, quam contemplati sunt Summi Pontifices de vitando præiudicio præexistentium Religiosorum, atque adeò essent seruandæ forma, & solemnitates præscriptæ in Pontificijs Constitutionibus.

8 Numerus Religiosorum in vnoquoque Conuentu, intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, præfiniri mandauit Paulus V Sanctissimus &c. tom. 3. Bullar. fol. 138. qui iuxta regionis, & proprij Instituti morem competenter va-

leant subſtentari, Miniſter Generalis, & Prouinciales Minorum de Obſeruantia habent facultatem ab ipſo Summo Pontifice augendi, & minuendi familias Conuentuum vide v. Augere.

9 Quoad poſſeſſionem. Vrbanus Papa Octauus, Ex iniuncti, 1639. confirmauit conceſſionem Domorum Regularium de Obſeruantia Fratribus Reformatis Sancti Franciſci quomodolibet factas, prout ſequitur.

Confirmatio conceſſionum Domorum Regularium de Obſeruantia Fratribus Reformatis Sancti Franciſci quomodolibet factarum.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX iniuncti Nobis Apoſtolici muneris debito Chriſti fidelium ſub ſuaui Religionis iugo, & Strictioris Obſeruantiæ Regularis Altiſſimo famulantium votis, per quę eorum quieti opportunè conſulitur libenter annuimus, ac deſuper eiuſdem muneris partes perpenſis ſtudijs interponimus, vt ijdem Chriſti fideles ſublata omni perturbationum materia in pacis amęnitate, ac iuſtitia, & ſanctitate coram Deo felicioribus indies proficiant incrementis.

Cùm itaque ſicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Aſcanius de Aſſiſio Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Reformatorum nuncupat. Nonnullę Domus Regulares, quas Fratres Minores de Obſeruantia nuncupat. Ordinis prædicti poſſidebant dictis

Fra-

Fratribus Reformatis Apostolica auctoritate, vel à Superioribus Ordinis huiusmodi, aut aliàs alio modo assignatæ, & concessæ fuerit : vt autem litibus, & controuersijs, quæ propterea fortassis excitari possent via præcludatur, idem Procurator assignationes, & concessiones prædictas auctoritate nostra Apostolica comprobari, & aliàs desuper, vt infra prouideri summoperè desideret. Nos eiusdem Ascanij Procuratoris votis huiusmodi benignè annuere volentes illumque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes.

Supplicationibus ipsius Ascanij Procuratoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Assignationes, & concessiones Domorum Regularium prædictarum dictis Fratribus Reformatis Apostolica auctoritate, vel à Superiorbus Ordinis huiusmodi, vel aliàs quomodolibet factas, vt præfertur Apostolica auctoritate tenore præsentium cõfirmamus, & approbamus, illisque inuiolabilis, & perpetuæ firmitatis Apostolicæ robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui quomodolibet interuenerint in eisdem supplemus; Mandantes propterea quibusuis dicti Ordinis Superioribus, & Fratribus quomodocumque nuncupatis, & qualificatis in virtute sanctę obedientię, ac sub priuationis vocis actiuæ, & passiuæ eo ipso incurrendis alijsque arbitrij nostri pœnis, ne super assignationibus, & concessionibus prædictis litem, seu lites contra Reformatos

huius-

huiuſmodi mouere, ſeu intentare, vel illas in ius vocare, aut aliàs quomodolibet eis deſuper moleſtiam exhibere audeant, ſeu præſumant; & nihilominus ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis, & iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſque Domibus Regularibus, Superioribus, Conuentibus, & Fratribus, & quibuſuis alijs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis.

Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes illis, aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 30. Maij 1639. Pontificatus noſtri anno decimo ſexto.

M. A. Mararldus.

10. Similem confirmationem fecit Sixtus V. Cùm ſicut &c. 1586. tom. 2. Bull. Rom. pag. 412. nempe quod Fratres Minores Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia licitè retineant loca, quæ etiam ſine titulo poſſident, dummodo Ordinariorum conſenſus accedat, quoad ea quæ poſſident à decem annis citrà.

11. Quoad mutationem. Non dicitur acquiri nouus Conuentus quando fit mutatio in eadem Ciuitate, vel Oppido de vno ad alium locum, & ideò non requiritur licentia Epiſcopi, quia ad

ad hoc habent sufficientem facultatem Regulares communicantes in priuilegijs ex Clemente IV. Ordinis Minorum, prout in compend. priuileg. v. ædificare num. 2. & Sixti IV. Ordinis Prædicatorum Regimini vniuersalis &c. apud Confect. fol. 43 Lauret. de Franch. p. 1. nu. 405. Rodr. tom. 2. qq. Regul. q. 40. part. 9. Sixti V. Ordini S. Benedicti, quod in capitulo Generali, de consensu Capituli, possint mutare conuentum de locis incommodis ad loca commodiora nec tale priuilegium fuit abrogatum per Concil. Tridentnam tantùm loquitur de noua electione, & ædificatione, non autem de mutatione, & in hac sententia sunt Miranda in Manual. Prælatorum tom. 1. qu. 33. art. 21. & Hieron. Rodriq. in compend. resol. 55.

Neque obstant supradicta Decreta Clementis VIII. Greg. XV. Vrbani VIII. & Innocentij X. quia procedunt de noua erectione, per quam in aliquem locum recipitur de nouo aliqua Religio, vt constat ex ratione finali, quæ est, ne vna Religione inferat cæteris præiudicium in ordine ad sustentationem, dum de nouo recipitur, & proinde iniungitur Ordinarijs, vt examinent, an simul cum ceteris commodè sustentari possit; Hęc autem ratio finalis non potest accommodari mutationi conuentus, intra eumdem locum, aut Ciuitatem, quia iam illi Religiosi sustentabantur simul cum cæteris, nec necessaria sunt noua alimenta, cum non introducantur de nouo. De Franch. p. 1. n. 406.

12. Quod Fratres Minores Strictioris Obseruantiæ Prouinciæ Principatus non erigant, nec assumant Conuentum in ciuitate Neapolis, cautum fuit à S. Congregat. Episcoporum, & Regularium die 14. Marij 1617. Deinde firmatum ab

Vr-

Vrbano Octauo per suum Breue incip. Christi Saluatoris &c. 1638. anno sexto decimo.
In regest fol. 68. & 70.

13 Quoad Visitationem Ordinarij, Quia nonnulli Episcopi virtute Decreti Innocentij Papæ Decimi, Vt in paruis, &c. visitare nitebantur conuentus Fratrum Capucinorum, & aliorum Regularium, in quibus actualiter non morabantur plures quàm sex Religiosi, quamuis in illis essent collocati maiori numero. Ad instantiam Procuratoris Generalis eorumdem Fratrum Capuccinorum,

Sacra Congregatio super statu Regularium censuit Conuentus nunquam suppressos, in quibus actu degunt de familia plures quàm sex Religiosi minimè comprehendi in Decreto sanctæ memor. Innocentij Decimi, quod incipit. Vt in paruis, ac proinde locorum Ordinarios nequaquam posse in vim dicti Decreti in huiusmodi Conuentibus, aut illorum personis vllam sibi Iurisdictionem vindicare. Datum Romæ die 29. Nouembris 1657. In Regest. fol. 325.

DECRETVM S.D.N.

INNOCENTII PAPÆ X.

Super subiectione nonnullorum Conuentuum iurisdictioni Ordinarij loci tamquam Sedis Apostolicæ delegati.

14 VT in paruis Regularium Virorum Conuentibus à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papa X in Constit. quæ incipit, Instaurandæ, primum suppressis, ac deinde ad

ad ipsius Constitutionis limites ob rationabiles causas in primum statum regularem restitutis, & ipsis Religionibus denuò concessis, piè, & religiosè viuatur, ac regularia Instituta, quò exactiùs fieri potest obseruentur: Sanctitas Sua ex sententia sacræ Congregationis super statu Regularium omnes, & singulos Conuentus huiusmodi sic, vt præfertur, restitutos, & concessos in litteris ab eadem sacra Congregatione expediendis nominatim exprimendos, ac personas tam regulares, quàm sæculares in eis degentes visitationi, & correctioni, & omnimodæ iurisdictioni Ordinarij loci, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegati, præsentis Decreti tenore plenè in omnibus subiecit, ac subiectos esse declarauit, donec ipsorum redditus eousque adaucti fuerint, vt in eis commodè sustentari valeant, & cum effectu sustententur duodecim Religiosi ad Apostolicorum Decretorum præscriptum, idque eidem sacræ Congregationi legitimè constituerit, & eius Decreto in singulis contingentibus casibus declaratum fuerit, & non aliter.

Intereà verò voluit Sanctitas Sua, vt in eorum singulis ali debeant, & re ipsa alantur sex saltem religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis: alioquin gratia restitutionis, & concessionis huiusmodi nulla sit, & inualida, & Ordinarij locorum in illis exequi possint, ac debeant ea omnia, quæ in alijs Conuentibus itidem suppressis per eandem Constitutionem demandantur, perinde ac si gratia prædictæ restitutionis, & concessionis non emanasset.

Insuper, quia multi sunt Conuentus, in quibus, & si præfixus fuerit numerus Religiosorum suffi-

sufficiens ad obseruantiam regularis disciplinæ, & idcircò in suppressione antedicta non fuerint comprehensi; nihilominus siue ob reddituum diminutionem, siue ob Superiorem incuriam, vel malam administrationem, siue ob carentiam Religiosorum, aut aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob causam prædictus numerus cũ effectu in eis non alatur, cum graui detrimento regularis obseruantiæ, Sanctitas Sua intendens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos eiusmodi Conuentus, vt præfertur, non suppressos, cuiuscumque sint Ordinis tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationis, & Instituti, etiam Societatis IESV, aut Granciæ, seu membra alterius Monasterij, existentes intra fines Italiæ, & insularum adiacentium, in quibus nunc non aluntur, vel quandocumque actu non alentur saltem sex Religiosi itidem probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor, vt supra sint Sacerdos maturæ ætatis, eidem vibrationi, correctioni, & omnimodæ iurisdictioni Ordinarij loci similiter, vt Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus præsentis pariter Decreti vigore subiectos esse statuit, & declarauit.

Cæterum quoad Conuentus cum pauciori numero, quam duodecim Religiosorum, erectos post diem 21. Iunij 1625. & illorum subiectionem loci Ordinario, Sanctitas Sua voluit in suo robore permanere Decretum san. mem. Vrbani Octaui iussu editum, cui per præmissa aliquatenus derogare non intendit.

Et prædicta omnia, & singula in præsenti Decreto statuta, & ordinata voluit plenarium sortiri effectum, & executioni mandari non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in antedicta

Con-

Conſtitutione voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romę die 10. Febr. 1654.

B. Card. Spada.
Loco † Sigilli.

Proſper Fagnanus Sac. Congreg. Secretarius.

Declarationes Decreti ſan. mem. INNOCENTII Papæ X. ſuper ſubiectione nonnullorum Conuentuum iuriſdictioni Ordinarij loci à Sac. Congregatione ſuper ſtatu Regularium editæ, atque à Sanctiſſimo D.N. ALEXADRO Papa VII. approbatæ.

15 POſito Decreto fel. record. Innocentij Papæ Decimi ſuper ſubiectione nonnullorum Conuentuum correctioni, viſitationi, & omnimodæ iuriſdictioni Ordinarij loci tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati contingit dubitari de infraſcriptis.

1. An Epiſcopus in Conuentibus ſuæ iuriſdictionis ſubiectis poſſit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam conſtituere.

2. An poſſit Epiſcopus à prædictis Conuentibus Religioſos amouere.

3. An Regulares eorumdem Conuentuum compelli poſſint ab Epiſcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes adminiſtrationis.

4. An Epiſcopus in eiſdem Conuentibus ſe inge-

ingerere possit in his, quæ regularem disciplinam concernunt.

5. An Ecclesiæ dictorum Conuentum & Capellæ Granciarum, in quibus degunt Conuersi pro agrorum cultura, ab Episcopo visitari possint.

6. An ipsæ Granciæ, & Conuersi in eis degentes subsint visitationi Episcopi.

7. Quid in Ecclesijs, seu Capellis Granciarum, in quibus nullus degit Conuersus, an similiter subsint Episcopi visitationi.

8. An liceat Episcopo visitare Conuentus tam suppressos, & postea restitutos, quàm non suppressos ad affectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi.

9. An Episcopus visitans huiusmodi Conuentus suæ iurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecuniæ.

10. An iurisdictio Ordinarijs locorum tamquam Sedis Apostolicę Delegati attributa in supradicto Decreto competat Vicarijs Generabilibus Episcoporum, necnon Abbatis, & alijs inferioribus Prælatis proprium Territorium, ac iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

11. An Prouinciales, & alij Superiores, regulares possint eiusmodi Conuentus iurisdictioni Ordinarij subiectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque iurisdictionem in eos exercere sicut poterant ante dictum Decretum.

12. Si Superior Regularis in causa præuenerit contra subditum degentem in aliquo ex eisdem Conuentibus Ordinario subiectis fabricãdo processum, vel eum carceri mancipando, an

Episcopus possit huiusmodi causam reassumere, ac Superiori inhibere.

13. Si è conuersò Episcopus præuenerit in causa contra Religiosum in tali Conuentu commorantem, an Superiori regulari in eo casu liceat illum amouere, & in alio Conuentu collocare, & si de facto collocauerit, an nihilominus Episcopus posset causam prosequi, ac Religiosum sic amotum reuocare ad primum Conuentum.

14. Si Prouincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conuentu remouere, an Episcopus prohibere possit.

15. Si à Conuentu primum suppresso, ac deinde Religioni restituto absint ex aliqua rationabili causa, & ad breue tempus vnus, vel plures ex numero sex Religiosorum ibi degentium, an gratia restitutionis sit nulla, & Conuentus remaneat suppressus, vt priùs.

16. Quid si à Conuentu non suppresso similiter ex causa rationabili, & ad modicum tempus absit aliquis à sex Religiosis ibi existentibus, an durante tali absentia Conuentus subiacet iurisdictioni Ordinarij.

17. An Religioso illo redeunte, vel aliàs impleto numero sex Religiosorum Conuentus recuperet pristinam exemptionem.

18. Si gratia restitutionis Conuentus suppressi reddatur nulla ex eo, quòd in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur sex Religiosi, & postea contingat, vt eiusmodi numerus impleatur, an gratia restitutionis Conuentus reuiuiscant.

19. Ad hoc, vt gratia restitutionis sit nulla, & Conuentus denuò remaneat suppressus, proptereà quòd in eo non sustententur sex Religiosi,

giosi, an debeat præcedere declaratoria Episcopi super facto præuia causæ cognitione.

20. An ab huiusmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare, ad effectum tam deuolutiuum, quàm suspensiuum.

21. Cùm ex Decreti præscripto quatuor Sacerdotes in his Conuentibus degentes debeant esse maturæ ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura.

Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superius proposita hunc in modum respondit. videlicet.

AD 1. Non posse.

Ad 2. Posse ex rationabili causa, commonito tamen priùs Superiore Regulari, ad quem pertinet, vt eosdem Religiosos assignet in alijs Conuentibus.

Ad 3. Posse compelli.

Ad 4. Posse.

Ad 5. Posse.

Ad 6. Subesse.

Ad 7. Itidem subesse.

Ad 8 Minimè licere antequam aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituto.

Ad 9. Expedire, vt Sanctissimus Dominus noster decernat, & declaret non licere Episcopo tales Conuentus visitanti quicquam accipere procurationis nomine.

Ad 10. Competere.

Ad 11. Posse sicut priùs, non tamen priuatiuè ad Episcopum.

Ad 12. Non posse, nisi ex iusta causa, veluti

cùm

cùm videt Superiorem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia feueritate, vel indulgentia quid durius, aut remiſſius conſtituere, quàm cauſa depoſcit, in quo ipſius Epiſcopi conſcientia oneratur.

Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religioſum ab Epiſcopo inquiſitum à loco amouere, & ſi amotus fuerit, poſſe Epiſcopum cauſam proſequi, & illum quibuſcumque remedijs reuocare, etiam inuocato auxilio Ordinarij, & brachio ſæculari, ſi opus fuerit, cuiuſcumque loci, in quo Religioſus reperiatur.

Ad 14. Non poſſe.

Ad 15. Gratiam ob id non eſſe nullam, ceſſante omni fraude, nec Conuentum remanere ſuppreſſum.

Ad 16. Subiacere durante abſentia.

Ad 17. Recuperare.

Ad 18. Non reuiuiſcere.

Ad 19. Debere ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Epiſcopo Conuentus poſſeſſionem apprehendere, aut Religioſos inde expellere.

Ad 20. Licere ad effectum deuolutiuum tantùm, non autem ſuſpenſiuum.

Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadrageſimo.

Declarationes ſupraſcriptas Sanctiſſimus Dominus Noſter ad ſe relatas approbauit, & ab omnibus, ad quos pertinet, obſeruari præcepit, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Datum Romę die 27. Iulij 1655.

B. Card. Spada.

Loco † Sigilli.

Proſper Fagnanus Sec. Congreg. Secretarius.

Quæ

Quæritur. An Episcopus visitans paruos Conuentus sibi suppositos, possit à visitatis aliquid exigere in pecunia? Negatiuè respondetur, prout cautum fuit sequenti Decreto, Videlicet.

16 CVm Sacra Congregatio super statu Regularium aliàs consulta; An Episcopus visitans paruos Cōuentus suæ iurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes ad præscriptum Decreti san. mem. Innocentij X. quod incipit, Vt in paruis &c. possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia, duxerit expedire, vt Sanctissimus D.N. decernat, & declaret non licere Episcopo tales Conuentus visitanti quicquam accipere procurationis nomine; Sanctitas Sua Congregationis sententia audita, eam expressè approbauit, noluitque licere Episcopis huiusmodi Conuentus visitantibus aliquid accipere procurationis nomine, seu in pecunia, seu in victualibus, & ita obseruari præcepit; Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore Iuris clausis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ die 25. Iunij 1665.

Marcus Antonius Card. Franciottus.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Secretarius.

Custos.

SVMMARIVM.

In Capitulis Prouincialibus Custodes, & Definitores nouiter electi, nullam ad inuicem habeant suffragium. num. 1.

In

In vacantia officij Custodis non fit subrogatio, sed eligendus est alter, & datur modus. numer.2.

Custos expleto officio, potest eligi in Prouincialem, aut Guardianum, non in Definitorem, n.3.

Formula litterarum, quas deferre tenentur ad Generalia Comitia. n.4.

1 IN Capitulis Prouincialibus Custodes nouiter electi, & etiam confirmati nullum habeant suffragium respectu Definitorum eligendorum in eodem Capitulo: sicut nec Definitores, si aliquem, vel aliquos in vno scrutinio, & reliquos in alio eligi quandoque contingat in Constit. Ordin. pag. 194 n.2.

2. Si ex morte, aut renunciatione, vel ex alio impedimento officium Custodis vacauerit, eligatur alius per Patres Definitorij, & nonnisi per suffragia secreta, iuxta Constitut. Vrbani Octaui; Religiosos viros: sed apud Reformatos, vnà cum Definitorio debent adesse Patres Prouinciæ, prout in eorum Statutis cap.8. num.42. In absentia autem Custodis nulla fiat in Definitorio subrogatio, vel substitutio, sicut pluries declaratum est; Ideò cautè legendus est Turanus, qui ob inaduertentiam, titul. de subrogatione annumerauit Custodem inter Definitores.

3. Custos mox officio functus immediatè eligi in Definitorem non potest sub nullitate electionis, nisi duos integros annos Custodiatus non compleuisset. Poterit tamen eligi in Prouincialem, aut Guardianum. Non autem in Definitorem, nisi triennio integro vacauerit. In Constit. Ordinis pag. 195. n.6.

4. Quoad patentes litteras electionis Custodum, quas deferre tenentur, à Patribus Defini-

finitorij obsignatas, sigilloque maiori Prouinciæ munitas, ac in Capitulo generali Patribus legitimè congregatis exhibendas non inutile duxi illarum exemplar in hoc Theatro pro illorum solatio apponere.

Nos infrascripti Minister Prouincialis, & Definitores Almæ Prouinciæ Romanæ in hoc Sancti Francisci Transtyberim Cōuentu, specialiter ad hunc finem congregati Reuerendissimo Patri Nostro Generali, omnibusque alijs, ad quos spectat Patribus Generalis Capituli notum facimus, & attestamur, quatenus in nuperrimo nostro Prouinciali Capitulo R. P. F. N. de N. huius Prouinciæ Concionator Generalis, &c. per secreta suffragia canonicè electus fuit in Custodem Prouincialem huiusmodi Prouinciæ in omnibus electionibus, & actionibus Generalis Capituli nostrum, & omnium nomine suffragaturus, quem vt talem admitti volumus, & rogamus. Dat. Romæ in præfato Conuentu die, &c.

Fr. N. Definitor affirmo vt supra.

Subscribantur reliqui,

F. N. Minister Prouincialis.

Loco † Sigilli.

Fr. N. Secretarius de mandato, &c.

Reliqua vide in Constit. Ordinis.

Declaratio.

SVMMARIVM.

Super 14. controuersias inter Parochos, & Regulares, num. 1.

Declarationes S. Officij in dubijs suborientibus super Decreto, Licet aliàs sub Alex. VII. n. 2.

De-

Declarationes Concilij Trid. & Sacræ Rit. Congregationis, quando non probent & afficiant? num. 3. &c.

1 Inter varias Declarationes, quæ prodierunt à Sac. Congregatione Concilij Tridentini, illæ super 14. dubia positæ in controuersia contra Regulares ab Archiepiscopo Bononien. faciunt ad rem nostram, videlicet.

Bononien.

2 I Curati della Città, e Diocesi di Bologna supplicano humilmente le Sign. VV. Illustriss. à far loro gratia di determinare se i Frati, che hanno Chiese non curate dentro le loro Parochie, possano fare gl'infrascritti Atti, per prouedere alle controuersie, che nascono spesso trà di loro.

1. Annunciare le feste, e digiuni all'Altare nella celebratione della Messa?

2. Raccogliere l'offerte, e dare la Pace al popolo alla Messa?

3. Portar piuiale, e stola per la Parochia fuori della Chiesa ò Claustro?

4. Quando sono chiamati alla sepoltura di qualche morto, se habbiano d'andare alla casa del morto, ò trasferirsi alla Chiesa Parochiale, doue si raduna il Clero, ò pure aspettare in strada?

5. Celebrare la prima Messa nella loro Chiesa auanti quella del Curato?

6. Publicare frà la Messa gli ordini del Sign. Cardinale Arciuescouo, i matrimonij, & altro, che occorre?

7. Predicare nelle loro Chiese l'Auuento, la

Quaresima, e frà l'anno, quando si predica nella Chiesa Parochiale?

8. Portar fuori delle loro Chiese, ò Claustri piuiale, ò stola, quando fanno le Processioni del loro Ordine, ò del Cordone, ò della Centura, ò del Rosario?

9. Riceuere nelle loro Chiese le donne alla purificatione doppo il parto?

10. Morendo Frati, come auuiene alle volte, & in particolare de Canonici Lateranensi, fuori del Monasterio in casa de loro parenti, & hauendo i Curati amministrato loro i Santissimi Sacramenti, se possano i loro Superiori farli portare di notte alla loro Chiesa, senza dirne cosa alcuna al Curato, e senza darli le ragioni parochiali?

11. Quando muore alcun loro Superiore, ò Maestro, ò Teologo Collegiale in Conuento, se possono farlo portare per la Città, per diuerse Parochie, e per la piazza con musiche, e riti straordinarij, e metterli anche il piuiale senza interuento del Curato?

12. Essendo publicato vn'ordine generale del Signor Cardinale Arciuescouo, che niuno lasci celebrar Messa à Preti forastieri, senza prima vedere, che n'habbiano hauuta licenza da Sua Sig. Illustrissima, ò dal suo Vicario Generale, se i Frati siano tenuti osseruarlo?

13. Se possano raccorre grano, vua, legne, e simili altre cose, prima che il Curato habbia raccolto le sue primitie?

14. Se possano benedire le case nella Diocese la Settimana santa, essendo questo officio del Curato, come si legge nel Rituale Romano.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum ad singula Capita superius proposita hunc in modum respondit, videlicet.

AD 1. Regulares non prohiberi dies festos, & ieiunia in suis Ecclesijs annunciare.

Ad 2. Respondit posse, dummodò à præambulationibus per Ecclesiam, ac similibus eleemosynarum extorsionibus abstineant.

Ad 3 Non posse.

Ad 4. Debere ad Parochialem Ecclesiam accedere, vbi Clerus congregati consueuit.

Ad 5. Prohiberi non posse, quominùs Missa in Ecclesia Regularium celebretur ante Missam Parochialis Ecclesiæ.

Ad 6. Non posse publicare matrimonia.

Ad 7. Posse, petita etiam benedictione ab Illustrissimo Archiepiscopo.

Ad 8. Non licere Regularibus huiusmodi Processiones facere extra Ecclesias, & ambitum illarum.

Ad 9. Regulares non prohiberi in eorum Ecclesijs mulieres post partum ad purificationem admittere.

Ad 10. Regulares extra Claustra decedentes, posse ad eorum Ecclesias deferri, etiam Parochis inconsultis.

Ad 11. Non posse.

Ad 12. Non licere Regularibus in suis Ecclesijs, ad celebrandum admittere Presbyteros sæculares, contra prohibitionem Illustrissimi Archiepiscopi.

Ad 13. Non esse id prohibitum Regularibus.

Ad 14. Non posse.

Romæ die 2. Iulij 1621.

Hor. Card. Lancellottus.

Loco † Sigilli.

In Reg. Congreg. Concilij Trid. fol 155.

Declarationes, seu responsiones Congregationis Sancti Officij in dubijs suborientibus super Decreto, Licet alias, sub Alexand. VII.

Feria 4. die 28. Februarij 1663.

2 IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Conuentu Sanctæ Mariæ super Mineruam, coram Eminentissimis, & Reuerendissimis Dominis S.R.E. Cardinalibus, in tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem, Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Ad dubia infrascripta per Prouincialem Ordinis de Obseruantia Reformatorum Prouinciæ Sancti Nicolai, Reuerendissimi, & Eminentissimi Cardinales Inquisitores Generales mandarunt responderi, vt infra.

Primò. An dubijs suborientibus casibus, qui sapiant, necne hæresim, & successiuè includantur sub obligatione denunciandi, ad formam præfatæ Constitutionis, & alterius Pauli Quinti liceat Religiosis, nulla à suis Superioribus, petita venia, propria egredi Monasteria, capta ansa super eis consulendi Sacræ Inquisitionis Ministros?

Ad primum negatiuè.

Secundò. Cui nam Inquisitori, siue Ordi-

rio (in casu exigentiæ) facienda sit denunciatio ? An v.g. alicui ex circumadiacentibus, ad electionem denunciantis, vel potiùs illi solum priuatiuè quoad alios, sub cuius iurisdictione situm est Monasterium Religiosi, vti de hæresi suspecti denunciandi.

Ad secundum. Denunciationem fieri Inquisitori, vel Ordinario loci, vbi ipse denunciaturus degit, si tamen is habet iurisdictionem S.Officij, sin minus, viciniori.

Tertiò, Vtrùm denunciator semel ab vno Inquisitore, veluti calumniosus, aut de impertinenti reiectus, à Superioribus nulla impartita venia possit, vel teneatur eumdem casum ad alios proferre S.Officij Ministros?

Ad tertium non teneri, sed quiescat.

Quartò. An Religiosus in casu denunciandi, teneatur recta via petere Inquisitorem, denunciatione peracta, itidem recto tramite debeat redire ad Monasterium ex quo egressus fuit, adeò vt vagè huc, illucque ititans plusquam necessariò ad tale quid implendum, terens tempus, & extra proprium Monasterium, absque necessitate noctes, diesque ducens, sui Superioris salutari subiaceat correctioni.

Ad quartum. Denunciatorem teneri recto ire, & redire, quod si priuilegio abutatur, vagando extra casum necessitatis. Superior (consulto prius Inquisitore, vel Ordinario) possit illum corrigere iuxtà Constitutiones sui Ordinis.

Quintò. Vtrùm illi Religioso, qui nullà impetrata venia, causa denunciandi exiuit Monasterium, hac capta occasione, liceat extranea, & ad denunciationem penitus impertinentia peragere negotia, res pertractare, & extra cœnobium, absq; venia, vagè morã habere, & an

tali casu, liceat Superiori eum salubriter in Domino corripere?

Ad quintum, vt in præcedenti quarto.

Sextò. Qui semel, vel iterum validè quemquam denunciauit, An pro suis criminibus culpis commissis, vel alijs quibuscumque contra Regulas Ordinis patratis, valeat à suis Superioribus puniri, & iuxtà Religionis Constitutiones pœnis affici, deque Conuentu ad Conuentum pro eorum arbitratu; & prout in Domino salubriùs conducere videbitur transferre?

Ad sextum. Non remoueant denunciantes de locis, vbi degunt, inconsulta Sacra Congreg. In reliquis autem quæsitis, & casibus obseruentur Regulæ Iuris. In Regesto fol.75.

3. Declarationes Concilij Tridentini non probant in foro contentioso, nisi afferantur authenticę, cum sigillo, & subscriptionibus Officialium eiusdem Congregationes. In Regesto huius Congreg.fol.124.

4. Declaratio quod nulla fides adhibeatur Decretis Sac. Rituum Congregationis, nisi illis, quæ in authentica forma sunt subscripta, & sigillata. In Regest.huius Congreg fol.78.

Decreta.

SVMMARIVM.

Regulares tenentur obseruare Decreta pro reformatione Regularium Clementis Octaui.n.1.

Superiores Religionum tenentur curare, vt temporibus statutis publicè legantur infrascripta Decreta, num.2.

Re-

Demum legitur decretum super erectione studiorum linguarum, n. 3.

1 TEnentur Mendicantes obseruare Decreta generalia pro Reformatione Regulariũ Clemen. VIII. Innouata ab Vrbano Octauo in decretis de Eiectis, & Apostatis. Decreta verò eiusdem Clementis VIII. pro Institutione Nouitiorum, non obligant ad mortale, nisi in materia graui. Lezan. tom. 1. c. 24. n. 43.

2 Superiores Religionum sub pœnæ priuationis officij, vocisq, actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, teneantur curare, vt infrascripta Decreta publicè legantur, temporibus statutis in ipsis Decretis, videlicet.

Mense Ianuario.

LEguntur Constitutiones Clementis, & Vrbani Octaui de Largitione munerum.

Feria 6. post Octauam Corporis Christi, & fer. 2. post Primam Dominicam Aduentus, quotanis.

LEgũtur Decreta de Celebratione Missarum, De Regularibus Eiectis, & Apostatis. De Regularium Reformatione. De receptione, professione, & institutione Nouitiorum.

Feria 6. post Octauam Assumptionis, & Kalendis Martij quotanis.

LEguntur Decreta ad Sanctum Officium pertinentia.

In quolibet Generali, vel Prouinciali Capitulo, Capitulari Dieta, seu Congregatione.

LEgitur Decretum Sancti Officij, Sanctiss. D. Noster, &c. sub Vrbano VIII. de Obseruantia Decretorum ad Sanctum Officium pertinentium.

Item legitur Decretum. Cum non sine graui animi molestia, &c. cuius loco, ex Indulto facto à Congregatione Sancti Officij 1647. legebatur Decretum Cœli, & Terræ Creator, &c. sed anno 1657. ob inobseruantiam præfati Decreti. Cum non sine, &c. fuit denuò innouatum, & publicatum contra eosdem Fratres de Familia, & Reformatos, dantes operam rebus illicitis, & amplius non legitur dictum Sixti V. Decretum Cæli, & Terræ.

Et quotannis dictum Decretum; Cum non sine, &c. legi debet in Visitatione Ministri Prouincialis, ac bis in anno quando leguntur Decreta ad Sanctum Officium spectantia, mensibus Martij, & Augusti, prout supra v. Congreg. Sancti Officij, fol. 190.

Circa prorogationem legendi præfata Decreta respectiuè. Vide v. Congreg. S Officij, nu. 4. & Congr. Regul. n. 3.

3 Demum legitur Decretum, super erectione studiorum linguarum Sac. Congregationis de Propaganda Fide, quod quamuis non videatur amplius legendum, cum iam prouisum fuerit de huiusmodi studijs, nihilominus cum sit obligatorium, & non sit impressum in libello Decretorum, data opera apposui sub hoc tit. pro commoditate eligentium, videlicet.

Decretum super erectione studiorum.

QVoniam à Concilij Viennensis (quod habetur Clementina prima de magistris) celebratione, vsque ad præsens experientia comprobauit Regulares, etiam si multoties fuerint commoniti, linguarum studia, aut non instituisse, sicut illi præceptum fuerat, aut instituta deseruisse, & nouissimè hoc idem compertum est, ex ijs, quæ post Constit. fel. rec. Pauli Papę V. & Sacræ Congregationis de Propaganda fide decreta contingere.

Eadem Sacra Congreg. dolens, opus ad animarum salutem necessarium, tam facilè negligi ab ijs, qui ad illam procurandam præcipuè à Sanctis Regularium Ordinum Fundatoribus à primæua eorum institutione mancipati sunt; Cupiensq; Concilium, Constitut. & Decreta præfata omninò executioni demandari, vt Euangelicos operarios linguis instructos habeat, quos cum necesse fuerit, ad messem Domini amplissimam Dei verbum sitientem mittere possit. Præsenti Decreto de speciali S.D.N. Vrbani Octaui mandato, iterum Regularium, & cuiusuis Instituti, Societatum, & Congregationum Generalibus alijsque eorum Superioribus præcipit, vt linguarum videlicet Hebraicæ, Græcæ literalis, & communis, Latinæque ac Arabicæ, Chaldaicæ, & Illyricæ studia, iuxtà Concilij constitutiones, & Decretorum præfatorum præscriptum, omninò instituant, institutaque conseruent, & vbi fieri potest, ampliora afficiant alioquin si post trium mensium spatium in Italia: vel post sex menses in alijs Europæ Prouincijs, in Monasterijs, & conuentibus Almæ Vrbis, & earum Ciuitatum, quibus celebriora Gymnasia, seu Vniuersitates

constituta sunt, vt Bononiæ, Patauij, Parisijs, Tolosæ, Valentiæ, Viennæ, Ingolstadij, Salamanchæ, & Compluti; & denique in ijs, in quibus generalia, & insigniora Regularium studia erecta sunt, mandatum hoc non impleuerint, in eiusque obseruatione non perseuerauerint, si Generales fuerint, eo ipso suspensionem à Diuinis, Sedis Apostolicæ reseruatam, incurrant; Etsi per tantumdem temporis ab exequendo hoc mandato destiterint, ipso iure, & facto, etiam ab officio priuati existant, & interim officium ipsum à Procuratoribus Generalibus, ad Summi Põtificis, ac eiusdẽ Sedis Apostolicæ beneplacitum administretur.

Si verò Generalibus inferiores Prælati in exequendo hoc mandato negligentes, vt supra fuerint; primò suspensionem à Diuinis, vt præfertur, reseruatam, deinde pœnam inhabilitatis ad maiores Religionis gradus, & dignitates eo ipso incurrant, à qua inhabilitate nonnisi per Sedem Apostolicam absolui possint.

Verùm quia non satis est Superiores Regularium suum in hac re præstare officiũ, si qui linguis studere debent, opus hoc verè pium detrectent, & negligent; Eadem Sac. Congreg. de eiusdem Sanctissimi speciali mandato præcipit, ne elapso biennio, de quo infra, Regulares ad Magisteria, vel alios gradus suarum Religionum, seu vbi non sunt Magisteria, & gradus ad Dignitates à Superioribus eorum admittantur, nisi cum Theologiæ per biennium, & vni saltem ex præfatis linguis operam dederint, eamque sufficienter calluerint, super qua à persona per Congregationem deputanda examinari debeât, priusquam ad ea, eos, easue assumantur. Quod si contra præsentis Decreti dispositionem ad magisteria, seu gradus, & dignitates præfatas admissi fuerint,

Ma-

Magisteriorum, seu graduum, vel dignitatum præfatarum collatio nulla sit, & Superiores, qui transgressi fuerint, passiua voce sint perpetuò priuati.

Quoniam autem multi præmio magis ad virtutes incitantur, quàm pœnis, eadem Sacra Congregatio mandauit eos, quos præter Theologiam, vni etiam ex dictis linguis, per biennium operam dedisse, sufficienterque callere experimento, vt supra facto, constiterit, ad Magisteria, seu alios grados suarum Religionum, ad quamlibet ipsorum petitionem, statim, nisi aliud obstet, promoueri, & in electionibus ab officia, & dignitates Regulares, cęteris paribus iuxtà dictam Pauli V. Constitutionem, alijs omninò pręferri debeāt, alioquin electio aliter facta irritetur. Cæterum ne Decretum hoc vetustas vnquam infringat, aut obliuio aboleat, eiusq; ignorantiam quisquam prętendere possit. Eadem Sac. Congreg. de eiusdem Sanctissimi similiter mandato, pręcipit, vt in singulis capitulis Generalibus, & Prouincialibus, quę imposterum conuocabuntur, illud semper legatur, & super eius obseruatione à Generalibus, & Prouincialibus ante soluta Capitula, iuretur, sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, si alterutrum horum omittatur, ipso facto incurrenda, non obstantibus quibuscumq; Romæ 16. Octobris anno 1623. ex Peyrin. to. 2. fol. 319. & in Regest. Congreg. de Propag. fide fol. 7.

Definitor Generalis.

SVMMARIVM.

Definitorum Generalium qualitates, & c. n. 1.

De-

eos eligendorum, num. 4.

Tenetur subscribere sententia maioris partis Definitorij, n. 5.

Expleto officio, concurrere potest ad Custodiatum, & Prouincialatum, n. 6.

Si Definitor potest electionibus conuenire, & tamen recusat, non est facienda subrogatio, n. 7.

Imò renuens ingredi Definitorium est priuandus officio, n. 8.

Si fuerit malè electus non est subrogandus alter, num. 9.

Duo esse non possint ex eadem cognatione, n. 10.

Superior Generalis non potest dispensare in requisitis ad Definitorem, n. 11.

1 AD Definitoriatus officium pomoueri nemo possit, nisi trigesimum annum ætatis (inter Reformatos verò 35. cap. 8. n. 40.) & decimum quintum Religionis excesserit; & in Prædicationis, aut lecturæ munere per annos saltem quatuor laudabiliter versatus, aut Nouitiorum Magister, aut à Secretis Ministri Prouincialis, vel Guardianus triennio laudabiliter extiterit, & morum grauitate, vitæque integritate ornatus sit, aliter electiones nullæ sint. In constit. Ordin. cap.8.pag.199. n. 12.

2 Definitores tantùm quatuor, in quolibet capitulo Prouinciali eligi possunt, qui cum Ministro, Custode, & Patribus quibus de iure competit, ad Guardianorum electionem, & aliorum Officialium institutionem in Capitulo vocari debent. Ibid.pag. 197. n. 1.

3 Si verò eorumdem Definitorum aliquis legitimè non impeditus, non conuenire renuit, officio priuetur. Ibidem n. 21. Præmitti debet trina monitio.

4 Te-

4 Tenetur detegere Præsidi, seu Generali defectus publicos eorum, qui ad dignitates, & Officia Ordinis proponuntur, ne admittantur indigni; imò etiam defectus occultos, non emendatos. Lezana tom.2.cap.13. n. 21.

5 Licèt non teneatur subscribere, nisi propriæ sententiæ; quando tamen maior pars Definitorum aliquid decreuit, post & ipse, imò debet subscribere, etiam inter Reformatos. In Constit. Ord.cap.8.pag.190. n. 10.

6 Definitor in Capitulo, quo explet definitoriatum, eligi potest in Custodem, absque vlla vacatione, aut in Prouincialem Ministrum, aut Guardianum, quia nulla adest prohibitio, Tolet. 1952.

7 Definitor præsens, & nolens conuenire in Definitorio, sub aliquo prætextu, tunc non debet fieri subrogatio alterius Patris, ex declaratione Sacræ Congregationis, prout sequitur; Imò deuenire ad priuationem, vt supra n.3.

Mediolanen.

Eminentissimi, & Reuerendissimi Signori.

IL Ministro Prouinciale de' Minori Osseruanti Riformati di Milano, desiderando, che l'elettioni de' Superiori nella sua Religione, si facciano sempre in conformità delle proprie Constitutioni, e Decreti di questa Sacra Congregatione supplica humilmente l'EE. VV. à degnarsi dichiarare, se ne' casi, che alcuni Definitori presenti, ancorche intimati à concorrere all'elettioni, ricusino d'interuenirui, si debbano all' hora, in lor vece instituire degli altri Padri della Prouincia, conforme le constitutioni Rifor-

mate

mate ordinano, (cap. 8. n. 51.) che si faccia quando manca alcun de' Definitori, che non si possa hauere per lo spatio di trè giorni.

Che il tutto &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præposita, audito Commissario Generali Ordinis, & referente Eminentissimo Franciotto censuit, casum propositum non comprehendi sub dispositione cap. 8. num. 51. Constitutionum, quoad prætensam subrogationem. Romæ 6. Augusti 1655.

M. Cardinalis Ginettus.

Loco † Sigilli.

H. Archiep. Patrac. Secr.

8. Renouatur statutum, quòd si Definitor non legitimè impeditus, & vocatus renuerit ingredi Definitorium, suo priuatur officio. Rom. 1664.

9. Si contingat, quòd post Capitulum Prouinciale recognoscatur aliquem Definitorem fuisse nulliter, vel inualidè electum, deponatur ab officio, & declarat Capitulum Generale, quòd in tali casu non fiat subrogatio, sed noua electio Definitoris per Definitorium Prouinciale. Rom. 1664.

10. Ex eadem autem cognatione Definitores duos esse non possint, nisi, & probitate vitę, & doctrinæ præstantia ita excellant, vt meritò cum eis Generalis iudicio dispensandum esse videatur. Vallisolet. 1593. Duo fratres germani in Prouincialatu immediatè sibi succedere, aut simul in Definitores duo ex eadem agnatione eligi minimè possint, vt aliàs statutum est. Rom. 1639. Et eò minùs poterit ex eadem cognatione eligi Prouincialis, & Definitor, vel Custos, & Definitor: Hæc autem prohibitio post

quartum gradum durare non debet, posset tamen arctiùs limitari; Nomine autem cognationis hìc non veniunt tantùm illi, qui per fœminas coniunguntur, sed etiam qui per masculos, sic etiam includuntur ascendentes, & descendentes in recta, & transuersali linea, vt Pater, Filius, Nepos &c. Frater, auunculus, consobrinus &c. non autem affines. Sanct. in Comm. statut. c. 8. statut. 37. q. 8.

An decedente vno ex quatuor Definitoribus, possit subrogari aliquis Pater cui competit de iure, quamuis sit ex eadem cognatione vnius ex tribus Definitoribus. Respon. quòd quamuis subrogatio non sit electio, nihilominùs quia finis legis est amputare perpetuitatem officiorum a Fratribus eiusdem cognationis, in hoc casu consulendum erit Superiori Generali, cui præfatum statutum Vallisolet. committit ius dispensandi, vel includendi, aut excludendi, aliter inconsulto Superiore Generali, non debet admitti huiusmodi subrogatio. An verò interesse possint simul Diffinitorijs? Sac. Congreg. Episcoporum, & Regul. Declarauit non posse. prout Ver. Definitorium. Si ergo duo ex eadem cognatione non possunt ingredi simul Definitoria, cupio scire ad quid inseruiet huiusmodi subrogatio.

4. Sed oritur alia difficultas, An Superior Generalis de Obseruantia possit dispensare super ætate, & alijs requisitis in Definitorem? Resp. quòd quamuis videatur habere hanc facultatem, & pluries dispensauerit, cùm statutum non habeat clausulam irritantem, nihilominùs Sacra Congregatio declarauit non posse, prout in sequentibus.

Eminentiss. & Reuerendiss. DD.

FRater Paulus à Mercato Ordinis Minorum Strictioris Obseruantiæ Prouinciæ Reformatæ Sancti Angeli, alias suæ Prouintiæ Definitor electus fuit; ac in Const. Generalibus Ordinis cauetur, ne quis ad Definitoratus Munus assumatur, nisi lector, aut concionator, aut saltem bis Guardianatus officio functus sit, secus electiones sint nullæ, & inualidæ. Orator verò, nec lector, nec concionator existit, & semel tantum Guardianatus officium exercuit. Et licet Superior Generalis, qui Capitulo præerat dispensando permisit, vt dictus Orator Definitor eligeretur, etiamsi prædictæ conditiones illi deerant; Modò controuertitur, an dicta dispensatio valida fuerit? Ideò Orator pro suæ conscientiæ quiete, & ne ab aliquo molestetur, ad EE. VV. recurrit, humiliter supplicando, vt si in dicta electione aliquis defectus ob præmissa interfuit, dignentur dispensare, & redintegrare.

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium, negotij, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Commissario Generali, ac visis constitutionibus Ordinis, reque maturè perpensa censuit electionem fratris Pauli à Mercator in Definitorem Prouinciæ Sancti Angeli, ex defectu conditionum ab ijsdem requisitarum fuisse, & esse nullam, nec per Vicarium Generalem potuisse in his dispensari, ac pronde in eius locum, alium ad præscriptum earumdem Constitutionum esse subrogandum, prout præsenti Decreto, subrogari mandat; supradictorum executionem eidem Commissario Generali iniungit. Contrarijs

non

non obstantibus. Dat. Romæ hac die 14. Iunij 1652.

M. Cardinalis Ginettus.

Loco † Sigilli.

M. Albericius Secretarius.

In Regesto Curiæ pag. 317. 318.

Hoc denuò decisum fuit ab eadem Sac. Congregatione die 3. men. Octobris eiusdem anni 1652. in electione Custodis, & vnius Definitoris Prouinciæ Reformatæ Romanæ, ob defectum ætatis præscriptę in Constitutionibus Ordinis, & Reformatorum, & sic obseruandum est.

Reliqua vide v. Subrogatio quoad Definitores Prouinciales.

Definitorium.

SVMMARIVM.

Duo ex cognatione Definitorij simul interesse non possint. num. 1.

1 IN Constitutionibus Generalibus Ordinis, tit. de Definitoribus c. 8. pag. 199. num. 15. prouisum fuit, quòd duo ex eadem cognatione Definitorijs simul interesse non possint, quam determinationem cùm controuerteretur inter aliquos fratres, Sacra Congr. prouidit, prout sequitur, videlicet.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Attentis narratis, atque auditis partibus, Eminentissimo Vidone referente, re maturè considerata, censuit, & decreuit non licuisse, nec licere, sub quocum-

que

que titulo, prætextu, seu colore duos fratres germanos in Definitorium ingredi, & si modò in aliquibus Prouincijs ingrediuntur, vnum omninò excludi mandauit: Defectus verò si qui forsan, ob talem ingressum, vsque modò, intercesserint, suppleuit, prout præsentium vigore decernit, mandat, & respectiuè supplet: Contrarijs quibuscumque non obstantibus. Romæ 20. Ianuarij 1662.

M. Card. Ginettus.

Loco † sigilli.

Æmil. Episc. Camerinen. Secretar.

In Regest. fol. 356.

Discreti.

SVMMARIVM.

Discreti perpetui Ordinis sunt Generales, & Commissarij Generales, & quarum. n. 1.

Vocales, seu Discreti à Conuentibus mittendi ad Capitula Prouincialia non sunt ampliùs eligendi; adest Decretum, & Breue Apostolicum. num. 2.

1 DIscreti perpetui Ordinis sunt Generales, & Commissarij Generalis officio functi, quæ præeminentia non est ambitionis fomentum, sed habitæ dignitatis insigne, quod licet ab omnibus alijs Prælatis ablatum sit per Clementem Octauum, Gregorium XV. & Vrbanum Octauum, Generalibus tamen, & Commissarijs Generalibus remansit intactum, ipsa ratione dictante, vt publicis negotijs peritiores assistant. Sanctor. in Comm. Const. Ord. pag. 514.

2. An

2. An in Familia Cismontana sint iterùm eligendi Vocales, seu Discreti à Conuentibus mittendi ad Capitula Prouincialia.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit in Prouincijs Cismontanis, tam Obseruantiæ, quàm Reformatorum, non esse locum præfatæ Discretorum electioni, ac proindè imponendum esse perpetuum silentium, facto verbo cum Sanctissimo. Romæ die 23. Octobris 1657. In Reg. huius Congreg. fol. 326. Hoc idem firmauit per Breue Apostolicum Alexander VII. prout sequitur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futurum rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus Nobis Diuinitus cõmissi ratio postulat, vt ea per quæ controuersiæ inter Religiosos viros, qui contemptis seculi illecebris vota sua sub arctioris vitæ regulæ Altissimo reddere iugiter satagunt, exortæ perpetuò sopiantur, peculiari paternæ charitatis nostræ studio intendamus.

Itaque de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum concilio, visis per eosdem Cardinales supplicibus literis porrectis nomine plurimorum Fratrum Minorum tum de Obseruantia, tum Reformatorum nuncupat. Cismontanæ Familiæ Ordinis Sancti Francisci instantium pro restitutione assertæ consuetudinis eligendi Vocales, seu Discre-

tos

tos à Conuentibus mittendos ad capitula Prouincialia, auditiſque ſæpiùs in particulari dictorum Cardinalium Congregatione dilectis filijs Fratribus Commiſsarijs, Generali, & Curiæ, necnon Procuratore Generali Reformatorum Ordinis prædicti, partibuſque hinc inde, tam verbo, quàm ſcripto informantibus, cum omnibus pro vtraque earum parte deductis, ac poſtmodum toto negotio in plena prædictorum Cardinalium congregatione (dilecto filio noſtro Ioanne Baptiſta tit. S. Petri in vincula eiuſdem S.R.E.Presbytero Cardinale Pallotto nuncupato referente) diligenter, & maturè diſcuſso: in Prouincijs Ciſmontanis, tam Obſeruantiæ, quàm Reformatorum dicti Ordinis non eſse locum pręfate Diſcre. torum electioni, auctoritate Apoſtolicà tenore præſentium: ac proinde perpetuum deſuper ſilentium imponimus, ſalua tamen ſemper in præmiſſis auctoritate congregationis memoratorum Cardinalium.

Decernentes pariter eaſdem præſentes litteras validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ob omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritũ, & inanę, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. Decreto fel. rec. Innocentij Papæ X. prædeceſsoris noſtri, & eius conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus etiam; vt præſentium traſumptis, & manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis eadem prorſus

ius fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberentur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 27. Iulij 1658. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

G. Gualterius.

In Regest. fol. 329. & Constit. Generalibus Ord. pag. 372.

Donatio.

SVMMARIVM.

Donatio facta intuitu ingressus Religionis declaratur valida. n. 1.

1 DVbium illud. An scilicet renunciatio, seu Donatio bonorum facta ab existente adhuc in sæculo, prætextu, & intuitu ingressus Religionis, stante dispositione Conc. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 16. valida sit, necne?

Illustrissimi Cardinales Concilij Interpretes definierunt in hunc modum videlicet.

Sacra Congregat. censuit Decretum Concilij Trident. cap. 16. sess. 25. de Regularibus, & Monialibus, non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus.

H. Card. Matth.

In Summa Bullarij Quarant. fol. 330. & in Regesto Congreg. Conc. Tridentini fol. 176.

Eie-

Eiectus.

SVMMARIVM.

Incorrigibiles quomodo probandi, antequam eijciantur à Religione. n. 1.
Solus Generalis de consilio sex Patrum eijcere potest incorrigibiles. n. 2.
Sacra Congregatio declarat præfatos Patres eligi posse in vnaquaque Prouincia, n. 3.
Sacra Congregatio extendit facultatem eijciendi incorrigibiles, (seruatis seruandis) Commissarijs Prouinciarum Orientalium, & Occidentalium. n. 4.
Dubia, & responsiones Sacræ Congregationis Concilij ad eiectos, & incorrigibiles pertinentia. n. 5.

1 A Religione nullus eijci potest, nisi sit incorrigibilis, & per annum in carceribus probatus in ieiunio, & pœnitentia. Sac. Congreg. Concilij Tridentini die 21. Septembris 1624. de mandato Vrbano VIII. prout in libello Decretorum.

2. Eijci non potest incorrigibilis à Religione nisi à Generali, de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus, & tunc nonnisi instructo processu, & plenè probatis caussis expulsionis. Pro cuius intelligentia.

3. Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Interp. Sanctissimo D. N. approbante, declarauit sex Patres in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus eligendos, de quorum

L con-

consilio, & assensu, Generalis potest Regulares incorrigibiles à Religione eijcere, in vnaquaque Prouincia eligi posse, eosdemque sic electos, si Generalis tam longè abfuerit, vt vnà cum eis conuenire non possit, debere ad eumdem transmittere summarium Processus, vnà cum eorum voto, & iuxtà illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere; Intereà tamen vsque ad primum generale Capitulum, vel Congreg. proximè celebrandam, Sua Sanctitas annuit, vt eiectio; seruata in reliquis forma Decreti hac de re editi, fieri possit à Generali, & idem cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Prouincia, infrà quatuor menses elegerit. Nona Augusti 1625.

S. Card. S. Susanna.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secretarius.

In Regesto huius Congregationis fol. 187.

4. Hanc facultatem eijciendi incorrigibiles extendit Sac. Congreg. Commissarijs Prouinciarum Orientalium, Occidentalium, ac Insularum (seruatis seruandis) prout sequitur.

Eminentissimi Patres.

CVm circa Decreta de Eiectis, & Apostatis, sit iam per hanc Sac. Congr. concessum Ministro Generali Ordinis S. Francisci de Obseruantia, vt in vnaquaque Prouincia suæ iurisdictionis possit eligere sex Patres ex grauioribus, infrà quatuor menses, quorum assensu, possit eijcere à Religione incorrigibiles. Et cùm dicta Religio sit ita dilatata, vt nunquam possit præsentia-

tialiter adire quamplures Prouincias, præsertim Orientalium, Occidentalium, ac Insularum, necnon Germaniæ, & Flandriæ, ad quas ex Decreto prædictæ Religionis, & consuetudine, destinantur Generales, & particulares Commissarij, seu Visitatores cum plenitudine potestatis: Supplicat prædictus Minister Generalis, vt dignentur Dominationes VV. Eminentissimæ prædictam facultatem sibi concessam extendere ad Commissarios, & Visitatores prædictos per præfatum Ministrum Generalem electos, seu eligendos, quod habebitur pro summa gratia.

Sac. Congr. Card. Concil. Tridentini Interpretum censuit indulgendum esse Generalibus Commissarijs, & Visitatoribus ad suprascriptas Prouincias ablegatis, vt Regulares Incorrigibiles eijcere possint, vna cum sex Patribus grauioribus pro vnaquaque Prouincia eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus. Atque intereà, vsque ad primum generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam, annuendum esse, vt eiectio, seruata in reliquis forma Decreti, hac de re editi, fieri possit à Commissarijs, & Visitatoribus antedictis, vnà cum consilio, & assensu sex Patrum, quos ipsimet Commissarij, & Visitatores in qualibet Prouincia elegerint: Idque agendum cum Sanctissimo Domino Nostro, qui die 17. eiusdem mensis Augusti 1625. benignè annuit.

Cons. Card. de Torres.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Concilij Secret.

5. Pro complemento huius tituli referam Responsiones S.Congr.Conc. Trid. ad dubia proposita pro incorrigibilibus, & eiectis, videlicet.

Procurator Generalis Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum; mediante intercessione Eminentissimi de Lugo Card. Protectoris, Supplicat pro sua (vt inquit) & aliorum Superiorum Regularium intercessione, per hanc Sacram Congregationem responderi ad infrà quæsita super Decreto de Apostatis, & Eiectis iussu Summi Pontificis, ex sententia eiusdem Sac. Congreg. edito anno 1624.

1. An Regularis constitutus in carceribus, spatio vnius anni in ieiunio, & pœnitentia, ad finem, vt tamquam incorrigibilis à Religione eijciatur, si è carceribus fugiat, dicto carcerationis anno nondum expleto, & deinde sit captus, possit tunc vti incorrigibilis eijci, An verò quid aliud faciendum sit?

2. An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diuersis temporibus cõmissis in carceribus detentus, possit vno incarcerationis anno (vt supra interpolato expleto) tanquam incorrigibilis à Religione eijci, si post dictum annum carcerationis interpolatum, animo indurato, in sua pertinacia perseuerans, iterum delinquat?

3. An Generalis Ordinis possit delegare facultatem eijciendi à Religione Prouincialibus, seu Commissarijs, vel Vicarijs Generalibus: & an delegatio sit à Generali facienda, an quolibet casu, an verò indefinitè in omnibus casibus?

4. An sex Patres, de quorum consilio, & assensu eiectio fieri debet, sint eligendi de tota Religione, an potiùs sufficiat ex qualibet Prouinciæ, seu Regno?

5. Quòd si à Religione huiusmodi sex Patres non fuerint electi in Capitulo, seu Congregatione Generali, quid faciendum sit vsque

ad

ad primum Capitulum Generale?

6. An sufficiat, vt Prælatus Conuentualis, seu Prouincialis conficiat Processum (stylo Religionis seruato) & illius summarium transmittat Generali Ordinis, seu illius delegato, qui adhibitis sex Patribus electis, quilibet illorum videat eumdem Processum, vt transmittat votum suum per literas eidem Generali, seu Delegato?

7. An Generalis, seu Delegatus possit ferre sententiam eiectionis à Religione, quando à tribus ex sex Patribus electis, seu ab illorum maiori parte, dicta sententia approbetur; An potiùs sit necessarium, vt omnes sex dent votum, itaut ex defectu voti, etiam vnius non possit sententia validè ferri?

Die 21. *Iunij* 1653.

SAcra Congreg. Eminentiss. Cardinalium Concilij Trident. Interpretum omnibus maturè perpensis.

Ad primum Respondit, Regulares delinquentes, vti incorrigibiles eijci non posse à Religione, anno carcerationis nondum completo.

Ad 2. Non sufficere annum carcerationis interpolate expletum, sed requiri spatium vnius anni continuum, & integrum.

Ad 3. Generalem Ordinis non posse delegare facultatem eijciendi à Religione Prouincialibus pro eorum Prouincijs, seu Commissarijs, vel Vicarijs Generalibus.

Ad 4. Inhærendo declarationi aliàs factæ die 5. Augusti 1625. à san. mem. Vrbano VIII. approbatæ respondit sex Patres eligi posse in vnaquaque Prouincia, seu Regno.

Ad 5. Respondit recurrendum esse ad Sacram Congregationem in singulis casibus.

Ad 6. Processus esse conficiendos iuxtà stylum, & Constitutiones Religionis, & illorum transumptum authenticum esse transmittendum ad singulos sex Patres electos, qui per litteras possint votum dare.

Ad 7. Sententiam eiectionis à Religione fieri debere saltem de voto maioris partis sex Patrum electorum.

Petrus Aloysius Card. Carafa Praef.

Franciscus Paulutius S.Congr.Concil. Secretarius.

In Regesto huius Congregationis fol. 189.

Electio.

SVMMARIVM.

In electionibus quaenam Constitutiones legendae sunt. n. 1.

Quaenam electiones fieri debeant per suffragia secreta, & ballottationes. n. 2.

Electiones Officialium Ordinis quomodo dicantur canonicae, n. 3.

Electio per schedulas secretas fiat, n. 4.

Et si in primo scrutinio non sequatur, iterentur scrutinia donec fiat electio. ibidem.

Differentia inter electiones Officialium Ordinis. num. 5.

In paritate votorum, Minister Prouincialis deficiente Praeside, habet votum decisiuum. n. 6.

Nomina eligentium nunquam publicari debent. num. 7.

Manifestans publicè votum suum, permittente Capitulo, reddit electionem inualidam, n. 8.

Duo Disquisitores debent scribere schedulas Vocalium

calium infirmorum, & nescientium scribere, num. 9.

Quòd in Prouincia Strictioris Obseru. Mediolanen. omninò tollantur diuisiones, & conuentiones partium, ad hoc vt electiones fiant ad præscriptum Constitutionum. n. 10.

1 IN electionibus, ante omnia legendæ sunt Constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Clem. VIII. in Decretis pro Reformatione Regularium n. 35. & 36. Item Decretum Sacræ, & Vniuersalis Inquisitionis de mandato Vrbani Octaui, incip. Sanctissimus, prout in libello Decretorum. Item Decretum super electione studiorum linguarum S. Congregationis de Propaganda Fide, positum V. Decreta, n. 3. Demum Decretum. Cum non sine graui animi molestia, &c. V. Congreg. S. Officij, n. 3.

2. De cætero, omnes, & singulæ electiones Prominiſtrorum, Custodum, & Guardianorum nostri Ordinis per suffragia secreta, & ballottationes fieri debent iuxtà Breue Vrbani Octaui, videlicet.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

RElígiosos viros, qui abnegantes semetipsos, vt facerent voluntatem Domini, suam fregerunt, sicuti peculiaribus huius Sanctæ Sedis fauoribus, & gratijs dignos existimamus, ita ad circumspectam illius prouidentiam pertinere dignoscimus, ea sedulò statuere, atque ordinare, quibus Religiosi ipsi, qui in ea quàm singulari di-

ri diuinæ benedictionis præsidio ingressi sunt, via dignè ambulantes, amplioribus in dies coram oculis Domini proficiant incrementis.

Hinc est, quod Nos, dilectorum filiorum Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum pro paterno, quos eos prosequimur charitatis affectu, statui, & fælici gubernio consulere, eisque specialem gratiam facere volentes, supplicationibus dilecti filij Fabij Papazzoni Commissarij Generalis Curiæ eiusdem Ordinis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vt de cætero omnes, & singulæ electiones, tam Ministrorum Prouincialium, & Custodum, quàm Guardianorum dicti Ordinis per suffragia secreta, & ballottationes fiant, & in paritate suffragiorum, Præsidens electionibus huiusmodi, votum, siue suffragium decisiuum habeat.

Præterea, vt postquam Statuta generalia dicti Ordinis in vnum volumen compilata, & Typis edita, & reuisa, & approbata per Sedem Apostolicam fuerint, nulla alia ab indè in futurum statuta, seu Constitutiones in Familia Cismontana eiusdem Ordinis fieri, seu condi possint, sed prædicta Generalia statuta; postquam, vt præfertur reuisa, & approbata per dictam Sedem fuerint, imposterum seruari debeant.

Ad hæc, vt de cætero Fratribus de familia nuncupatis dictis Ordinis transitus ad Fratres Reformatos eiusdem Ordinis non concedatur, nisi in Capitulis, seu Congregationibus Prouincialibus, cum consensu vtriusque Ministri Prouincialis, vel Ministri Generalis; & quoad eos, qui à Fratribus Reformatis huiusmodi ad illos de Familia transire voluerint, fel. record. Clement. Octaui, & Pauli V. Roman. Pontif. prædecessorũ

no-

nostrorum, ac nostrarum in simili forma Breuis hac super re alias emanatarum litterarum forma omninò seruetur Apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus, mandamus, & ordinamus.

Demum, vt Fratres eiusdem Ordinis ad audiendas Christi fidelium confessiones alias approbati, omnibus, & singulis facultatibus, Pœnitentiarijs Apostolicis in hac Alma Vrbe nostra concessis, circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ in Ecclesia S. Mariæ Angelorum nuncupat. eiusdem Ordinis propè Assisium quotannis die 2. Augusti, qua festum solemne in dicto Ordine celebrari consueuit dumtaxat vti possint eisdem auctoritate, & tenore concedimus.

Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & ab omnibus, ad quos spectat inuiolabiliter obseruari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Familiæ huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, &

expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die decima Nouembris 1642. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

M. A. Maraldus.

Aduertendum pro intelligentia huius Bullæ, quod ſupplicatio Religionis facta fuit pro electione Prominiſtrorum, & Cuſtodum mittendorum ad Comitia Generalia; nihilominus fuit impreſſum, Miniſtrorum, quod non afficit. Item vbi agit de tranſitu, è Familia ad Reformationem non benè citatur Clem. Oct. quia nullam in Bullis ſuis fecit mentionem de huiuſmodi tranſitu. Demum circa Collectionem ſtatutorum, iam facta fuit anno præterito 1663. & non eſt ampliùs facienda, ſed tantum obſeruanda.

3 Electiones omnes Officialium Ordinis nedum ſecretas, ſed etiam canonicas eſſe, ex Trident. ſeſſ. 25. cap. 6. cautum eſt. Electio igitur Canonica, ſecundùm antiquam, & probatiſſimam Ordinis diſpoſitionem ea dicitur, quæ à maiori parte Capituli, ſeu Congregationis celebratur; Maiorem verò partem, quilibet exceſſus facit, vt ſi vota nouem ſint, quinque maiorem partem conſtituant. In Conſtit. Ordinis pag. 138. n. 1.

4 Quia verò ex Sacra Tridentina Synodo electioni per vota ſecreta celebrandæ certa forma non præſcribitur, idcircò per ſchedulas ſecretas fieri in ordine noſtro, cautum eſt. In Conſtit. pag. 139. n. 7. Si igitur in primo ſcrutinio electio non ſequatur, iterentur eodem modo ſcrutinia, donec electio facta ſit, ita tamen, vt infra diem vnum, hoc eſt à ſolis ortu, vſque ad occaſum omninò fiat, Qua, intra tale tempus, non facta, ſi electio Miniſtri Prouincialis fuerit, ad Generalem deuoluatur: Intereà Commiſſarius per Prę-

ſidem

fidem instituatur, & Acta Capitularia quęcumq; terminentur, & perficiantur. Ibidem pag. 140. num. 11.

5 Ex prænarratis liquidò constat differentia electionis Officialium Ordinis, nam Minister Prouincialis, vnà cum Definitorio in Capitulo per schedulas secretas, iuxtà Clementinam Exiui de Paradiso de verb. signif. art. 9. eliguntur, Guardiani verò per suffragia secreta. At extrà Capitulum electiones Prominiſtrorum, Custodum, ac Guardianorum fieri debent per suffragia secreta, ac ballottationes, & in paritate votorum Præsidens electionibus huiusmodi votum, seu suffragium decisiuum habet.

6 Pro cuius intelligentia obseruandum est, quod quamis Sacra Congregatio anno 1652. decreuisset, quod in electionibus in paritate votorum, Votum decisiuum competeret tantùm Præsidenti, non autem Prouincialibus, etiamsi electionibus præfuissent, nihilominus ob incommoda, quæ inde oriebantur in negotijs decidendis, Instante P. Commissario Generali, eademmet Sacra Congregatio benignè annuit, quod Ministri Prouinciales in electionibus præfatis, deficiente Præside, habeant votum decisiuum, in paritate votorum, prout sequitur, videlicet.

Beatissimo Padre.

FRà Sebastiano di Gaeta Commissario Generale de Minori Osseruanti, e Riformati, prostrato à santi piedi di Vostra Beatitudine, espone come quasi tutte le Prouincie Cismontane commesse al suo Gouerno sono d'ordinario in Definitorio sei Padri, cioè Prouinciale, Custode, e

quattro Definitori. E perche tal'hora così nell'elettioni de'Guardiani, & altri Officiali, come nella determinatione delle cause, e di altri negotij graui possono in contradittione riuscire i voti pari, onde senza concludersi cosa alcuna, nascano disordini. Supplica humilmente Vostra Santità à prouedere d'opportuno rimedio in futuro, ò comandando, che in tal caso di parità, s'aggiunga al Definitorio vn'altro Padre con voto attiuo, ò concedendo al Prouinciale il voto decisiuo, si come Vrbano Ottauo di fel. mem. il concedè à i Presidenti dell'elettioni Canoniche, hora della Sacra congregatione dichiarato non intendersi per i Prouinciali, ma per i Commissari, quando si mandano dal Superiore Generale, ò pure in altro miglior modo, che parerà alla S. Vostra. Quam, &c.

Sacra congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad euitandam paritatem suffragiorum, quæ ex numero pari sex vocalium, quibus definitoria Prouincialia constant, tam in electionibus faciendis, quàm in negocijs decidendis oriri potest, Ministris Prouincialibus deficiente Præside, in huiusmodi casibus votum decisiuum concessit. Dat. Romæ 13. Martij 1653.

M. Card. Ginettus.

Loco † sigilli.

H. Archiep. Patrac. Secr.

In Regesto huius Congregat. fol. 185.

7 In electione, vota debent ita esse secreta, vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, Triden. sess. 25. cap. 6.

8 Irrita est electio, in qua vnus electorum, publicè manifestat suum votum, permittente Capitulo. Lezan. n. 11. quod decisum fuit à Rota

in

in vna Treuerensi 20. Nouemb. 1624. coram Illustriss. D. Coccino Rodriq. in summ c. 102. n. 4.

9 Infirmorum vota, & non valentium, ac nesciétium scribere debent sumi à duobus Disquisitoribus, quæ deferre debent in locum electionis in vrna, & patenter ponere in vase reliquarum schedularum. Reform 1642. pag. 71. nu. 21.

10 Cùm nil magis proficuum sit Religioni, quàm meliores eligere in Superiores, & nil deterius illi euenire possit, quàm sub titulo iustitiæ distributiuæ, in conferendis honoribus, æqualitatem sustinere, vt ęqualia omnia omnibus, idest doctis, & indoctis, iunioribus, & senioribus, stultis, & sapientibus, robustis, ac debilibus reddantur; hinc est, quod Sac. Congregatio volens huic malo occurrere sequens decretum seruari mandauit, videlicet.

Eminentissimi, & Reuerendissimi Signori.

FRà i molti abusi introdotti nel Capitolo passato di questa Riformata Prouincia di Milano dal P. N. N. Commissario in detto Capitolo, il principale fù l'introdurre in detta Prouincia sei distretti, assignando à ciascun distretto vn Padre di tal distretto in Definitorio cô i suoi Guardiani, cosa, che à prima faccia parc c'habbia assai del ragioneuole; ma i disordini che del continuo nascono mostrano il contrario, per esser vn'elettione ristretta, & artata contra la libertà, e dispositione de Sacri Canoni, i quali vogliono, che l'elettioni siano secondo le virtù, e meriti, e non secondo il luogo, e Patria. Simili elettioni faceuano anco le Prouincie della Marca, e Bologna, e furono, per i molti disordini, che nasceuano, con gran maturità leuate

dalla

dalla Sacra Congregatione, come è noto al Padre Commissario Generale, senza il consenso di cui fece il sopradetto Visitatore questa legge, la quale essendo fatta senza il placet de Superiori generali, e contra la mente della Sac. Congreg. si supplica l'EE.VV. à rimediare.

Sacra Congregatio Eminētissimorum S.R.E. Cardinalium, negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, iungendum censuit, prout tenore præsentium iniunxit Patri Commissario Generali Ordinis huiusmodi, qui curet, vt omninò tollantur asserta diuisio, & conuentio, ac electiones præfatæ fiant ad præscriptum constitutionum Apostolicarum, & Ordinis eiusdem: sicque, & non aliter exequi mandat, & præcipit. Romæ die 5. Decembris 1657.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

Æm. Episcopus Camer. Secret.

In Regesto huius Congreg. fol 200.

Forma absolutionis in omnibus Capitulis ante electionem seruanda. Dicto Confiteor, &c. Misereatur vestri, &c. Indulgen. & remissionem, &c.

Dominus noster Iesus Christus vos absoluat, & ego auctoritate ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ mihi in hac parte commissa, & vobis concessa, absoluo vos ab omni vinculo excommunicationis, si quā incurristis, & restituo vnioni, & participationi fidelium, necnon Sanctis Sacramentis Ecclesiæ dispensando vobiscum in

omni

omni sententia irregularitatis, suspensionis, & interdicti, si qua innodati estis, & ad effectum electionis canonicæ, & ritè nunc per vos celebrandæ quatenus opus sit, & indigetis, vos habilito. In nomine Patris, &c. Amen.

Eleemosyna.

SVMMARIVM.

Regulares non possunt prohiberi ab eleemosynarum petitione, ponitur Decretum, n.1.
Inquisitores possunt procedere contra impedientes quæstuationem, n.2.
Religiosus subditus, absque licentia, nullam potest eleemosynam facere, num.3.
Frater Minorita cum facultate Superioris, potest subuenire paupertati Parentum, n.4.
Pauperes petentes eleemosynam per Ecclesiam expelli mandat Pius V. n.5. Vide quæritare.

1 Regulares mendicantes non debent prohiberi ab eleemosynarũ petitione in Diœcesibus vbi habent Conuentus, sed tantũ teneri ostendere licentiam Episcopo loci, si extra loca vbi habent Monasteria quæstuare voluerint, prout à Sacra Congregatione anno 1621. prouisum fuit sequenti Decreto. Videlicet.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini.

PRocuratores Ordinis Mendicantium conqueruntur, quod Fratres eorum à nonnullis Episcopis, & locorum Ordinarijs interpellantur quominus eleemosynas quærant in ipsamet Diœcesi, vbi quis illorum Conuentus existit. Insuper

aliqui

aliqui ex ipsis etiam prohibent, quin ijdem fratres eleemosynas in sua Diœcesi, extra Conuentus locum, nisi per quinque, aut sex milliaria, petant; Cum autem id priuilegijs Apostolicis aduersari videatur, cadatque in graue Religionum detrimentum, supplicant ijdem Procuratores, vt declaretur, An hæc fieri possint ab Episcopis; necne?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit Fratres Ordinũ Mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohiberi, quominus per se ipsos in Diœcesibus, vbi habent Conuentus eleemosynam quærant, sed tantum si extra loca vbi Monasteria existant quæritare voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere.

R. Card. Vbaldinus.

Prosper Fagnanus Secret.

Hoc Decretum habet executorialem Marci Antonij Franciotti Prothonotarij Apostolici, vt in Bullario paruo Franciscano fol. 395.
In Regest. Sac. Congreg. Concil. Trid. fol. 18.

2 Hinc est, quod contra quoscumque Ordinarios inhibentes dari eleemosynas Religiosis mendicantibus, possunt procedere inquisitores hæreticæ prauitatis. Lezan. tom. 5. in 3. fol. 431. In Mare magnum Eremitarum S. August. ibi, Circa §. 51.

3 Religiosus subditus nullam potest eleemosynam facere absque licentia, saltem tacita, sui Prælati, aliàs est reus voti paupertatis. D. Tho. 2. 2. qu. 32. art. 8. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 1. notab.
4 In quibus autem casibus præsumatur prędicta licentia tacita Prælati, docet Peyrin. de subdito, qu. 2. c. 2. §. 8. At cum facultate Prælati, etiam Fratres Minores de Obseruantia subuenire pos-

possiunt paupertati parentum pauperum, prout in sequenti exemplo, videlicet.

4. Osseruanti. Al memoriale di Frà Tomaso ab Antico, Osseruante della Prouincia della Marca, il quale supplica di poter applicare la limosina della Predica alle necessità della Madre, e Sorella pouere.

Sacra Congregatio, &c. audito, & consentiente Procuratore Ordinis huiusmodi censuit petitam facultatem Oratori concedendam, prout præsentis decreti virtute concedit, arbitrio Ven. Patris Generalis eiusdem Ordinis, ac dummodo eleemosynæ huiusmodi rectè reseruantur ad manus Syndici Conuentus vbi Orator de Familia commorari contigerit. Ipseque Syndicus in eiusdem Oratoris Matris, & Sororis necessitates applicet. Residuum verò in cõmunis ipsius Conuentus necessitates erogetur. Romæ 20. Ianuarij 1634. In Regest. Sac. Congreg. Regul. fol. 132.

5. Regulares debẽt deputare aliquẽ qui pauperes eleemosynas petentes per Ecclesias, tempore Missarum, Prædicationum, aliorumque Diuinorum Officiornm, eijciat, quod si negligentes fuerint, grauissimè ab Ordinario corripiantur: Sic præcipit Pius V. in Constitut eius 5. incip. Cum primum, &c apud Cherub. tom. 2. Bullarij.

Vide V. Quæritare.

Episcopus.

SVMMARIVM.

An Episcopus habeat facultatem visitandi Ecclesias, & Monasteria Regularium. n. 1.

An mendicantes in executione suorum Priuilegiorum possint grauari ab Episcopis? in hoc decreto

decreto quinque notabilia deciduntur, nu.2.
Quam facultatem exercere possunt in exemptos Regulares ob custodiendam clausuram Monial.num.3.

1 AN Episcopus habeat facultatem visitandi Ecclesias, & Monasteria Regularium? Sacra Congregatio Concilij censuit Episcopos, aut alios locorum Ordinarios, vigore cuiusuis Decreti eiusdem Concilij, nullam habere facultatem quouis tempore, in Monasterijs, domibus, & Ecclesijs Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum sæcularium, visitandi sacristias, paramenta, vasa, sacra Altaria, & cætera huiusmodi aut etiã Tabernaculum, seu Pyxidem, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur. Flau. Cherub. in Compend. Bull. in Bullar. 41. Pij V. Peyrin. tom 2. fol. 181. num. 17. refert Quaranta in summ. Bull. V. Priuilegia Regularium pag. 514.

2. An Mendicantes in executione suorum Priuilegiorum possint grauari ab Episcopis, & locorum Ordinarijs.

Lecto in Sacra Congregatione Regularium memoriali, oblato nomine totius Familiæ Fratrum Mendicantium quorumcumque Prouinciarum, pro Fratribus Ordinum Mendicantium, conquerentium, qualiter contra formam suorum Priuilegiorum, Sacrorum Canonum Concilij Tridentini, & Ordinationum Apostolicarum, in quampluribus ab Ordinarij locorum grauatur, prout eiusdem memorialis series continebat.

Illustrissimi Domini Cardinales his maturè consideratis statuerunt, & decreuerunt infra ab eisdem

eisdem locorum Ordinarijs perpetuò,& inuiolabiliter obseruari debere.

Primò,quod circa sæcularium confessiones ab ipsis Fratribus mendicantibus,audiendas,seruetur Decisio Congregationum Sacri Concilij, & Episcoporum, corriganturque Ordinarij, qui in articulo mortis id fieri prohibent,vel in licentijs concessis id excipiunt.

Secundò, Fratres Mendicantes nullatenus à quæstuatione, quæ de licentia suorum Superiorum fit, & in dies fieri contiget, prohibeantur.

Tertiò,Ordinarij in cognitionibus causarum Fratrum Mendicantium, tam Ciuilium, quàm Criminalium minimè sese ingerant; pariter nec in Visitatione eorundem Fratrum, vel Ecclesiarum suarum nisi quatenus eis per Concil. Trid. Decreta conceditur.

Quartò,non impediant Fratres pulsare Campanas ad matutinum,ad horas, & ad Missam,antequam pulsetur campana Maioris Ecclesiæ, præterquam in die Sabb.Sancti.

Quintò, quo autem ad quartam funeralium, seruetur Decretum Concil. Trident. Romæ 25. Augusti 1635.

Fr. Michael Bonellus Card.Alexandrinus.

Georgius Palear.Secr.

In Reggsto huius Congregationis fol.136.

Reliqua vide V.Eleemosyna V.Confessarius, quoad examinationem, approbationem, & executionem.

Possunt administrare aduenis, & Peregrinis. num.6.
Etiam famulis continuè secum commorantibus. num.7.
Etiam cuicumque constituto in articulo mortis, absente Parocho.

1 NOn exponatur cum solemnitate à Regularibus sine licentia Ordinarij Congr. Rit.26.Februarij 1628.

2. Pro personis particularibus exponitur in ostiolo tabernaculi, aut in Pyxide velata cum luminibus,& assistentia. Congregatio Episcoporum 7.Septemb.1598.

Non fiat Concio coram Sacramento in altari exposito, capite tecto, Congregat. Rit.16.Febr. 1639.

4. Communicans in hebdomada maiori, vel infra Octauam Paschæ satisfacit præcepto. Eugen.IV.anno 1446.

5. Non satisfacit præcepto sæcularis sumens Euchariſtiam in ipso die Paschatis in Ecclesia Regularium non habentium curam animarum, Congregat.Conc. 23. Ianuarij 1586. 14. Martij 1615.

6. Possunt Regulares ministrare Euchariſtiã aduenis, & Peregrinis, etiam in die Paschatis ad implendum præceptum annuæ communionis, Iul. II. Const.1. Dum ad sacrum, &c.§.37.apud Peyrin.tom.2.pag.46. Amplia à Fortiori, quoad Religiosos extraneos, quando hi absunt à loco suorum Prælatorum.Tunc enim præsumitur adesse licentia ipsorum. Nau.in man. c.27.n.102.

7. Possunt Regulares Euchariſtiam suis famulis secum continuò commorantibus administrare, etiam per modum Viatici in articulo mortis.

Iulius

Iulius II. vbi supra §.15. Dian. par. 5. tract. 3. Resol. 52.

8. Absente Parocho, possunt Regulares licitè administrare Eucharistiam cuicumque constituto in articulo mortis, Eminentiss. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 18. sect. 2. nu. 53. tunc enim præsumitur consensus Parochi, & Ecclesiæ.

Exequiæ.

SVMMARIVM.

Non retardetur sepultura mortuorum, n. 1.
Antequam sepeliantur mortui, expectetur tempus præfixum ab Ecclesia. n. 2.
Hæredes possunt vocare Clerum sibi beneuisum. num. 3.
Quoad accessum ad domum defuncti. n. 4.
Cadauera defunctorum quomodo leuanda. n. 5.
Quoad delationem defuncti per vias, in hoc decreto de Tertiarijs multa sunt notanda, n. 6.
Vnica tantum Crux deferenda, in hoc decreto sunt, & alia multa obseruanda, n. 7.
Parochus tenetur comitari defunctum, n. 8.
Quoad officia præstanda super cadauera nu. 9.
Præfata Decreta habent executorialem. n. 10.
Consanguinei non tenentur parentare in Ecclesia parochiali. nu. 11.
Excommunicatio contra Parochum in Pergine ob non paritionem decretorum ad sepulturam spectantium. nu. 12.

1 SVb quouis prætextu non retardetur sepultura mortuorum Sac. Congreg. Episc. & Reg. 5. Maij 1617.

2. Non

2. Non efferantur mortui ſine licentia Epiſcopi, ante ſolis ortum, & poſt occaſum. Neque niſi poſt 12. horas ab obitu: Qui verò repentina morte obeunt, non ante horas 24. Prou. 6.

3. Hæredes defunctorum poſſunt vocare numerum Sacerdotum ſibi beneuiſum. Congregatio Epiſcoporum 5. Maij 1617.

Quoad acceſſum ad Domum Defuncti.

4 Regulares vocati ad ſepeliendos mortuos, etiam in eorum propria Eccleſia, conuenire debent ad Eccleſiam Parochialem, in cuius limites defunctus exiſtit, & inde cum Parocho ad domum defuncti, & nullo modo permittendum eſt, expectare Parochum per vias, vel ad domum defuncti, non obſtante contraria conſuetudine, prout reſolutum fuit per Sacram Cõgregationem Epiſcoporum, & Regularium die 13. Nouembr. 1600. & à S. Rit. Congregatione die 15. Decemb. 1632. vt in Regeſt. eiuſd. fol. 28.

5. Defunctorum cadauera, de Domo propria leuare, non licet Regularibus, niſi de licentia, & conſenſu proprij Parochi, vel niſi requiſitus, venire expreſsè omninò recuſet. Sic præcipit, & mandat Sac. Congreg. Epiſc. & Reg. per præſens Decretum, videlicet. Licet in Sacro Lateranenſi Concilio ſtatutum fuerit, &c. & infra. Ideo volens eadem Sacra Congregat. omnem eiuſmodi diſſentionum, & ſcandalorum materiam, & occaſionem præſcindere, atque in futurum prouidere, vt tam Parochi, quàm Fratres ipſi vnanimi inter ſe voluntate, & ea, qua par eſt charitate, Chriſtianæ pietatis officia defunctis præſtent, declarat, & huius decreti tenore ſtatuit prædictis Fratribus Ordinis Minorum de

Ob-

Obseruantia, alijsque quibusuis Regularibus quorumcumque Ordinum,& Congregationum, tam mendicantium, quàm non mendicantium existant, nullo modo licere, etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu, Parochias cum Cruce processionaliter, aut aliàs ad efferenda, & leuanda defunctorum funera, intrare, vel illa leuare: & efferre, nisi vocato,& expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præsente: Si tamen ipse aliter fieri non consentiat, & permittat: vel nisi requisitus venire expresse omnino recuset. Atque ita obseruari mandat, & districtè præcipit. Romæ 12. Ianuarij 1604.

Alex. Card. Florent.

Hier. Agucchius Secretar.

In Reg. eiusd. fol. 39.

Quoad delationem defuncti per vias.

6 Defunctorum corpora sepelienda in Ecclesia Regularium, directè deferenda sunt ad eam, non obstante consuetudine, quod priùs deferantur ad Matricem Ecclesiam, prout censuit Sac. Congreg. in responsione petitionis quartæ sequen. Decreti, videlicet.

Cum inter Fratres Reformatos Ordinis Minorum Obseruantiæ S. Francisci, necnon pro tempore existen. Archipresbyterum, seu Parochum loci Fiani, Nepesinæ Diœcesis. in sepeliendis eiusdem Ordinis Tertiarijs, diuersæ vt plurimum orirentur controuersiæ, supplicatum fuit, nomine Patris Custodis eorumdem Fratrum Prouinciæ Romanæ in hac Sacra Congregatione Cardinalium, negotijs Regularium Præpositorum infrascriptas resolui petitiones.

1. An Tertiariorum sui Ordinis cadauera in Eccle-

Ecclesijs pariter suæ Religionis sint sepelienda ?

2. An in eisdem etiam Ecclesijs sepelienda sint cadauera eorum, qui dicti Ordinis habitu induti, ex hac vita migrarunt ?

3. Num, & illi, qui coram testibus dumtaxat, licet absque scriptura in eisdem Ecclesijs sepulturam sibi elegerint, ibidem sint sepeliendi ?

4. An tam supradictorum, quàm aliorum, quorumcumque cadauera in alterius Parochia, existentia, & in Ecclesijs eorumdem Fratrum sepelienda, priùs ad Ecclesiam Parochialem, ad benedictionem, & vltimum vale à Parocho recipiendum deferri debeant: Num verò ab ædibus defunctorum ad dicta Fratrum Ecclesias, recto tramite, sint trasportanda ?

Illustrissimi eiusdem Sacræ Congregationis Patres, Illustrissimo de Aracæli referente, partibusque auditis, responderunt in hunc, qui sequitur modum.

Ad primum. Tertiarios huiusmodi, si qualitatibus in Bulla fel. rec. Leonis Papæ X. præscriptis, sint præditi, videlicet si viri collegialiter, aut claustraliter viuant: Mulieres verò virginalem, vel cælibem, aut castam Vidualem, sub expresso voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, posse, & debere, etiam inuito, ac minimè requisito Parocho, in supradictis Fratrum Ecclesijs sepeliri: secus verò, si supradictis qualitatibus careant, ac nisi sub sequentis secundi capitis dispositione comprehendantur.

Ad secundum si conditiones in Bulla Aurea, fel. rec. Pij Quarti contentas, in ipsis adimpletas esse constiterit, videlicet. Quod à Guardiano domus loci, in quo tales decedere contigerit, aut ab alio Superiore, vel ab altero, cui id Superior committendum duxerit, habitum huiusmodi

recipientes præmonuerint eorum cadauera, propter habitus concessionem, & receptionem, penès ipsos Fratres, quorum habitum gestant, esse sepelienda, eo casu, cum habitu Religionis decedentes, in Ecclesijs pariter eiusdem Religionis Ecclesiasticæ sepulturæ esse tradendos.

Ad tertium, in supradictis Ecclesijs, esse sepeliendos, sine præiudicio tamen iurium Parochialium.

Ad quartum, Cadauera huiusmodi ad prædictorum Fratrum Ecclesias, recto tramite deferri posse; ab ijsdem tamen Fratribus monendum esse priùs, ac requirendum, ac expectandum propriũ defunctorum Parochum, quo requisito, expressè venire recusante, licere eisdem Fratribus, etiã ipso inuito, supradicta cadauera ad easdem Ecclesias transportare. Romæ die 11. Decemb. 1615.

Antonius Maria Card. Gallus.

Loco † Sigilli.

V. Theatinus Secr.

Hoc idem iterùm decreuit, & firmauit eademmet Sacra Congregatio, videlicet, quòd cadauera sepelienda, recto tramite, ab ædibus defunctorum ad Ecclesias deferri licitè possint. Die 14. Ianuar. 1639.

Vnica tantùm Crux deferenda.

7 QVia delatio defuncti ad sepulturam Ecclesiasticam, non computatur inter Processiones, quæ fieri solent ab Ecclesia Catholica in honorem Dei, ac Sanctorum eius, debent omnes pergere sub Cruce illius Ecclesiæ ad quam defunctus deferri debet, prout censuit Sacr. Rit. Congregat. in responsione quarti dubij sequen. Decreti. Videlicet.

Emi-

Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini.

REgulares Terræ Metalicæ Camerinen. Diœcesis. proponunt Eminentijs Vestris infrascripta dubia, eaque humiliter petunt declarari.

1. An possint hæredes defunctorum vocare numerum Religiosorum sibi benè visum in deferendis cadaueribus ad Ecclesias?

2. An cadauera efferri, seu tolli possint ab alijs etiam Regularibus, & quibuscumque, non vocato nec expectato Parocho, nisi ipse Parochus aliud permiserint, vel adesse recusauerit?

3. An cadauera quotiescumque ad Ecclesias Fratrum Mendicantium, aliorumq; Regularium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua munia, quæ in huiusmodi Ministerio adhiberi solent, fieri debeant à Canonicis, & Clero, vel ab ipsismet Regularibus ipsius Ecclesię, vbi cadauer sepelitur?

4. An Crux Parochialis deferri etiam debeat, quando cedauer defertur ad Ecclesiam Regularium, attenta consuetudine, & semper delata fuit tantùm vna Crux illius Ecclesiæ, ad quam Corpora fuerint delata.

Camerinen.

SAcra Rit. Congreg. supradictis dubijs sic respondendum censuit.

Ad primum posse hæredes defunctorum vocare numerum Religiosorum sibi benè visum.

Ad secundum negatiuè.

Ad tertium, non à Cononicis, nec alijs, sed ab ipsemet Regularibus, in proprijs eorum Ec-

M 2 cle-

clesijs officia super cadaueribus peragi debere.

Ad quartum vnicam tantùm Crucem in cadaueribus efferendis, esse deferendam, & illam esse debere illius Ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur. Die 21. Nouembr. 1637.

C. Episcopus Card. Pius.
Loco † Sigilli.

C. Fachinettus Secr.
In Regesto huius Congregatiouis fol. 86. &c.

Parochus tenetur comitari Defunctum.

8 ET quia opera misericordiæ, in associandis defunctis ad sepulturam magis elucent in Ecclesiasticis præcipuè Parochis; quàm in cæteris personis, Ea propter Sacra Congregatio Concilij Tridentini prouidit de sequenti Decreto videlicet.

Dum defunctorum cadauera in Ecclesijs Regularium sepeliuntur, teneatur Parochus funerale deducere, & comitari vsque ad easdem Ecclesias Regularium. In ijsdem autem Ecclesijs, ad ipsos Regulares dumtaxat spectat celebrare officium mortuorum, & alia necessaria circa cadauer peragere. Romæ 28. Iunij 1591. In Regesto eiusdem Sacræ Congregat. Concil. fol. 8.

Quoad officia præstanda.

9 SAcra Rit.Congreg.iuxtà alias resoluta,Respondit officium super cadaueribus,in Ecclesijs Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares;non autem ad Curatos defunctorum,

& ità

& ita in posterum seruari mandauit non obstante contraria consuetudine. Die 27. Nouemb. 1638.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Loco † Sigilli.

Iulius Cincius Secr.

In Regesto huius Congreg. fol. 104.

10. Præfata Decreta ad exequias pertinentia, habent executorialem, seu Monitorium A. C. quod fuit firmatum per Breue ab Alexandro Papa VII. in vna Calaritana Ad instantiam Fratrum Minorum de Obseruantia S. Francisci in Sardinia, contra Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ. Die 30. Aprilis 1660. In Regesto Congregationis Concil. Trident. fol. 183.

11. Consanguinei Defunctorum, qui in Ecclesijs Regularium sepeliuntur illis parentare in Parochialibus, & alijs Præsbyrerorum Ecclesijs, etiam Cathedralibus, compelli nullo modo possint; si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, & interim præsens Decretum ad vnguem seruetur, prout eadem S. Congregatio Episcoporum, & Regularium seruari mandauit. Romæ 14. Ianuarij 1639.

Cardinalis Antonius Barberinus.

Loco † Sigilli.

C. Fachenettus.

12. Adest, & aliud Decretum eiusdem Sac. Congregat. 10. Iunij 1661. vna cum Monitorio A. C. & sententia excommunicationis contra Parochum, & Vice Curatum loci de Pergine Feltren. Diœcesis, ob non paritionem Decretis pertinentibus ad sepulturam, in fauorem Fratrum Reformatorum Sancti Francisci, prout in Regesto Sac. Congreg. Regul. fol. 362.

Exercitia spiritualia.

SVMMARIVM.

Alexander Papa VII. concedit Indulgentiam Plenariam Fratribus nostris, exercitijs spiritualibus per octiduum vacantibus. n. 1.

1 AD instantiam Reuerendiss. Patri nostri Generalis, Sanctiss. D. N. Alexand. Papa VII. se beneuolum præbuit Religioni nostræ concedendo Indulgentiam plenariam perpetuò valituram, Fratribus, exercitijs spiritualibus per octiduum vacantibus, videlicet.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

CVm sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Michael Angelus à Sambuca Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Minister Generalis, in Capitulo Generali eiusdem Ordinis nouissimè Toleti celebrato, inter alia decretum fuit, vt secessus, & spiritualia mortificationis & orationis mentalis exercitia in omnibus Prouincijs Cismontanæ Familiæ Ordinis prædicti reassumantur, & illis Fratres earumdem Prouinciarum aliquoties singulis annis vacent.

Nos qui probè nouimus quantoperè conducant exercitia huiusmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Christifidelium mentibus, deuotionem Fratrum memorati Ordinis,

nis, qui de suorum Superiorum licentia operi adeò pio,& salutari vacauerint, cęlestium Ecclesiæ thesaurorum elargitione magis augere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis prædicti Ordinis Fratribus,tam Clericis, quàm laicis, seu conuersis, qui in domibus Regularibus, Prouinciarum prædictarum de suorum Superiorum licentia, exercitia prædicta per octidui spatium, quandocunque peregerint, & intereà temporis verè pœnitentes, & confessi, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint,Plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam,& remissionem in Domino concedimus.Præsentibus in perpetuum valituris. Volumus autem,quod si pro impetratione, præsentatione,admissione,seu publicatione præsentium aliquid,vel minimum detur,aut sponte oblatum recipiatur, eædem præsentes nullæ sint eo ipso, quodque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis,manu Notarij publici,vel Secretarij dicti Ordinis subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Ministri Generalis prædicti Ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 11. Iunij *1659*. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

G. Gualterius.

Habetur in Constitutionibus Generalibus nostri Ord. fol. 374.

Feneſtra.

SVMMARIVM

Proſpectus feneſtrarum Domorum ſacularium in hortum Fratrum Minorum, impediri debet ab Ordinario. Adducuntur duo Decreta. num. 1.

PRoſpectus feneſtrarum Domorum ſæcularium in hortum Fratrum Minorum impediri debet ab Ordinario ſic mandante S.Congregatione in vna Sulmonen. & alia Caſſanen. quæ in dies in exemplum adduci poſſunt.

1. Veſcouo di Sulmona.

Illuſtre, e Molto Reuerendo Monſignore come Fratello.

SE bene le due Fineſtre, che ſono ſtate aperte da i Frati dell'Ordine de' Minimi nel Choro, e nel Dormitorio di coteſto lor Conuento, che guardano verſo l'horto, e Giardino de'Frati Oſſeruanti Riformati, ſi douerebbono far riſerrare, eſſendo ſtate fatte contra l'ordine eſpreſſo, altre volte dato dalla Sacra Congregatione; Con tutto ciò queſti Eminentiſſimi miei Signori volendo vſare della benignità, che è loro propria, e di conſenſo anco del Procurator Generale de' medeſimi Frati Riformati, ſi contentano, che vi poſſino reſtar aperte, per pigliar lume, e non à proſpetto, in modo tale, che perciò vi ſi pongano feriate, ò altro riparo fermo, e ſtabile, ch'impediſca à quelli di dentro l'affacciarſi, e guardare

dare nell'horto, ò giardino sudetto; Ilche significo à V.S. à fine, che faccia eseguire il tutto, conforme la mente dell'EE. loro, che così m'hanno ordinato di commettergli; e col mezo della presente gli danno tutta l'autorità per ciò necessaria. Dio la prosperi.

Di Roma à 15. Febraro 1636.

Di V. S. come Fratello

Il Cardinal S. Honofrio.

Loco ✝ Sigilli.

A. Torricello.

In Regesto huius Congregationis Episc. & Reg. fol. 140.

Cassanen.

2 Vescouo di Cassano.

Illustre, e Molto Reuer. Monsignor come fratello.

I Padri Osseruanti Riformati di San Francesco hanno in Corigliano, luogo di cotesta Diocesi, vn Conuento doue viuono in santa Carità seruendo al Signore nel loro Santo Instituto. Alessandro Cosentino del medesimo luogo, è per turbare ogni lor quiete, se conduce à perfettione vna fabrica, che hà cominciata contigua al detto Conuento, e che lo renderà talmente soggetto; che non potranno i detti Frati nè muouersi, ne far altre attioni, senza esser veduti, e sentiti dal detto Cosentino. Sono perciò ricorsi à questa Sacra Congregatione supplicandola di rimedio. Questi Eminentissimi miei Signori fatta matura consideratione sopra la loro instanza, sono venuti in senso di ordinare à Vostra Signoria, à vo-

à voler far desistere il detto Cosentino dalla continuatione di detta fabrica, quando sia di pregiuditio à detti Frati,& nel modo,ch'espongono,& à quest'effetto gli danno quell'autorità, che può essergli necessaria. E Dio la prosperi,e preserui.,
Roma a'7. Agosto 1638.

Di V. S. come Fratello

Il Card. S. Honofrio.

Loco † Sigilli.

C. Fachinetti.

In Regesto Sac. Congregat. Episc. & Regular. fol. 250.

Festum.

SVMMARIVM.

Dies festi, quos Episcopus seruandos praceperit, à Regularibus quomodo obseruandi, n.1.

Festum Sancti Patris nostri Francisci non est ampliùs de pracepto, sed eò solemniùs colitur, num. 2.

Festum S. Antonij de Padua celebrandum, tam à Fratribus Conuentualiaus, quàm Reformatis, num. 3.

1 DEcretum Concilij Tridentini, in quo de obseruantia festorum. De licentia Concionatorum. De Processionibus, & facultate Episcopi in Ecclesijs Regularium peragitur.

Congregatio Concilij censuit Decretum cap. 12. vers. dies etiam festi; sess. 25. de Regularibus, ita esse intelligendum, vt Regularium Ritus illis diebus festis, semper permaneat, quoad Missas celebrandas, & cætera Diuina officia, tam publi-

cè, quàm priuatim ab ipsis Regularibus, in eorum Ecclesijs persoluenda; nec circa hæc ab Episcopis quoquo modo quicquam in contrarium eisdem Regularibus præcipi posse, quod si de facto præceperint, Regulares neutiquam ipsis Episcopis obedire teneri.

Verùm quoad Conciones, & electiones, quas ijdem Regulares ad Populum habuerint, debere se conformare Euangelijs, & Epistolis, quibus Clerus sæcularis vtitur illis diebus festis.

Congregatio item Concilij censuit Regulares, qui absque licentia Episcopi prædicauerint, in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, tametsi Decreto eiusdem Concilij cap.21. sess. 5. contrafecerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantùm à suis Superioribus Regularibus.

Congregatio Concilij etiam censuit Regulares Monasterij, vltra medium milliare à Ciuitate distantes, non posse ab Episcopo compelli accedere ad Processiones.

Congregatio itidem Concilij censuit Episcopos, aut alios locorum Ordinarios, vigore cuiussuis Decreti, eiusdem Concilij nullam habere facultatem, quouis tempore, in Monasterijs, domibus, & Ecclesijs Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum sæcularium, visitandi sacristias, paramenta, vasa sacra, Altaria, & cetera huiusmodi, aut etiam Tabernaculum, seu Pyxidem, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur.

H. Card. Matthæus.

Loco † sigilli.

Io: Franciscus Fagnanus Sac. Congr. Conc: Secr.

In Regesto huius Congregat. fol. 12.

Festum S. Francisci.

1 CVm debeat imprimi carta, in qua aduotari debent festa de præcepto, & festa de deuotione, quæ Romæ celebrantur, fuit dubitatum, an festum Sancti Francisci deberet reponi inter festa de deuotione, præsertim cùm adsit Bulla Sixti Quarti, in qua mandatur seruari, tanquam fuerit executioni demandata.

Sacra igitur Congregatio referente Illustrissimo Mellino, censuit diem festum S. Francisci, perpetuis futuris temporibus, reponi debere inter festa de præcepto.

Die 3. Ianuarij 1622.

Fuit iterum ab eadem Sac.Rit.Congreg.firmatum, & innouatum hac die 21. Aprilis 1640.

P. Card. Crescentius.

Loco † Sigilli.

Iulius Cincius Secr.

Sciendum tamen est, quod per Constit. Vrbani Papæ Octaui, incipit, Vniuersa, &c. 13. Septembris 1642. hoc festum non fuit ampliùs connumeratum inter festa de præcepto, sed tantùm de deuotione; nihilominùs, maxima cum solemnitate à Christi fidelibus vbique colitur, & præcipuè Romæ in eius Ecclesia; vbi per totam octauam est maximus concursus fidelium ad implorandam Indulgentiam plenariam à Summis Pontificibus Nicolao IV. & Sixto IV. concessam, prout in Regest.Bull.S. Francisci Transtyberim.

Festum Sancti Antonij à Padua.

3 QVia Patres Minores Conuentuales, pluribus in locis, in solemnitate Sancti Antonij de Padua faciunt Processiones

magno

magno concursu populorum; Tentantes Fratres Reformati S. Francisci aliquibus in locis, vbi præfati Conuentuales commorantur, facere etiam processionem eodem die, deuenerunt in sequentem controuersia, videlicet.

Eminentissimi, & Reuerendissimi Signori.

ESsendo nata controuersia trà i Padri Conuentuali, e i Padri Riformati di S.Francesco circa il celebrare la festa di S.Antonio da Padoua, pretendendo quelli, che questi non possino celebrarla nelle loro Chiese, nel giorno stesso, che la celebrano essi, Perciò il Procurator Generale de sudetti Minori Osseruanti Riformati riuerentemente supplica l'immensa benignità dell' EE. Vostre restar seruite di dichiarare, che tanto gli vni, come gli altri possino celebrare nelle loro proprie Chiese la medesima festa nel giorno stesso del Santo. Che, &c. Quam Deus, &c.

Sac. Congreg. Eminentiss. S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis, narratis, auditisque partibus super hinc inde allegatis, censuit licere tam Fratribus Minoribus Conuentualibus, quàm Obseruantibus Reformatis S. Francisci in proprijs suorum Ordinum Ecclesijs solemnizare festum S. Antonij de Patauio Confessoris ea ipsa die, inquam inciderit; modò tamen Reformati à Processionibus abstineant; Decretis, seu literis eiusdem Sacræ Congregat. aliàs circa præmissa emanatis, & reliquis in contrarium deductis, minimè obstantibus. Romæ 20. Septembris 1658.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

Æm. Episcopus Camer. Secret.

In Regesto huius Congreg. fol. 334.

Fu-

Funeralia.

SVMMARIVM.

In Vrbe æquali portione diuidenda sunt. In hoc decreto non comprehenduntur candelæ, quæ in Altaribus accenduntur, n.1.

1 INtortitia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur circa cadauera, quæ posteà in Ecclesia, præsente corpore, pro celebrandis diuinis officijs accenduntur, finito officio, inter ipsos Parochos, & Ministros Ecclesiarum, etiam Regularium, & Nationalium, in quibus cadauera sepeliuntur, æquali portione diuidenda sunt. Ex Decisione Reuerendissimorum Dominorum Præfectorum Vrbis, Domino N. Vrbano Octauo approbante. Die 21. Martij 1629. Adest, & aliud Decretum impressum Visitationis Apostolicæ de Emolumentis funeralium, sub die quinta Octobris 1659. relatum à Pasqualigo in Additionibus Controu. Laureti de Franchis part. 1, num. 28. fol. 19. Vbi rectè aduertit, quod cerei, seu candelæ, quæ in Altaribus accenduntur, existente corpore defuncti super terram, non debent quoque diuidi cum Parocho, nam solum præcipit Decretum diuidi cereos, & intortitia, quę per viam deferuntur, & quæ circa cadauera, antequam terræ tradantur. Extra Vrbem verò standum est consuetudini locorum, & Decretis præsertim Concilij Tridentini.

In Regesto eiusdem Congregationis Concil. fol. 54.

Ga-

Gabella.

SVMMARIVM.

Fratres Minores Obseruantię, qui nihil proprij possident exempti sunt à gabellis, n.1.
Non comprehenduntur in reuocatoria examptionum à Vectigalibus Alexandri Septimi, n.2.
Neque in Bulla Indictionis sex decimarum, quod declaratur per Epistolam Thesaurarij Generalis, num.3.
Non tenentur ad solutionem molitura, n.4.
Neque ad solutionem de i quattrini à libra della carne. Nè esser astretti di pigliarla al macello de'luoghi, oue stanno, n.5. & 7.

1 MEndicantes, & præcipuè Fratres Regularis Obseruantię Sancti Francisci, qui nihil proprij possident, exempti sunt à solutione gabellarum, & quarumcumque contributionum, onerumque hospitandi milites. Pius V. Dum ad vberes apud Cherub.tom.2.pag.191.

2 Constitutio reuocatoria exemptionum à Vectigalibus, & alijs publicis oneribus Alexandri Papæ VII. incipit, In sublimi, &c. die vigesima prima Iulij 1636. Non officit, nec comprehendit fratres Minores de Obseruantia, & Reform. sub præfata ratione, videlicet, quia nihil proprij possident.

3 Neque comprehenduntur prædicti Fratres Minores de Obseruantia in Bulla Indictionis sex decimarum super fructibus omnium Ecclesiasticorum Beneficiorum, & Pensionum in vniuersa Italia, & Insulis adiacentibus eiusdem Ale-

Alexandri Papæ Septimi, prout declaratur in sequenti Epistola, Subcollectionibus.

Molto Reu. Signori.

I Padri Minori Osseruanti di San Francesco, i quali sono mendicanti, e non possono possedere per dispositione del proprio instituto, rendita alcuna dell'elemosine, che loro vengono fatte non sono tenuti al pagamento delle Decime. Per tanto le Signorie vostre doueranno per tal conto non molestarli. Et il Signore le felici. Di Roma li 20. Maggio 1662.

Delle Signorie V. Affettionatiss.

N. Arciu. di Damaiata Tes. Gen.

Loco † Sigilli.

Francesco Miloni Secr.

Succollettori delle Decime.

4 Neque tenentur ad solutionem gabellæ molituræ, vulgo del Macinato, prout declaratur in vna Assisien. videlicet.

Al Sign. Cardinal Rondanini. Assisi.

Eminentiss. e Reuerendiss. mio Sign. Osseruandiss.

Doppo essersi veduta la relatione di Vostra Emin. sopra le differenze trà cotesta Communità, e i Padri Minori Osseruanti della Madonna degli Angeli intorno alla Gabella del macinato, fattone relatione à N. Sign. sua Beatitudine s'è compiaciuta d'ordinare, che per il grano, che detti Padri riceuono in elemosina, i Ministri, ò suoi Appaltatori, gli somministrano il bollettino gratis, nel modo, che faceuano gli Appaltatori Camerali, osseruandosi il modo vsato per il pas-

passato seza alteratione alcuna, onde V. Em. potrà restar seruita in tal guisa dare gli ordini opportuni, mentre io le bacio le mani. Roma 21. Giugno 1659.

Di V. Em.

Hum. & affettionatiss. Seru.
F. Card. Ghigi.

Loco † Sigilli.

Mario Fani Secr.

In Reg. Ord. pag. 93.

5. Neque tenentur ad solutionem de i quattrini à libra della carne, prout in sequenti.

A Monsig. Gouernatore d'Assisi.

Illustriss. e Reuerendiss. Sign.

I Minori Osseruanti della Madõna degli Angeli mi espongono che da i Subappaltatori de i quattrini à libra della carne, si pretenda di riscuotere questa Gabella sopra quelli Agnelli, & altri animali, che si danno loro per limosina, e i quali si macellano da essi per vso proprio. Tal pretensione è manifestamente contraria à i Capitoli dell'Appalto, & al doueree, e però prego V.S. Illustrissima, che in nessuna maniera permetta, che si effettui, e le bacio affettuosamente le mani. Roma li 2. Ottobre 1647.

Di V.S. Illustriss.

Humiliss. Seru. Affettionatiss.
Lorenzo Raggi Tes. Gen.

In Reg. Ord. pag. 135.

6. Et in riguardo della pouertà de' Minori Osseruanti di San Francesco non possono essere astretti dagli Appaltatori de' macelli de' luoghi,

oue

oue stanno detti Frati à pigliare la carne da loro è potendola andare à pigliare in altri luoghi circonuicini, doue si dà à minor prezzo, che così è stato deciso in Roma dalla Congregatione de' Prelati di Camera in fauore de' Frati di S. Francesco del Conuento di S. Antonio del monte di Rieti, prut sequitur.

Reatina.

Gabella Carnis, Tertij quatrini.

In nomine Domini Amen.

PRæsenti publico Instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum quod Anno ab eiusdem Domini nostri Iesu Christi Natiuitate millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, Indictione 14. die verò vndecima Ianuarij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Alexandri Diuina Prouidentia Papæ Septimi anno eius sexto pro Reuerendis Fratribus Sancti Antonij de Monte Ciuitatis Reate, Ordinis Sancti Frncisci Reformatorum principalibus contra Dominos Lauretum Angelottum, & alios Gabellarios tertij quatrini Carnis exaduerso principales. I. Pellicia Sanctissimi Domini Nostri Cursor retulit in scriptis se die octaua eiusdem citasse coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Thesaurario Dominum Iacobum Martinellum exaduerso Procuratorem supradictorum Dominorum Laureti Angelotti, & aliorum Gabellariorum tertij quatrini carnis ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, forsitan nulliter, & in-

cultè tentos in vim quarumcumque facultatum &c. absolui à censuris &c. ad effectum, &c. & videndum deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, quatenns opus sit concludendum, & audiendum definitiuam sententiam ad tertiam diem, qua adueniente, relatione facta, comparuit Dominus Ioannes Palumbus Procurator, & petijt, ac per Dominum nostrum obtinuit pronunciari, concludi, ac sententiari definitiuè, prout in cedula, quam Dominus vidit, legit, subscripsit, & deinde mihi Notario consignauit tenoris sequentis, videlicet.

Sententia Thesaurarij.

CHristi nomine inuocato pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitiuam sententiam, quam de Iuris peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quæ coram Nobis versæ, & vertũtur indecisis inter Dominos Lauretum Angelottum, & alios Gabellarios exactionis gabellæ tertij quatrini &c. Ciuitatis Reate Actores ex vna, & Reuerendos Fratres Sancti Antonij de Monte eiusdem Ciuitatis Reatæ, Ordinis Sancti Francisci Minoris Obseruantiæ Reformatorum Reos conuentos partibus ex altera, de, & super prætensa solutione gabellæ tertij quatrini carnis, seu &c. rebusque alijs, & illarum occasione, de quibus latius in actis causæ, ad quæ &c. In prima instantia dicimus, pronunciamus, & declaramus, dacernimus; concludimus, & definitiuè sententiamus prædictos Lauretum, & alios Gabellarios litis consortes nullum ius, nullamque actionem habuisse, neque habere aduersus dictos Fratres nihil habentes, nihilque possidentes

sidentes pro exactione dictæ Gabellæ tertij quatrini carnis, seu, &c. neque competisse, neque competere, prout Nos illos nullum ius, nullamque actionem habuisse, neque habere, neque competisse declaramus, & volumus: & dictos Fratres tamquam exemptos à dicta Gabella non teneri, neque obligatos esse ad solutionem dictæ Gabellę, prout Nos tamquam exemptos non teneri, neque obligatos esse declaramus, & volumus, & molestias, molestationes, vexationes, perturbationes fore, & esse friuolas, & iniustas, & temerarias, & de facto illas declaramus, & volumus; & dictos Fratres à petitis per dictos Lauretum, & alios Gabellarios litis consortes, absoluendos fore, & esse, prout Nos absoluimus, & absolutos esse volumus: & illis imponendum fore & esse perpetuum silentium, prout Nos imponimus, & victus victoribus in expen. condemnā. fore, & esse, prout nos condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de iure, reseruamus, declaramus, decernimus, concludimus, & definitiuè sententiamus, & isto, & omni alio meliori modo, &c. Ita pronunciaui ego Laurentius Bellus Auditor Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. Super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit à me Notario infrascripto, vt vnum, vel plura, publicum, seu publica conficerem, atque traderem Instrumentum, & Instrumenta, prout opus fuerit, & requisitus ero. Actum Romæ, Domi solitæ residentiæ dicti Illustrissimi Domini Thesaurarij, præsentibus, &c. Dominis Carolo Nichio, & Iosepho Sibilla Testibus ad prædicta omnia, & singula, vocatis, habitis, specialiter, atque rogatis, &c.

Loco † Sigilli.

Ego Antonius Iordanus Reuerendæ Cameræ Apo-

Apoſtolicæ Notarius de præmiſſis rogatus præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicaui.

Gabella.

Monitorium pro obſeruantia Bullæ Pij Papæ V. in fauorem Fratrum Reformatorum S. Franciſci.

Antonius Barberinus tit. Sanctiſſ. Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis, S. R. E. Camerarius.

VNiuerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Diaconis, Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuſcunque, illique, vel illis, cui, vel quibus præſentes noſtræ oſtenſæ fuerint, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire mandatis.

Noueritis nuper coram Nobis in Camera Apoſtolica, pro parte, & ad inſtantiam Reuerendorum Patrum Guardiani, & Fratrum Sancti Petri in Monte Aureo, Ordinis Sancti Franciſci Mendicantium principalium comparitum: & expoſitum extitiſſe, quod licet ipſi tamquam de Ordine Mendicantium iuxta formam Conſtitutionum Summorum Pontificum, & præſertim Conſtitutionis ſan. mem. Pij Papæ V. in ordine 11 §.1. ſint immunes, & exempti à ſolutione omnium, & quarumcumque Gabellarum, tam Communitatum, quàm Cameraliũ, & cuiuſuis alte-

alterius generis, & speciei pro rebus, quæ in Alma Vrbe pro eorum victu, & vestitu; & alio quocumque vsu in dies introducuntur, & ab ipsis emuntur, & venduntur respectiuè, & super prædictis à quoquam molestari non possint, neque debeant.

Nihilominus Domini Dohanerij Vrbis & forsan alij Appaltatores, Subappaltatores, Gabellarij, Commissarij, & alij in executione præsentium nominandi, & cognominandi, nescitur, quo iure suffulti se se velle instantes ad solutionem prædictarum Gabellarum cogere, & compellere iactarunt, & iactant, & forsan cogunt, & compellunt de præsenti, in graue ipsorum exponentium damnum, & preiudicium, & contra formam supradictarum Constitutionum.

Qui propterea ad Nos in eadem Camera Apostolica recursum habuerunt, humiliter supplicantes, quatenus eis in præmissis de aliquo opportuno iuris remedio prouidere dignaremur.

Nos itaque attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam. Quocirca de mandato Sanctissimi Domini Nostri Papæ, viuæ vocis oraculo nobis desuper facto, & auctoritate nostri Camerariatus officij, Vobis, omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum tenore præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra, imò verius Apostolica auctoritate inhibeatis, & inhibendum expressè præcipiatis, & mandetis omnibus, & singulis Dominis Iudicibus Ecclesiasticis, & sæcularibus quacumque auctoritate fungentibus, & functuris,

ris, ac ſupradicti Dohanerijs Vrbis, & aliorum quorumcumq; locorum, & alijs Appaltatoribus Subappaltatoribus, Gabellarijs, Commiſſarijs, Datierijs, paſſuum, & pontium exactoribus, ac portarum Cuſtodibus, omnibuſque alijs in executione præſentium nominandis, & cognominandis, Bariſellis quoque, executoribus, ſubexecutoribus, cæteriſque Iuſtitiæ Miniſtris ne ſub 200. ducatorum auri in auro Cameræ Apoſtolicę applicandorum mandati executiui pro illis,& in iuris ſubſidium excõmunicationis, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs,cẽſuris, & pœnis arbitrio noſtro infligendis audeant,ſeu prȩſumant, aut illorum aliquis audeat, ſeu præſumat dictos Reuerendos Patres inſtantes pro ſolutione ſupradictarum Gabellarum, & aliorum quorumcumque onerum moleſtare,vexare, perturbare, inquietare, impedire, ſeu moleſtari, vexari, perturbari, inquietari, & impediri facere, ſeu permittere par ſe, aut alium, ſeu alios quouis ſub prætextu,cauſa, ingenio, & quæſito colore, alioquin contra inobedientes, & præmiſſis non parentes ad ſupradictarum pœnarum incurſum,illarumque exequutionem deueniemus, prout iuſtitia ſuadebit, & ordo dictauerit rationis.

Contrarijs non obſtantibus quibuſcumque, & ſi quis &c compareat &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Camera Apoſtolica hac die 16. Septembris 1654.

Franciſcus Maria Antaldus Auditor.
Loco † Sigilli.

B. Brunorus.

Inhibitio vigore exemptionum, deſumpta ex Originali, quod aſſeruatur in Archiuio S.Franciſci Tranſtyberim.

Gene-

Generalis.

SVMMARIVM

Officium Generalis ad sexennium est redactum, num.1.
Quam iurisdictionem habeat in Ordine. n.2.
Ad Generalem pertinet instituere Commissarium Generalem. n.3.
Congregationem intermediam celebrare, aut differre. num.4.
Ad eum spectat Constitutiones, & Priuilegia dubia declarare. num.5.
Non immeritò vtitur titulo Ministri Generalis totius Ordinis. Assistit in Capella Sanctissimi. num.6.
Articulis contra Generalem nostrum porrectis prouisum fuit à Sacra Congregatione de Propaganda Fide, in concernentibus profectum Terræ sanctæ, & prouisiones sanctorum Locorum. num.7.

1 IN Ordine Minorum Sancti Francisci ex institutione Regulæ durabat toto vitæ decursu, sed postea eius Officium per Leonem X. & Sixtum V. ad sexennium redactum est.

2 Generalis Minister in Ordine habet supremam auctoritatem, & iurisdictionem ordinariam, tam internam in foro conscientiæ, quàm externam in foro contentioso, à qua nullus eximitur, & cui omnes obedire tenentur, quam auctoritatem habet à Capitulo Generali, à Summo Pontifice sibi traditam. Sancor. in Comment. pag.604. stat.27. Suarez tom.4. de Relig. tract.10. lib.10. cap.4. Lezan n.12.

3. Ad

3. Ad Generalem pertinet instituere Commissarium, qui in eius absentia, familiam, de qua assumptus est, cum plenaria potestate gubernet, vsque ad suum reditum, de aliquorum Discretorum Ordinis consilio. In Constit. Ord. cap. 8. pag. 157. n. 4.

4. Ad eum spectat Congregationem intermediam celebrare, ipsamque vrgenti de causa differre. Ibid. nu. 2.

5. Fratres Minores Regularis Obseruantiæ tenentur declarationibus, & interpretationibus factis à Generali circa Constitutiones, & priuilegia, quoad dubia, stare in his, quæ ad suarum conscientiarum serenitatem pertinet, ex concessione Iulij II. Constit. 13. Considerantes, §. 1. apud Peyr. tom. 1. priuil. pag. 102.

6. Titulus Ministri Generalis translatus est ad Fratres de Obseruantia à Leone X. & Patribus Conuentualibus datus est Titulus Magistri Generalis Conuentualium. Nunc verò ex concessione Sixti V. Generales Conuentualium gaudent titulo Generalis Ministri Conuentualium, non amoto tamen titulo Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum ab Obseruantibus, ex Decreto sacræ Rituum Congregationis, prout sequitur, videlicet.

Cum Procurator Generalis Fratrum Minorum Conuentualium Sancti Frãcisci sex ab hinc annis ęgrè ferret Ministrũ Generalem de Obseruantia in præteritum vsum fuisse, & in præsentiarum vti titulo, & sigillo cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis FF. Minorum recursum habuit ad Sanctissimum, supplicans mãdari reformari huiusmodi titulum, tanquam non legitimè dicto Ministro Generali de Obseruantia competentem, & supplicatione per Sanctissi-

num ad hanc Sac. Rituum Congregationem remissa; Eadem Sacra Congregatio discussionem huius negotij ad referendum vsque de anno 1625. commisit Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Muto, coram quo formato dubio de consensu ambarum partium, An titulus Ministri Generalis totius Ordinis Fratrũ Minorum, quo insignitur Minister Generali Obseruantium, sit reformandus, vtraque parte sæpè sæpiùs in facto, & iure desuper informantes & audita ad relationem eiusdem Eminentissimi Cardinalis Muti, causa acerrimè in plena Congregatione discussa. Sac. Rituum Congreg. respondit, nihil innouandum, & Ministrum Generalem de Obseruantia legitimè vsum fuisse, & vti posse titulo, & sigillo cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis Fratrũ Minorũ, & ita seruari mandauit Romæ die 22. Martij 1631.

C. Episcopus Portuen. Card. Pius.

Loco † Sigilli.

T. Tegrimius Episcopus Assisien. Secretarius.

In Regesto huius Congregationis fol. 47.

Hinc est, quod inter Generalis Ord. Minorum Sancti Francisci, solus Generalis Fratrum Minorum de Obseruantia, vnà cum Generalibus aliarum Religionum assistit Capellæ Sanctiss. D. N. Papæ, ideò non immerito vtitur titulo Ministri Generalis totius Ordinis.

7. In concernentibus profectum Sanctorum locorum Terræ sanctæ, & prouisionem Religiosorum eorumdem locorum porrecti fuerint Sac. Congreg. de Propaganda fide nonnulli articuli contra P. Generalem totius Ordinis S. Francisci, quibus prouisum fuit ab eademmet Sacra Congregatione prout sequitur.

Die

Die 21. Februarij 1647.

FVit Congregatio particularis pro audiendo Patre Generali Minorum de Obseruantia, apud Emin. D. Cardinalem Capponium, cui interfuerunt cum Emin. Sua Domini Cardinales Ginettus, & Iustinianus specialiter deputati à Sacra Congreg. de Propaganda fide, & in ea Primò actum fuit inter prædictos Dominos Cardinales de articulis contra præfatum Generalem datis à Missionarijs, & alijs Religiosis eiusdem Ordinis, & licet essent octo, præfati tamen Patres, eos ad quatuor tantum redigerunt, in quibus illi octo continebantur. Quorum

Primus fuit, quod prædictus Generalis non deputauerit in Vrbe aliquem ex Superioribus prædicti Ordinis, qui in eius absentia approbaret Religiosos ad Missiones proficisci volentes, nec qui eis (factis Missionarijs) debitas obedientias expediret, cum quibus ad loca eis destinata se transferre possent.

Secundus fuit, quod studium Arabicum in Conuentu Sancti Petri de Monte Aureo erectum Religiosis linguæ Arabicæ operam dare volentibus, non prouiderit.

Tertius fuit, quod eleemosynas Sanctorum Looorum, quæ ex Hispania fuerunt transmissæ, ascendentes ad summam 36. millium Realium, de octo, non miserit, prout moris est, ad Guardianum Hierosolymitanum.

Quartus fuit, quod cum insteterit Sac. Congregationem sanctorum Locorum, ne fieret amplius Commissarius Generalis Terræ sanctæ in Vrbe, & præsertim Guardianus proximè functus officio Guardianiæ Hierosolymitanæ, & Sa-

cra Congregatio prædicta huic eius petitioni annuerit, decreuitque Romæ retinendum esse Guardianum prædictum sine titulo aliquo, pro capiendis tantùm ab eo in occurrentibus negocijs Terræ sanctæ, informationibus; Ille nihilominus Commissarium Generalem Terræ sanctæ in Vrbe fecerit Patrem Antonium de Castiglia.

Secundò, digestis modo, quo supra narratis articulis vocatus fuit in Congregatione prædictus Pater Generalis, qui audito Eminentissimo D. Cardinali Capponio, qui de prædictis articulis breuiter habuit sermonem, & sensum Sacræ Congregationis de Propaganda fide, circa illos aperuit; Breuiter etiam ipse Generalis, commendata sententia prædictæ Sac. Congregationis, respondit se paratum esse exequi quæcumque illa præceperit circa prædictos articulos, & in specie, quoad eleemosynas pro locis sanctis collectas, & iam in Siciliam delatas, dixit illas esse in promptu, & data opportuna occasioue, ad Guardianum Hierosolymitanum esse transmittendas; & insuper adiecit, maiorem etiam summam in Cadix reperiri, ad eundem effectum, & subinde conquestus est de Missionarijs in Terra Sancta, Syria, Palęstina, & Ægypto degentibus, qui iura Cappellanorum eiusdem Terræ sanctæ sibi vsurpant, cum præiudicio sanctorum Locorum.

Tertiò, Dimisso præfato P. Generali, post longam inter ipsos Eminentiss. Patres discussionem prædictorum Articulorum, & aliorum etiam ad Decreta edita per sacram Congregationem sanctorum Locorum pertinentia conuenerunt in infrascriptis conclusionibus, prædicto P. Generali, iterùm in Congregatione vocato communicatis,

tis, videlicet incipiendo ab his, quæ P. Generalis postremo loco subiunxit, dixerunt.

Primò, Sacram Congregationem de Propaganda Fide, nullum Regularem Missionarium expedire, nisi priùs habita relatione à Generali, vel à Procuratore, vel à Superiore illius qui petit missionem, eum esse, quoad vitam, mores, scientiam, & prudentiam, ad illam idoneum: & ideò deputandum esse aliquem à prædicto Generali, qui approbet Missionarios in eius absentia.

Secundò, eamdem sacram Congregationem hucusque, neque ad Vrbem Hierosolymitanam, neque ad alias Vrbes præfatæ sanctæ Ciuitatis vicinas, videlicet, Bethleem, & Nazareth vllum Missionarium destinasse.

Tertiò, Dictis Missionarijs Syriæ, & Palęstinæ, ac Ægypti, de quibus conqueritur dictis Pater Generalis, quod Cappellanias Familiæ Hierosolymitanæ vsurpauerint, facta fuerunt à Congregatione de Propaganda Fide, vtraque parte informante, decem Decreta sub die prima Octobr. 1630. & ab Vrbano Octauo die 22. Nouemb. eiusdem anni approbata, quibus præscribuntur Capellaniæ, & iura Parochialia dictis Capellanis Familiæ Hierosolymitanæ.

Quartò, Studium Arabicum omnino esse Romæ retinendum, sub immediata gubernatione Generalium, vel Commissariorum Generalium, iuxta Decretum editum die 18. Octobris 1628. & Generali prædicto iniungendum esse, vt iuxta illud præfatum studium de Religiosis bonis prouideat.

Quintò, Eleemosynas Sanctorum Locorum, pietate Hispanorum, & præsertim Regis Catholici collectas, ac in Italiam missas, quam primum esse ad Guardianum Hierosolymitanum

transſmittendas, vt hactenus ſumma cum diligentia factum fuit,& ipſe Pater Generalis,vt ſupra, paratum ſe eſſe mittere obtulit, ne vſuris grauibus Loca ſancta onerata, creditorum violentijs, mediantibus Turcis, ab alijs Nationibus ſchiſmaticis, & hæreticis, Latinis eripiantur.

Sextò, Commiſſarium Generalem Terræ ſanctæ in Vrbe non eſſe ampliùs deputãdum. Guardianumque Hieroſolymitanum proximè officio functum,ſiue alium pariter informatum, ſine titulo eſſe retinendum, pro informatione.

Septimò, & poſtremò, Corrigndum eſſe Decretum Sacræ Congregationis ſanctorum Locorum,vbi de familia Hieroſolymitana fit mentio, in hunc modum, videlicet: Quoad ſecundum articulum,omiſſis alijs,Eminentiſſimi Patres, electionem Guardiani Hieroſolymitani, an eius familiæ, ac Religioſis vita, moribus, doctrina probatis conſtandæ P.Generali reliquerunt.

In Regeſto Ordinis tom. 5. fol. 239. & mihi fol. 151.

Guardianus.

SVMMARIVM.

In electione Guardianorum obſeruanda ſunt Breuia Apoſtolica, num.1.

Præſcribitur modus eligendi, num.2.

In Capitulis, & Congreg.debent renunciare officijs ſuis. num.3.

Guardianus Hieroſolymitanus eſt eligendus à Superioribus Generalibus, num.4.

Eſt verè Prælatus, & quam auctoritatem habeat. num.5.

Si

Si moriatur intra ſemeſtre ſui officij, quare alius eſt eligendus? num.6.

Vltra triennium, & ſemeſtre durare non poteſt: num.7.

Quo caſu, non vt Guardianus, ſed vt Præſidens poteſt ferre ſuffragium. n.8.

Guardianus quomodo poteſt carcerare ſubditos? num.9.

1 DEclarat Capitulum Generale, quod in electionibus Guardianorum obſeruetur Breue Vrbani Octaui, Religioſos viros 1642. & Alexandri Septimi, Creditæ Nobis 1663.

2. Modus tamen eligendi talis erit, videlicet, Antequam Patres ingrediantur Definitorium fiat inter ipſos diſcuſſio ſuper meritis, & qualitatibus promouendorum, & præcipuè attendatur iuſtitia diſtributiua, pro pacis conſeruatione. Deinde Præſidens, ſeu Prouincialis proponat vnum pro quolibet Conuentu ſucceſſiuè, ſuper quo ſumantur ab Electoribus calculi nigri, vel albi ad hoc præparati, & ſic ſecretò, abſque alia diſcuſſione, ponantur in vrna. Si aliquis propoſitus fuerit in Guardianum alicuius Conuentus, & per vota fuerit excluſus, non cenſetur excludi pro alio Conuentu. Rom. 1664. Quòd ſi maior pars fuerit affirmatiua, electus intelligatur; ſi verò erit negatiua, proponatur alius à Præſide, ſiue Prouinciali, donec electio canonica fiat. Quòd ſi primo propoſito à Præſidentibus, vt eligatur, vota fuerint æqualia, Declarat Capitulum Generale ipſis liberum fore pro propoſito decidere Rom. 1644. Si calculi in electione Guardiani nõ ſint pares numero eligẽtium, aut inueniuntur pauciores, tunc propter

fraudem non debet publicari electio, cùm non sit Canonica. Sanctor. in Comment. cap. 8. stat. 6. dub. 2.

2. Renouatur statutum, quòd omnes Guardiani in Capitulis, & Congregationibus suo renuncient officio, quòd si non fecerint, ipsos tamen renunciasse censeantur. Rom. 1664.

4. Sacra Congregatio de Propaganda Fide, stando decretis aliàs editis sub die 21. Februarij 1647. Iterùm sanciuit, in posterum Guardianum Sacri Montis Sion à Superioribus Generalibus Ordinis Franciscanorum, iuxta eorum Constitutiones, esse eligendum, cum participatione Eminentissimi D. Cardinalis Protectoris; certiorata Sacra Congregatione, aliàs electionem esse, & fore inualidum, nulliusque roboris, & inanem. Hac die 16. Nouembris 1654. In Regesto huius Congreg. fol. 125.

5. In Ordine Minorum Regularis Obseruantię Guardianus est verè Prælatus, & Superior localis, habens iurisdictionem ordinariam, & dignitatem Ecclesiasticam, qualem habent Parochi, & Curati animarum, & habet tantam authoritatem in suo Conuentu quantam habent Prouinciales in Prouincia, nisi fuerit limitata per Statuta Generalia. Sanctorius in Comment. pag. 26. §. 9. & aliquando Guardianus appellatur Minister, vt habetur in Regula. Vt obediant suis Ministris: Nomine autem Ministrorum, intelliguntur omnes Prælati, vt omnes Expositores Regulæ affirmant apud Cordub. quæst. 2. Sicuti antiquitus nomine Custodis, veniebant etiam Generalis, & Guardiani ex cap. 8. Regulæ, ibi, Alium sibi eligere in Custodem, idest Generalem, & vltra communem praxim, à principio Ordinis, conijciunt

citur ex Testamento Beato Patris Francisci,& illi Guardiano, quem sibi placuerit mihi dare. Ibidem vbi supra.

9 Cùm igitur Guardianus sit verè Prælatus, si intra semestre sui Officij moriatur, ne Domus Regularis sibi commissa viduata remaneat, & graue dispendium patiatur, debet à Definitorio de alio Guardiano prouideri,sub pœna priuationis potestatis eligendi,prout in cap. Ne pro defectu, de electione & cap. quia propter. Hinc est quod in Constitutionibus Reformatorum nostræ Cismontanæ familiæ, inhærendo præfatæ Decretali; prouisum fuit de sequenti statuto cap.8. n.60.pag.63.videlicet.

Morendo,ò vacando qualche Guardiano, prima della festa del P.San Francesco, sia obligato il Ministro con il Definitorio eleggere vn' altro, ma morendo dopo, il Ministro vi faccia vn Presidente fino al Capitolo, in cui non hauerà il voto.

In quo statuto patet expressè Cõuentum, seu Domum Regularem de Guardiano prouideri debere, quando ante medietatem anni decedit,sed tutiùs esset eligere alium, etiamsi moriatur nono,aut decimo mense Guardianatus,ne Conuentus, ac etiam Prouincia ob carentiam voti Capitularis, graue dispendium patiatur.

7 Guardianatus officium vltra triennium prætendi non potest ex Constit. Pauli IV. Viam ambitiosæ, nihilominùs quia Prælati Generales nostri Ordinis, ob causam legitimam ex declaratione Clem.Octaui,vltra triennij tempus possunt differre Capitula per sex menses, etiam toto eo tempore ipsi Guardiani durabunt, prout in Chronologia Ord. in Tabula Capituli Generalis Rom.1612.

8 Finito tamen triennio, & semestre Guardianatus, si nullus sit missus Commissarius, ex aliquo accidenti, gubernabunt tamquam Præsidentes, sed non habebunt votum in Capitulo immediatè sequenti, nisi ipsis concedatur à Superiore Generali, cui hanc facultatem, Capitulum Generale demandauit cum consensu Procuratoris Generalis, & Definitorum Generalium, si præsentes fuerint in Constit. Ord. de anno 1658. cap. 8. §. 47. pag. 209.

Ne mireris de hac prouisione consulta, & diligenter examinata in Sacra Congreg. super statu Regularium, quia attentis narratis à Patre Generali à Sambuca, benignè annuit, & approbante Sanctissimo Alexandro VII. præfatum statutum confirmauit, dummodo illis Præsidentibus Conuentuum tantùm, qui functi sunt officio Guardianatus, & Patribus Definitorij conferatur votũ ad effectum celebrationis Capituli illius Prouinciæ, ne remaneat viduata, & graue dispendium patiatur ob carentiam Ministri, & Definitorij Prouincialis.

9 Guardianus potest carcerare suos subditos, quando committitur delictum graue, & enorme, & periculum est in mora, vel quando non posset haberi in proximo præsentia Prouincialis; & tunc Guardianus de consilio Discretorum, carcerare potest, non tamen sine caputio, & chorda, quia esset carceratio formalis, sed ad custodiam tantùm, donec certioret Prouincialem. Sanctor. de pœnis tom. 1. pag. 165. Nec potest eos liberare sine licentia Prouincialis, vel Generalis, si tamen essent indebitè carcerati, tunc posset liberare, tamen puniri debent. Ibidem pag. 167.

Habi-

Habitus.

SVMMARIVM.

Quod nullus puer expleto anno ſexto, poſſit indui ex deuotione, habitu Religionis, n.1.
Quod nullus audeat deferre habitum Religionis Sancti Franciſci ſine ſuperiorum licentia, n.2.
Nemini licitum faciant, vt Habitum cum Caputio, Tunica, ſeu mantello conſueto deferant, num.3.
Edictum Vicarij Papæ pro obſeruantia præfati Breuis Vrbani Papæ VIII.n.4.
Deciſio Rotæ Romanæ Iuris conferendi habitum Tertij Ordinis Sancti Franciſci, n.5.
Morientes cum habitu Religionis, quas Indulgentias lucrantur? n.6.
Formula benedicendi habitum infirmis concedẽdum, cum caputio, vel velo, ſi eſt mulier, n.7.
Formula abſolutionis, quæ datur Chordigeris, & Confratribus Tertij Ordinis in articulo mortis, num.8.
Volentes ſepeliri cum habitu impediri non poſſunt ſub pœna excommunicationis, n.9.
Oſculantes habitum Religionis, lucrantur quinque annos, Indulgen. & totidem quadrag.n.10.
Prohibentur libri, & Imagines, in quibus tractatur de vera forma habitus, & caputij Sanctorum Franciſci, & Antonij de Padua, n.11.

1 QVod nullus Puer ex deuotione poſſit indui habitu Religionis, expleto anno ſexto ſuæ ætatis, prout in ſequenti prouiſione, videlicet.

Al Sig. Card. Buoncompagni. Napoli.

HAuendo inteſo la Santità di N. Signore, il publico ſcandalo, che ſuol darſi in coteſta Città dal gran numero de ſecolari, che ancorche ſiano maggiori di dieci anni in quindici, veſtono formatamente, ſotto preteſto di deuotione l'habito di S. Franceſco, per eſtirpare affatto queſto abuſo, con il parere di queſti miei Signori ſi è riſoluto, che niſsuno de ſecolari, che ſian entrati nel ſettimo anno della ſua età poſsa veſtire l'habito di detto Ordine, ò di qualſiuoglia altra Religione, e di già quando lo portaſsero, debbano immediatamente deporlo, che toccheranno nel ſettimo anno, come di ſopra; mi hà però commeſso di farlo ſapere à V.S. Illuſtriſſima, à fine che in eſecutione di queſt' ordine ſi compiaccia di far ſopra di ciò tutte quelle prouiſioni, che con la ſolita ſua prudenza giudicherà più opportune, con che le bacio le mani.

Di Roma li 10. Gennaro 1627.

2 Quod nullus audeat deferre habitum, ſeu tunicam oblongam Tertij Ordinis S. Franciſci ſine ſuperiorum licentia, extat Breue Vrbani Papæ Octaui, Cum ſicut &c. die 5. Octobris 1638. vbi inter alia. Omnibus, & ſingulis locorum Ordinarijs, ac Nuncijs vbiuis terrarum conſtitutis, & degentibus directè præcipit, ne de cætero quemquam Tunicam oblongam Tertij Ordinis S. Franciſci, cum vel ſine mantello, abſque Superiorum prædicti Ordinis licentia in ſcriptis obtenta, nullomodo deferre permittant: vtque ſi aliquem præmiſsorum tranſgreſsorem repererint, illum carceri mancipandum, tali habitu exuendum, & arbitrarijs pœnis mulctandum irremiſſibiliter curent.

3 De-

3 Deinde nemini licitum faciant (quacumq; super hoc obtenta licentia) vt habitum huiusmodi cum caputio, vel tunica, seu mantello consuto deferant: sublata eiusdem Ordinis Superioribus, ipsisque locorum Ordinarijs, ac Nuncijs Apostolicis, & eorum cuilibet, quauis auctoritate, licentias huiusmodi cuiquam concedendi &c. prout in Miscellanea Decretorum fol. 59. vbi adest etiam Edictum Vicarij Papæ pro obseruantia præfati Breuis, tenoris sequentis, videlicet.

Frater Antonius Barberinus, miseratione Diuina tit. S. Petri ad Vincula S. R. E. Presbyt. Cardinalis S. Onuphrij nuncupat. Sanctissimi D.N. Papæ Prouicarius Generalis, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, &c.

4 PErche molti abusando l'habito di Tertiario di S. Francesco, portano, ò la semplice Tonica longa, col mantello, ò senza licenza de' Superiori di detta Religione; ouero vi aggiungono anco il capuccio cucito, ò mantello, ò all'habito, & altri di questi non stando in Conuento, vanno scandalosamente vagando, ò sotto specie di peregrinatione, ò sotto altro mendicato pretesto, & altri viuono iu alcune Chiese, ouero Capelle sotto nome di Romiti, dalche vien cagionata materia di scandalo, ò di poca riputatione dell'istessa Religione, & hauendo la Santità di Nostro Signore per suo Breue speciale spedito sotto li 5. d'Ottobre del presente anno dato opportuno rimedio à tanti inconuenienti, e scandali.

Noi volendo, che s'osserui inuiolabilmente l'ordine di N.S. in virtù del presente Editto, ordiniamo,

niamo, & espressamente comandiamo in memoria di Leone Decimo, che haueua concessa la medesima Indulgenza plenaria, la quale fù derogata nella generale reuocatione dell'Indulgenze, fatta dall'istesso Paolo Quinto del 1606. Il quale poi del 1608. à di 8. Giugno la restituì ad istanza del P. Lodouico da S. Gio: Euangelista, Commissario Generale dell'Oltramontana Famiglia de Minori Osseruanti, come appare in vn foglio stampato quì in Roma del 1609. e la contesta Geronimo Rodriquez, & altri.

Queste dunque sono l'Indulgenze, non reuocate, che giornalmente ponno guadagnare i Frati, visitando due volte il giorno la propria Chiesa per guadagnare l'Indulgenze delle Stationi; come si è detto di sopra; e dire spesso la Corona di sett'imposte per guadagnare l'Indulgenza plenaria. Ponno anco conseguire l'Indulgenze concesse à tutti i Fedeli Christiani in qualsiuoglia Chiesa del mondo, come fanno i Secolari, non essendo di minor conditione di quelli nelle cose spirituali, perche Paolo V. gli riuocò l'Indulgenze, che solamente per loro erano state concesse.

Decisio Sacra Rota Romana coram R. P. D. Merlino in causa Vlixbonen. Iuris conferendi habitum.

Luna 23. Iunij 1636.

5 CVm disceptaretur inter Fratres Minores de Obseruantia, & Fratres Tertiarios Regulares Sancti Francisci cuinam istorum Ordinũ competeret ius, & facultas racipiendi sæcula-

res ad habitum Tertij Ordinis de Pœnitentia, siue dictum habitum sæcularibus conferendi, fuit per sententiam Rotalem pronunciatum pro Fratribus Minoribus de Obseruantia, quam sententiam hodie coram me confirmandam esse censuerunt Domini. Hæc sententia fulcitur, & principijs Iuris communis, & consuetudine, & Constitutionibus Pontificijs, & demum communicatione Priuilegiorum, prout in Regesto Congreg. Concil. Trident. fol. 82. Quibus prætermissis, breuitatis causa tantùm dicam, quod huiusmodi habitus collatio per Sixtum IV. demandata fuit Fratribus Minoribus in Bulla edita de anno 1471. quæ est in Collectione Bullarum Ordinis Sancti Francisci compilata per Rodr. fol. 144. & relata per eumdem Rodr. qq. Regul. q. 72. art. 1. vers. Ibi similiter statuit, quod

Prælati prædicti Ordinis Minorum possint recipere volentes aggregari huiusmodi Tertio Ordini, ac etiam possint eisdem Tertiarijs deputare Visitatorem, seu Confessorem prædicti Ordinis Minorum de Obseruantia. Quæ verba videntur omnem tollere controuersiam; sicut fusiùs in dicta decisione.

De morientibus cum habitu Religionis.

1 CVm habitu nostro morientibus, vel cum eo sepeliri eligentibus, Clem. IV. & Nicol. IV. tertiæ partis omnium peccatorum remissionem concesserunt. Leo V. concessit Indulgentiam plenariam morientibus cum nostro habitus ad quam lucrandam declarauit sufficere habitũ petijsse, licèt ante mortem eum non induerit, sed super se tantùm vsque ad mortem habuerit. Hieron. Rodr. resol. 71. n. 9. Casarub. v. Indulgen-

tiæ

tiæ quoad sæculares, n. 6. §. 6. vel morientibus cum habitu Sororum Tertiæ Regulæ S. Francisci, sub obedientia eiusdem Ordinis degentium. Ibidem §. 7.

Ad lucrandum has Indulgentias, necesse est recipere habitum à Superiore illius Religionis, cuius est habitus, vel ab alio ad hoc destinato. Sixtus IV. in Bulla aurea, non est autem necesse, vt habitum petentes eleemosynam dent pro induendo Religiosum, cuius est Habitus, ad effectum lucrandi Indulgentias, qui tunc eas non lucratur, licèt dare possit ratione eleemosynæ. Rodr. art. 10. to. 2. qq. Regul. q. 76.

Formula benedicendi habitum infirmis concedendum, cum Caputio, vel velo, si est Mulier.

Adiutorium nostrum, &c.
Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

7 DOmine Iesu Christe seminator, & inspirator religiosi propositi, quique indumentum nostræ carnis pro salute generis humani misericorditer suscipere voluisti, & in Præsepio vilibus pannis inuolui non horruisti, respice propitius ad preces humilitatis nostræ, & has Religiosas vestes, quas hic famulus tuus (vel famula tua) N. propter amorem tuum, abiecto habitu sæculari proponit induere, bene†dicere tua pietate digneris, & concede propitius, vt sicut exteriùs his Religionis induitur vestimentis, intus renouetur affectibus, & per intercessio-

nem B. Patris Noſtri Franciſci induerē, eum, (vel eam) digneris. Qui viuis, & regnas, &c.

Poſtea ſuper chordam dicatur,

Oremus.

DEus, qui vt ſeruum abſolueres, Filium ligari funibus voluiſti; bene†dic quæſumus funem iſtum, & præſta, vt famulus tuus, vel famula tua N. qui, vel quæ eo, velut ligamine pœnitentiali cingetur, vinculorum eiuſdem Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti memor exiſtat, & in ordine quem aſſumit ſalubriter perſeueret, & tuis cum effectu ſemper obſequijs ſe alligatum eſſe cognoſcat. Per eundem, &c.

Hic habitus, & chorda aſpergantur aqua benedicta, & induitur à Prælato, vel à Delegato, & dicat ſuper eum.

Dominus vobiſcum, &c.

Oremus.

MAieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, vt famulum tuum, vel famulam tuam N. cui, de tua gratia præſumentes, noſtræ Religionis veſtem imponimus, digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, iuſtitiæ lorica munite, & ſalutis protegere veſtimento, vt intercedente B. Patre noſtro Seraphico Confeſſore tuo Franciſco, ſub humilitatis veſte tibi perſeueranter deſeruiens, ad ſtolam immortalitatis, & gloriæ mereatur peruenire. Qui viuis &c.

Hic

Hic cingitur à Prælato, vel Delegato. Cingulum.

Oremus.

DEus, qui B. Petro Apostolo tuo, significans, qua morte clarificaturus esset Deum, prædixisti, per alium in senectute ipsum fore cingendum, famulum tuum, vel famulam tuam N. quem cingulo nostræ Fraternitatis præcingimus, tua quęsumus charitate præcinge, tui nominis metu constringe, & chorda salutari, cor eius regulari alliga disciplina, vt tua ei opitulante gratia solutus, & liberatus à mundo, tuoque vinctus seruitio in Ordinis, quem assumit, obseruantia, vsque in finem iugiter perseueret. Qui viuis, & regnas, &c.

Tandem super indutum, vel indutam dicatur.

Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

DEus, qui mira Crucis mysteria in tuo Deuotissimo Confessore Beato Francisco multiformiter demonstrasti; da famulo tuo N. vel famulæ tuæ, ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muneri. Per Christum, &c.

Formu-

Formula Absolutionis, quæ datur Chordigeris, & Confratribus Tertij Ordinis in articulo mortis.

8 FActa Confessione, & dictis Misereatur, &c. Indulgentiam, & dicatur.

Dominus noster Iesus Christus per merita suæ sanctissimæ Passionis, te absoluat, & gratiam suam tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, & Summorum Pontificum, mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, Absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, & interdicti (si quod incurristi) & restituo te vnitati, & communioni fidelium, & Sanctis Sacramentis Ecclesiæ.

Item eadem auctoritate, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate humana, vel malitia deliquisti, tibique relaxo omnes pœnas Purgatorij, quas pro peccatis tuis commissis meruisti; concedens tibi remissionem, & Indulgentiam plenariam omnium peccatorum, & cunctorum, de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuisti in quantum Claues Ecclesiæ se extendunt, & restituo te illi innocentiæ, in qua eras, quando baptizatus fuisti In nomine Patris, &c. Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita B. Mariæ semper Virginis, &c. Quod si hac vice non decesseris, reseruo ibi hanc gratiam vsque ad extremum mortis tuæ articulum.

9. Volentes sepeliri cum habitu Fratrum Minorum impediri à Parochis non possunt, sub pœna excommunicationis incurrendæ, post Canoni-

nonicam monitionem, Papæ reseruatæ Sixtus IV. Bulla 14. apud. Rodr. n. 48.

10. Ioannes XXII. concessit quinque annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs (qui sunt dies 2075.) osculantibus habitum Ordinis Sancti Dominici, quæ Indulgentia communicatur etiam Minoribus Portel. v. Habitus in addit. n. 4. ex Collect. priuil. v. Indulgentia, quoad sæculares §. 9. n. 6.

Quam Indulgentiam ijdemmet Regulares lucrari poterunt, quia conceditur omnibus Christi fidelibus habitum osculantibus, inter quos, Fratres deterioris conditionis esse non debent.

Nec indulgentia hæc reuocata est per Paulum V. quia non est concessa fratribus immediatè; sed omnibus etiam sæcularibus. Vide quàm vberem cęlestes lucrandi thesauros materiam, nobiscum quotidie, perpetuò habeamus.

11. Demum ad amputandas lites, quæ in dies oriebantur inter Fratres Minores Conuentuales, & Capuccinos circa veram formam habitus, & Caputij Seraphici Ordinis; Sanctissimus Dominus Noster Vrbanus Papa Octauus die 14. Decembris 1630. mandauit eisdem sub excommunicationis pœna ipso facto incurren. necnon priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, alijsque etiam corporalibus arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis; ne audeant, de cætero, voce, vel scripto de huiusmodi materia tractare, donec ab eadem Sanctitate Sua aliter fuerit ordinatum. Io: Antonius Thomasius Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Notarius. Denique Sanctissimus D. N. Alexander Papa VII. fieri mandauit sequentia Decreta, quæ sunt inserta, & impressa in nouo Indice librorum prohibitorum hoc anno 1664. videlicet.

Libri omnes impressi, & qui inconsulta Sacra Congregatione imprimentur, tractantes controuersiam de vera, & non interrupta successione filiorum S. Francisci, & de vera forma Caputij eiusdem, prohibentur sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis. Die 10. Iunij 1638.

Inscriptiones omnes Imaginum Sanctorum Francisci, & Antonij de Padua, in quibus dicitur, formam habitus, qua depicti sunt, esse eandem, qua ipsi vsi fuerunt; vel in quibus asseritur in hoc, vel illo Ordine S. Francisci esse veram, legitimam, & non interruptam eiusdem S. Patris in filios successionem: Inhęrentes Decreto aliàs edito die 10. Iul. 1658. prohibentur Romæ 20. Nouemb. 1663.

Hospitium.

Vide V. Conuentus num. 7.

Ieiunium.

SVMMARIVM.

Regulares possunt annunciare ieiunia in suis Ecclesijs, imo ad id cogi per Episcopos. n. 1.

Quando vigilia S. Ioannis Baptistæ contingit in festo Corporis Christi anticipanda est fer. 4. num. 2.

Idem declaratum est pro vigilia S. Antonij de Padua, apud Conuentuales. n. 3.

1 Regulares in celebratione Missæ possunt annunciare ieiunia in Ecclesijs, Sac. Con-

habetur præfatum Breue per extensum fol. 92.

3. Quia Fratres Minores Conuentuales ex Constitutione Vrbana tenentur peragere vigiliam Sancti Antonij de Padua, & insuper ieiunare, oblata ab ipsis supplicatione Sacræ Rituum Congregationi quid agendum, quando præfata vigilia occurrit in festo Corporis Christi; eadem Sacra Congregatio respondit huiusmodi ieiunium feria 4. immediatè antecedente esse anticipandum. Facta autem de prædictis Sanctissimo relatione, Sanctitas sua annuit, ac præcitatos fratres à præcepto quo ipsis Vrbana Constitutione, ieiunium prædictum patet iniunctum, absoluit. Die 26. Maij 1659.

I. Episc. Sabin. Card. Sachettus.

Loco † Sigilli.

F. Maria Phœbeus S. Rit. Cong. Secretarius.

In Reg. eiusd. fol. 140.

Incorporatio.

INcorporatus in aliena Prouincia gaudet præcedentia à die Incorporationis, si incorporatio facta fuit ad sui requisitionem, & commodum; Si verò motu proprio Generalis, vel ad petitionem Prouinciæ, acquirit præcedentiam à die habitus. Sanctor. de pœnis tom. 1. pag. 410. & 414.

Incorporati.

SVMMARIVM.

Reuertentes ad propriam Prouinciam, in pęnam deferant signum probationis. n. 1.

1 STatuitur, quòd de nouo reuertentes ad propriam Prouinciam in alia incorporati, non gaudeant præcedentia, nisi à die nouæ receptionis, & incorporationis, subeantque pœnam taxatam per Constitutionem generalem Segoniensem. Rom. 1664. videlicet.

Quicunque in alia Prouincia incorporatus, ad suam reuerti impetrauerit, in suæ mobilitalis pœnam non recipiatur, nisi per bimestre caparronem portauerit. Si autem de mandato Prælatorum, pro vtilitatæ suæ Prouinciæ ad instantiam maximè Patrum eiusdem Prouinciæ reuerterit, nulla afficiatur pœna. Chronol. Ordin. tit. de Incorporat. pag. 622. col. 2.

Indulgentiæ.

SVMMARIVM.

Fratres lucrari possunt Indulgentias Pauli V. num. 1.

Leonis X. & Pauli III. n. 2.

Item plenariam Indulgentiam recitando Coronam Deiparæ 7. Pater noster, & 72. Aue Maria, n. 3.

Indulgentiæ pro Confratribus Tertij Ordinis, & Chordigeris, n. 4.

Indul-

Indulgentiæ pro visitantibus Ecclesias Ordinis Minorum Bullæ Sixti Quinti, & Gregor. XV. num. 5.

Declaratio, quod Indulgentia Portiunculæ in Anno Sancto non reuocatur. n. 6.

Ecclesijs Regularium alias concessæ Indulgentiæ non fuerunt sublatæ, n. 7.

PRimò differendum est de indulgentijs non reuocatis, quæ à Fratribus in dies lucrari possunt. Secundò de Indulgentijs concessis Confratribus vtriusque sexus Tertij Ordinis S. Francisci, necnon Chordigeris. Tertiò de Indulgentijs concessis vtriusque sexus fidelibus visitantibus Ecclesias Fratrum, & Monialium Ordinis S. Francisci in eorum Festiuitatibus.

1. Primò, quoad Fratres. Postquam Paulus V. reuocauit omnes Indulgentias per suos Prædecessores concessas Regularibus: die 23. Maij 1606. loco illarum, quasdam alias ad taxam concessit, decreuitque quòd his tantùm fruerentur, quæ sequuntur.

1. Nel giorno, che canonicamente piglieranno l'habito Regolare per causa di far professione in quello, se veramente pentiti, e confessati si communicheranno Indulgenza plenaria.

2. Ai Nouitij, che pentiti, confessati, e communicati doppo l'anno della probatione faranno professione Indulgenza plenaria.

3. A quelli, che nella festa principale del suo Ordine si confesseranno, e communicheranno, ò diranno Messa, pregando per la Concordia de' Prencipi Christiani, estirpatione dell'heresie, salute del Pontefice Romano, & esaltatione di Santa Madre Chiesa, Indulgenza plenaria.

4. A chi in articolo di morte, veramente pen-

pentito,confessato,e communicato, e ciò non potendo fare, almeno contrito, diuotamente inuocherà il nome di Giesù con la bocca,e non potendo, col cuore, Indulgenza plenaria.

5. A chi legitimamente ordinato celebrerà la prima sua Messa, & anco à quei Religiosi, che confessati, e communicati interueniranno alla detta Messa,ouero nell'istesso giorno similmente celebreranno, Indulgenza plenaria.

6. A tutti quelli, che con licenza de'Superiori suoi, separandosi da negotij per dieci giorni, si ritireranno in cella, ouero si separeranno dalla conuersatione degli altri esercitandosi nel leggere libri spirituali,ò in altre opere ch'induchino alla deuotione, e meditatione de' misterij della Cattolica Fede, de'diuini beneficij, de'Quattro Nouissimi,della Passione di Nostro Signore Giesù Christo, e d'altri esercitij d'orationi iaculatorie, ò vocali,esercitandosi nell'oratione mentale, almeno per spatio di due hore, frà il giorno, e la notte, facendo nell'istesso tempo la generale ouero annuale, ò ordinaria Confessione de' suoi peccati, e communicandosi, ouero celebrando Messa, per ogni volta, che ciò eserciteranno, indulgenza plenaria, e remissione di tutti i loro peccati.

7. A chi diuotamente visiterà la propria Chiesa, & iui farà oratione, come di sopra concede l'istesse indulgenze, che nei giorni di Stationi conseguiscono quelli,che visitano le Chiese, dentro,e fuori di Roma, come se personalmente le visitassero.

8. A ciascheduno, che dirà cinque Pater noster, e cinque Aue Maria auanti l'Altare della propria Chiesa, per ogni giorno cinque anni d'Indulgenza, & altrettante quarantene, e l'istesso

à Pre-

à Predicatori, ò lettori, che ritrouandosi in viaggio, ò fuori de'Chiostri, con licenza de'suoi Superiori diranno i sudetti cinque Pater noster, e cinque Aue Maria auanti qualsiuoglia Altare.

9. A tutti i sudetti, che ogni giorno per lo spatio di mezz'hora per vn mese intiero faranno oratione mentale, confessandosi, l'vltima Domenica di detto mese, sessant'anni, & altrettante quarantene d'indulgenza.

10. A tutti quelli, che con cuor contrito, e pentito, accuseranno le loro colpe, peccati, & imperfettioni ne'Capitoli delle colpe, e spiritualmente communicheranno, e faranno esercitio di virtù, trè anni, & altrettante quarantene.

11. A qualsiuoglia, che con licenza del Sommo Pontefice, ò de'suoi Superiori, sarà mandato in stati, terre, ò luoghi d'Infedeli, ò Heretici per predicare, ò insegnare ai Cattolici, ouero per conuertire, e ridurre alla Cattolica Fede, e grembo di Santa Chiesa gli Heretici, & Infedeli e che (per meglio prepararsi all'opra) pentito, e confessato si communicherà, ò celebrerà messa, indulgenza plenaria, e questo per due volte, cioè quando si preparerà al viaggio, e quando sarà entrato nella Prouincia, alla quale sarà destinato.

12. A tutti quelli, che almeno per spatio di due hore, che in diuersi tempi, confessati, e communicati, e dopò hauer celebrato Messa, interuerranno all'oratione delle quarant'hore, che sarà ordinata da'loro Superiori nelle Visite generali per il buon progresso d'esse visite, iui pregando per la concordia de' Prencipi Christiani, estirpatione dell'heresie, salute del Sommo Pontefice, esaltatione di Santa Madre Chiesa, & accrescimento della Disciplina, & osseruanza Re-

golare, indulgenza plenaria, e remissione come sopra.

De magna Indulgentia Stationum.

2 NOn è reuocato l'indulto delle Stationi fatto da Leone Decimo, e Paolo Terzo, quali concedono ai Minori, che possino guadagnare l'Indulgenze della Portiuncula, delle Stationi di Roma, di Gierusalemme, e di San Giacomo di Galitia, in Chiesa, in Claustro, ò in casa, & in qualsiuoglia luogo, ogni volta, che diranno cinque Pater noster, e cinque Aue Maria con il Gloria Patri, per l'esaltatione di Santa Chiesa, estirpatione dell'heresie, e pace trà Prencipi Christiaui, con vn'altro Pater noster, Aue Maria, e Gloria Patri per Sua Santità.

Perche questa non è concessione d'Indulgenza, ma priuilegio per acquistarla, così non è reuocato, perche nell'indulgenze delle Stationi vi sono due cose, vna l'indulgenza, e questa non è reuocata da Paolo Quinto, e la possono conseguire tanto i Regolari, quanto i secolari; l'altro è il modo d'acquistare l'indulgenza, cioè il visitare quella Chiesa, alla quale è concessa l'Indulgenza delle Stationi.

Il dire dunque i sopradetti Pater noster, &c. diretta, e principalmente non è concessione d'Indulgenza, ma Priuilegio, e quasi dispensa, che ai Frati Minori non sia necessario visitare quei luoghi pij, doue si guadagnano quelle Indulgenze, & in cambio di quelli glie n'assegna altri, perciò non è reuocato da Paolo V. Portell. & altri.

Di più gli Oracoli viuæ vocis concessi ai Frati Minori, publicati prima delle Costitu-

tio-

tioni di Gregorio Deci moquinto, e d'Vrbano Ottauo furono confermati con Bolle di Clemente Ottauo, Ratio Pastoralis. da Paolo Quinto Iniuncti nobis: Perciò le gratie, e priuilegij fatti viuæ vocis oraculo sono priuilegij, e concessioni per Bolle. Nè osta, che detti oracoli in quelle Bolle non sono espressi, de verbo, ad verbum: perche basta, che ex certa scientia, & in genere, sotto nome di viuæ vocis oracula, con la clausula, Quorum tenores, ac si de verbo ad verbum, perche in tal modo lasciano di esser oracoli, e si fanno concessioni per Bolle Pontificie.

Per ciò il sudetto Priuilegio di Leone Decimo, e Paolo Terzo, non s'intende reuocato da Gregorio XV. & Vrbano Ottauo, quantunque sia stato concesso per oracolo, perche fù fatto auanti Pio V. Gregorio XIII. Clemente VIII. e Paolo V. i quali innouarono il detto oracolo, e così hà forza di nuoua concessione per Bolle, e Breui, Peyrin. in addit. ad Constit. Vrbani Octaui, e queste sono le sue parole, Ista reuocatio non intelligitur de viuæ vocis oraculo ante Pium Quintum, & etiam Gregorium Decimum tertium, quoniam isti ea innouarunt, & habent vim nouæ concessionis.

Nè sotto la sudetta reuocatione cadono i viuæ vocis Oracoli, che concedono l'Indulgenze, perche queste in quelle Costitutioni, non sono nominate, nè possono essere comprese col nome de' Priuilegij, ò gratie, essendo l'Indulgenze totalmente diuerse. Nec cadunt sub ista reuocatione viuæ vocis oracula concedentia Indulgentias, quia hæc non nominantur, nec venire commodè possunt nomine Priuilegiorum, aut gratiarum, sed sunt omnino diuersa.

Peirino, & altri. Siche tutte l'Indulgenze concesse dalla Sedia Apostolica dopò la commune reuocatione dell'Indulgenze fatte à Regolari del 1606. sempre restano valide, ancorche alcune fossero state concesse Viuæ vocis oraculo, per le ragioni addotte dal Peirino, & altri.

3. Tale è l'Indulgenza plenaria concessa da Paolo V. ai Frati Minori, e per participatione ai fratelli, e sorelle del terz'Ordine, e della Compagnia del Cordone, ogni volta, che ciascheduno di loro dirà la Corona della Madonna di sette Pater noster, e settanta due Aue Maria con vn Pater noster, & vn'Aue Maria, per Sua Santità, come si faceua per la santa memoria: comandiamo, che per l'auuenire nessuna persona di qualunque stato, ò conditione, sotto qualsiuoglia pretesto, ò quesito colore, ardisca andare vestito con tonica, e mantello longo, ò senza di esso, dell'habito della Religione Francescana senza espressa licenza dei Superiori di detta Religione. Et in oltre prohibiamo, che nessuna persona, etiam con licenza de' Superiori della detta Religione possa portare la Tonica, sotto pena à tutti quelli, che contrauerranno di esser carcerati, e spogliati dell'habito, e sotto altre pene à nostro arbitrio.

E di più comandiamo à tutti i Ministri soggetti alla nostra giurisdittione, tanto in Roma, quanto nel distretto di essa, che ritrouando alcun Romito, ò altri, che porti il detto habito senza licẽza, de' Superiori, debbano condurli, ò farli condurre nelle carceri, con farli spogliare di detto habito. Et in euento, che ritrouassero alcuno di questi col Capucio, come sopra, vogliamo, che sia condotto nelle carceri, e spogliato, ancorche hauesse qualsiuoglia licenza da qualsisia Supe-

riore di quella Religione, reseruando all'arbitrio nostro di poterlo castigare con altre pene più graui. Data in Roma nella nostra solita habitatione li 27. Nouembre 1638.

I. B. Episc. Camerin. Vicesg.

Loco † Sigilli.

Bernardino Larizza.

Secundò. Quoad Confratres Tertij Ordinis, & Chordigeros.

I Fratelli, e sorelle del Terzo Ordine del Padre S. Francesco per concessione Apostolica possono guadagnare respectiuè tutte le sudette indulgenze concesse ai Frati Minori, non reuocate; e di più quelle, che specialmente sono state concesse al loro Instituto da diuersi Sommi Pontefici, come appariscono in diuerse Regolette del Terz'Ordine.

Circa i fratelli, e sorelle della Compagnia del Sacro Cordone, Papa Paolo Quinto li concesse dodici amplissime Indulgenze, poste di sopra V. Confraternitas, num. *6.* e Papa Gregorio XV. per vn suo Breue delli 10. Nouembre 1622. communica, dona, e concede ai medesimi Confrati, e Consuore della Compagnia del Sacro Cordone del P.S.Francesco d'Assisi, tutte l'Indulgenze, remissioni de' peccati, e relassationi di penitenze, che come Regolari vengono concedute ai Frati Minori.

Tertiò, quoad visitantes Ecclesias Ordinis Minorum.

1 IN dubio, An Indulgentiæ plenariæ concessæ visitantibus Ecclesias Regularium, in eorum festiuitatibus fuerint reuocatæ à Paulo V. in reuocatione generali Indulgentiarum? Declaratum fuit à Congregatione Indulgentiarum ab eodem Paulo Quinto deputata, nequaquam esse abrogatas, prout supra V. Confraternitas num. 4. Nihilominùs, quia aliquando plerique Ordinarij nituntur impedire publicationem præfatarum Indulgentiarum, ob imperitiam earumdem, ideò, data opera, refero hìc Breuia Apostolica, concedentia Indulgentias plenarias in præcipuis festiuitatibus nostri Ordinis, ac Portiunculæ, vt ea videant, ac legant, si opus fuerit.

SIXTVS PAPA V.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CVm à primæua Institutione Regulæ B. Francisci, tam ob illius, & SS. Antonij de Padua, Ludouici Episcopi, & Confessoris, Bonauenturæ, & Bernardini, necnon Diuæ Claræ, aliorumque eiusdem Ordinis sequacium sanctitatem, & miraculorum multitudinem, quàm etiam ob multorum ipsius Religionis Summorum Pontificum prædecessorum nostrorum merita: ingens vbique Christi fidelium multitu-

do

do singularem erga quemcumque dictorum Sanctorum gerat deuotionis affectus. Nos vt ipsorum fidelium deuotio huiusmodi non modò conseruetur, sed in dies magis augeatur, animarumque saluti vberiùs consulatur, precibus etiam dilecti filij Clementis Bontadosij Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium Ministri Generalis super hoc nobis humiliter porrectis inclinati, tam omnibus, & singulis dicti Ordinis Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de Obseruantia nuncupatorum Fratribus, & Moniaribus, quàm cęteris vtriusque sexus Christi fidelibus, qui verè pœnitentes, & confessi, ac Sanctissima Communione refecti; diebus festis Sanctorum Francisci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, Ludouici Episcopi, & Confessoris, ac Bernardini prædictorum eorumdem Fratrum Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de Obseruantia. Necnon die festiuitatis Sanctæ Claræ Monialium dicti Ordinis Monasteriorum vbilibet Constitutorum Ecclesias, tam erectas, quàm erigendas, vel earum aliquam, à *primis vesperis vsque* ad occasum Solis eorumdem dierum, singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obstantibus Cõstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumq; Vt autem præsentes literæ ad ipsorum Christi fidelium notitiam faciliùs, citiusq; perueniant, volumus,

 quod

quod earum exemplis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris, die 28. Septembris 1585.
Pontificatus nostri Anno Primo.

Io: Baptista Canobius.

Aduertendum pro intelligentia festiuitatis Sanctæ Claræ, contra vtrumque Rodriquez, & alios, quod sicut in festo Sancti Bonauenturæ lucratur Indulgentia plenaria à Fratribus, Monialibus, & sæcularibus, tam in Ecclesijs Monialium Sanctæ Claræ, quàm in Ecclesijs Conuentualium, Capuccinorum, & Obseruantium, confessis, & communione refectis; ita è conuerso in festo Sanctæ Claræ eadem Indulgentia plenaria lucratur in Ecclesijs eorumdem Fratrum, tàm à Fratribus, quàm sæcularibus confessis, & communicatis prout sonant verba Bullæ, & declaratum fuit nouissimè die 9. Augusti 1663. à Consultoribus Sacræ Situum Congregationis, & prout ab antiquo vsus recipit in Vrbe, vbi in foribus Ecclesiarum præfatorum Fratrum, & Monialium apponitur Tabella Indulgentiæ plenariç in festo eiusdem S. Claræ.

Quoad

Quoad visitantes Ecclesias Fratrum Minorum de Obseruantia, & Reformatorum vbilibet in festo Portiunculæ.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

SPlendor Paternæ gloriæ, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementia eius Maiestatis sperantium, tunc præcipuè benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas Sanctorum precibus, & meritis adiuuatur. Volentes igitur omnes, & singulas Ecclesias Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Obseruantia, etiam Reformatorum vbique existentes aliquo spirituali munere illustrare, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi: omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra communione refectis, qui aliquam ex dictis Ecclesijs in secunda die mensis Augusti, à primis Vesperis vsque ad occasum Solis diei huiusmodi, singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis

eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 4. Iulij 1622. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

S. Card. S. Suſanna.

Declaratio, quod præfata Indulgentia Portiunculæ, in Anno Sancto non reuocatur.

INNOCENTIVS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

6 CVm ob Sacri Iubilęi celebrationem à Vigilia Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti præſentis anni inchoatam, & vſque ad finem eiuſdem anni duraturam, omnes, & ſingulas Indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remiſſionem quibuſuis Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, & alijs locis pijs ſæcularibus, & quorumuis Ordinum etiam Mendicantium Regularibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſsas, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſuſpenderimus, ac ſuſpenſa eſse declarauerimus, eaſque eodem anno durante nulli prodeſse, aut ſuffragari debere decreuerimus, prout in noſtris ſub plumbo deſuper expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Nos cupientes, vt Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum domus Ordinis Fratrum Minorum S. Franſci de Obſeruantia prope, & extra muros Ciuitatis

tatis Assisien. congruis frequentetur honoribus ad eamque Christi fideles eo lubentius accedant, quo exindè spiritualibus gratijs se vberius refectos conspexerint. Tenore præsentium declaramus mentis, & intentionis nostrę minime fuisse, nec esse sub prædicta Indulgentiarum suspensione, Indulgentiam vtriusque sexus Christi fidelibus prædictarum Ecclesiam die secunda mensis Augusti à primis vesperis vsque ad occasum solis diei huiusmodi visitantibus, & requisita pro eadem Indulgentia consequenda peragentibus concessam comprehendere, prout minimè comprehendimus, nec comprehensam esse in verbo Romani Pontificis attestamur. In contrarium facien. non obstan. quibuscumq; Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscat. die 5. Iulij 1650. Pontific. nostri Anno sexto.

M. A. Maraldus.

Similem declarationem fecerunt Clem. Oct. & Vrban. Oct.

7 Ecclesijs Regularium alias concessæ Indulgentiæ non fuerunt sublatæ per reuocationem earum, quæ concessæ fuerunt personis ipsis Regularibus antè Paulum V. Sacr Congreg Episcoporum, & Regularium 21. Augusti 1615. Gauantus in Manual. Episcoporum V. Indulg. num. 25. Ideò quamplures aliæ referuntur à Rodr. V. Indulgentiæ, & ab alijs Scriptoribus Regularibus, quas breuitatis causa omitto.

Iubilæum.

SVMMARIVM.

Episcopus Confessarios, quos sibi elegerint Moniales tempore Iubilæi concedat, idemque seruari

fa-

faciat apud Monasteria Regularibus subiecta, vt liberius consulant propriæ saluti, n. 1.
Confessarij, etiam tempore Iubilæi, pro Monialibus debent specialiter approbari, n 2.
Iubilæum ex speciali priuilegio Papæ potest lucrari pro defunctis, n. 3.

QVia Iubilæum elargitur pro salute animarum tam sæcularium, quàm Regularium; Ideò Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium mandauit Episcopo Reatino, vt Confessarios, quos sibi elegerint Moniales; tempore Iubilæi, concedat; idemque seruari faciat apud Monasteria Regularibus subiecta, vt liberiùs consulere possint propriæ saluti, prout in sequenti, videlicet.

Vescouo di Rieti.

1 QVesti Eminentissimi miei Signori, hauendo considerato, che sia molto conueniente, che anco à persone claustrali si faccia copia de' Confessori nella dispensatione del pretiosissimo Tesoro de' Santissimi Giubilei Vniuersali, à fine che con più sodisfattione, e quiete delle loro coscienze possano approfittarsi della gratia, ch'in detto Giubileo si concede; mi hanno perciò commesso, con l'occasione del Santissimo Giubileo nuouamente concesso dalla Santità di N. Signore ch' io scriua à V. S. che si contenti con la sua Pastorale pietà, e vigilanza, hauere particolar cura, che le deuote Verginelle, che per maggiormente piacere al loro Sposo Christo se ne stanno ristrette ne' Chiostri de' Monasterij di cotesta Città, possano con piena loro spirituale consolatione, particolarmente del detto Giu-

Giubileo, con mostrarsi lei principalmente facile, e liberale nella deputatione di quei Confessori, che stimerà à proposito, & da esse si desiderano, per potere con maggiore confidenza, e sicurtà nettare, e quietare perfettamente l'interno delle proprie coscienze: E l'istesso auuertirà che si faccia da Superiori Regolari ne' Monasterij à loro soggetti. Non manchi dunque V.S. di conformarsi, e Dio la prosperi.

Di Roma li 24. Marzo 1634.

Hic aduertendum est, quòd Confessarij Generaliter admissi ab Ordinario, non intelliguntur approbati pro Monialibus, etiam tempore Iubilei absque licentia eorumdem Superiorum; prout declaratur in sequenti Decreto.

2 Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Regularium præposita censuit Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad audiendas Confessiones, nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium, ideoque nullum Regularem, sine licentia Prouincialis dictorum Fratrum, ac speciali approbatione Episcopi posse, nec debere ad d. Monasterium Sanctæ Claræ, Terræ Sancti Angeli, neque ad alia quæcumque Monasteria, pro Monialium Confessionibus audiendis accedere.

Romæ die 3. Septembris 1638.

F. Anton. Card. S. Onuphrij.

Loco † Sigilli.

Cæsar Fachenett.

3 Iubilæum ex speciali priuilegio Summi Pontificis lucrari potest pro defunctis Monialibus, prout in sequenti.

Na-

Napoli.

AL memoriale delle Monache di S. Andrea, quali supplicano poter pigliare vn'altra volta il Santissimo Giubileo, & in meno di trenta giorni, per loro, e per i morti.

Sanctissimus Dominus Noster gratiam petitam pro Monialibus defunctis tantùm benignè concessit. Romæ ex audientia Sanctissimi habita die octaua Octobris 1625.

Lectio Linguarum.

SVMMARIVM.

Schola linguarum in præcipuis Ciuitatibus Europæ erigenda, num. 1.

Sac. Congreg. designat modum, & formam faciendi lectionis linguarum, num. 2.

Mandat quod agendum circa subiectionem, & amotionem studentium, ac lectorum, n. 3.

In Conuentibus sit lectio Sacræ Scripturæ, vel Theologiæ scholasticæ, vel moralis, n. 4.

1 ATtento præcepto Pauli Papæ V. Apostolicæ seruitutis, &c. 1610 super erectione scholæ linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Arabicæ in præcipuis Ciuitatibus Europæ, cum iam ab omnibus Regularibus obtemperatum fuerit, nihil aliud remanet adimplendum, quàm publicatio Decreti Sac. Congreg. de Propaganda Fide super erectione, & manutentione studiorum linguarum legendi in omnibus Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, de quo supra. V. Decreta n. 3. & in Reg. huius Congreg. fol. 7.

2 Dein-

2. Deinde eadem Sacra Congregatio de Propag. Fide habita die 11. April. 1625. designauit modum, & formam faciendi Lectiones linguarum, prout in sequenti Decreto, quod pariter legendum est in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, videlicet.

Quoniam impossibile est sine linguarum notitia fidem Catholicam in exteris propagare nationibus, hanc verò notitiam in Religionum familias introducere difficillimum est, sine præcipua Generalium, & aliorum Superiorum cura, & diligentia, Sacra Congregatio de Propaganda Fide Religiosorum Generales omnes, & alios Superiores in Domino obtestan. vt secum cogitantes, quot hæresibus, & erroribus, pleræque Terrarum Orbis nationes laborent, & in quantis ignorantiæ tenebris populi penè innumerabiles versentur, quia non habent, qui eos instruant, & in via salutis opportunè dirigant, omnibus modis velint studia linguarum à Sacro Viennensi Concilio, & à fel.record. Pauli V. Constitutione præcepta, & aliarum etiam, quæ magis ex vsu esse videntur, Illyricæ, & Græcę vulgaris in ijs Monasterijs, & Conuentibus erigere, & instituere; & erecta, & instituta conseruare in quibus Religiosi Artibus, & Theologiæ operam nauant. Quæ quidem studia, ex sententia eiusdem Sac. Congregat. Generales, & alij Superiores facilè instituent, si in modo, forma, & ordine ipsorum constituendis infrascripta obseruare præcipuis mandauerint Decretis.

Primò, vt si non in quolibet, saltem in pluribus ex prædictis Monasterijs, & Conuentibus certus Religiosorum magis idoneorum numerus linguarum studijs addicatur sub aliquo Religioso, vbi studijs Præfectus non extiterit, qui

studiorum huiusmodi promouendorum curam, & sollicitudinem habeat, qui vt muneri suo serius incumbat, ijsdem priuilegij, quibus Magistri, & studiosi fruantur.

Secundò, vt certæ Regulæ, & Constitutiones, quibus numerus, & species linguarum, tempora lectionum, studij, repetitionumque, ac alia huiusmodi à Magistris, & studiosis diligenter obseruari præscribantur, quorum Constitutionum obseruandarum cura prædicto Religioso, vel studij Præfecto committi poterit, qui si suo deerit officio, pro modo culpæ in Capitulis Prouincialibus, & Generalibus grauiter puniatur, in quibus etiam præsens Decretum publicè legetur.

Tertiò, denique, vt præmia, & pœnæ præsertim Magistris, & studiosis proponantur, quæ vehementius eorum animos mouere possint ad linguas alacriùs, & diligentiùs addiscendas, & Sacra Congregatio cum ob Institutorum, & Religionum diuersitatem ea definire visum non fuerit, Generalium, & aliorum Superiorum prudentiæ, & iudicio committenda esse censuit, quos etiam nouo præcepto ad hæc studia instituenda, & conseruanda constringere noluit, sed eos tantum admonere districto Dei iudicio rationem esse reddituros, si Decretum hoc, quod pro Diuinæ Maiestatis gloria, & salute animarm promulgatur obseruare contempserint, vel neglexerint.

In Regesto huius Congreg. fol. 14.

3. Demum circa subiectionem, & amotionem studentium, ac Lectorum linguæ Arabicæ, eadem Sacra Congregatio de Propaganda Fide die 17. Octobris 1527. prouidit, prout in sequenti Decreto.

In-

Instante Commiſſario Curiæ Ordinis Minorum de Obſeruantia ſacra Congregatio declarauit Lectores, & ſtudentes linguarum à iuriſdictione, poteſtate, & correctione Guardianorum, & Prouincialium, ac Generalis, ſeu Commiſſarij Generalis eſſe exemptos, quoad diſciplinam regularem; quo verò ad remotionem eorum à lectura, & à ſtudijs; Lectores quidem inconſulta ſacra Congregatione ab officio legendi, amoueri non poſſe, quia illi ſunt quodammodo Miniſtri Sacræ Congregationis, & ideò eorum nomina, & officia in eius libris deſcribi conſueuerunt; ſtudentes verò à ſolo Generali, vel Commiſſario Generali mutari poſſe, & à ſtudijs remoueri.

F. Ingolus Secret.

Ex Regeſto huius Congregationis fol. 76. & in meo fol. 32.

4 In Conuentibus Regularium, in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt. Lectio ſacræ ſcripturæ ſimiliter habeatur, quæ à Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus aſſignetur dignioribus. Trid. ſeſſ. 5. cap. 1. Cui tamen Decreto ſatisfit ſi habeatur lectio Theologiæ ſcholaſticæ, vel Moralis. Rodr. tom. 2. quæſt. 130. art. 2. & Peyrin. tom. 1. priu. in Conſt. 2. Iulij II §. 5. num. 16.

Lector.

SVMMARIVM.

Theologiæ Lectores quomodo inſtituẽdi, & quibus diebus habere debeant conferentias. n. 1. & 2.

Non gaudent priuilegio, niſi actu legant, quomodo intelligitur. num. 3. & 4.

Pro

v.Priuileg.q.10.Ropriq.1.tom.q.9 artic.10.Sanctorius in Comment.stat.3.pag 302.

De Iubilatis Familiæ Cismontanæ.

5 QVi sine interpolatione Aduentus, & Quadragesimæ Sac. Theologiam decennio legerint, eorum priuilegijs, exemptionibus, & prærogatiuis in omnibus, & per omnia gaudent in Ordine Minorum Obseru. quibus illi gaudent, qui Ministeriatus officio iam functi sunt in eodem Ordine, ijque censentur Lectores Iubilati Familiæ Cismontanæ, Vallis.tit.de studijs, Neapolit.eod.tit.

Poterunt, ad iustitiæ præscriptum, ijsdem gaudere priuilegijs omnibus iuxta statut. Capituli Generalis. Vallisol. (idest in omnibus,& per omnia) qui Sac. Theologiam per annos duodecim legerint, & illud statutum seruandum est, prout in Familia Vltramontana seruatur, non quoad priuilegia, sed quoad institutionem, seu quoad formam instituendi eosdem Iubilatos Cismontanos. Breue Clem.Oct. de anno 1603.

Quapropter,qui iubilare voluerint,teneātur, ante omnia, trium annorum spatio docere Logicam, & Philosophiam, quod iuxta Segouiense statutum, pro vtraque Familia dicti Ordinis, pluries ranouatum (& præcipuè per Breue Vrbani Octaui intelligitur de annis integris, absq; vlla interpolatione Aduentus,& Quadragesimę, neque hic debet habere locum illud. Annus inceptus,habetur pro completo. Segou tit.de stud. Vallisol.eod.tit.

Item qui iubilare voluerunt per lecturam duodecim annorum Sac. Theologiæ, teneantur legere septem mensibus per singulos annos,itaut

eorum

eorum interpolatio Aduentus, vel Quadragesimæ septem mensium lecturam non impediat, neque minuat singulis quibusque annis sufficiẽte præscripti huiusmodi temporis probatione exhibita, per publicam, & authenticam attestationem Guardiani, & Discretorum Conuentus, vbi docuerint dicti Lectores, Idque fiet si attestatio erit propria manu Guardiani, & Discretorum Conuentus obsignata. Rom. 1612. Clem. Oct. & Vrban. Oct.

Vt autem Iubilatorum numerus restringatur, iuxta dispositicnem Capituli Generalis Romani 1612. decernimus, vt pro vnoquoque studio generali in singulis Prouincijs existente, duo tantum Lectores Iubilati esse possunt, quorum altero deficiente, vel per mortem, vel per promotionem sufficiatur ille, qui lectionis cursum priùs absoluerit, quod est seruandum iuxta antiquitatem iuris acquisiti, vel temporis in lectura completi, quæ duo idem sonant. Vrban. Oct. Cum sicut accepimus Segou. de Anno 1621.

Studia Generalia, in ordine ad Iubilationem, in quibus qui iubilari voluerit, saltem per tres annos continuos Sacram Theologiam legere debet, deputantur Conuentus, Romæ Aracæli, Perusij, Anconæ, Florentiæ, Lucæ, Bononiæ, Paduæ, Genuæ, Mediolani, Panormi, Leccij, Aquilæ, Neapolis nouæ, Cracouiæ. Ad hæc autem studia nullus deinceps Lectorum promoueatur, nisi alibi per sexennium sacram Theologiam legerit in Studijs Generalibus, & Prouincialibus, Rom. 1642. Reliqua vide in Const. Ord. cap. 5. pag. 96. sub num. 6.

Lectores Iubilati, quamuis non assumantur per electionem, tamen iure Iubilationis poterunt deinceps subrogari. Rom. 1651.

Lectores Sac. Theogiæ.

6 IN vnoquoque studio generali Sacræ Theologiæ, non collocentur nisi duo Lectores, exceptis ijs, quæ ordinata sunt ad iubilationem, in quibus tres poterunt collocari Rom. 1664. Et non gaudeant Præcedentia (tam Obseruantes, quàm Reformati) nisi in Conuentibus, in quibus actualiter legunt, iuxta Decretum Sac. Congr.

Legatum.

SVMMARIVM.

Moderatio facultatum Fabricæ S. Petri super annuis legatis Pauperibus relictis. n.1.
Declaratio quod in præfata Bulla non comprehenduntur legata pro pijs operibus in certis relicta. num.2.
Haredes possunt se componere cum Fratribus super legatis, de quibus non sunt capaces, n.3.
Fratres Minores possunt recipere sibi legata per modum eleemosynæ. num.3.
Adducitur casus pro Infirmaria Aracęli. n.5.

POst Declarationem Congregationis Reu. Fabricę Principis Apostolorum de Vrbe fauorem Fratrum S. Francisci Minorum de Obseruantia super annuis legatis factis, seu faciendis, cum onere Missarum, seu Officiorum, gratis, siue alio modo, quæ habetur supra Bona temporalia, num. 5. Alexander Papa Constitutionem edidit, moderatoriam facculta-

cultatum præfatæ Reu. Fabricę circa legata pauperibus facta, tenoris seq. videlicet.

Sanctiss. D. N. ALEXANDRI Diuina Prouidentia PP. VII.

Constitutio moderatoria facultatum Reu. Fabricę Basilię Principis Apostolorum de Vrbe circa Legata Pauperibus in genere facta.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SVperni dispositione consilij vices illius gerentes in terris, qui pauperum curam fidelibus suis præcipiens, quod vni ex illis fieret sibi factum asseruit, in his pastoralis officij nostri partes affectu paterno libenter interponimus, per quæ eorumdem pauperum, & præsertim per vicos, & plateas mendicantium necessitatibus opportunè consuli arbitramur.

Cum itaque retroactis temporibus fel. record. Iulius II. Leo X. Clem. VII. Paulus III. & alij forsan Romani Pontifices Prædecessores nostri, vt in honorem Principis Apostolorum Basilica opere supra cætera magnifico, & eleganti in hac Alma Vrbe nostra construeretur, perpendētes suas, & Apostolicæ Sedis facultates ad id minimè suffecturas, Fabricæ dictæ Basilicæ, seu eius Collegio inter alias plures gratias, facultates, & priuilegia applicauerint legata pauperibus in genere sine speciali determinatione, & proprijs

prijs nominibus personarum non expressis relicta: cumque huius applicationis ratione pauperes, & potissimum, mendicantes legatis sibi relictis priuati remaneant, multique pij fideles retrahi, vel saltem tepidiores reddi possint ad relinquendum legata pia, quæ aliàs in eorumdem pauperum commodum relicturi essent, dubitantes irritas, & innanes euasuras similes eorum dispositiones, & in prædictæ fabricæ vtilitatem ob priuilegia præfata cessuras: Nos licet ad absolutam Fabricæ dictæ Basilicæ terminationem, illiusque ornatum à die nostrę ad Summum Apostolatum assumptionis mentem direxerimus, cõsiderantes nihilominus eius admirabilem structuram ad optatum ferè finem esse perductam, ac proindè longè minorem pecuniarum quantitatem nunc pro eius perfectione, & conseruatione, quàm de tempore concessionis antedicti, & aliorum eius priuilegiorum esse necessariam, æquum, & rationi conseutaneum esse censemus, vt sublato priuilegij huiusmodi impedimento Christi pauperes in posterum legata sibi relicta, & pro tempore relinquenda plenè, & liberè capiant, & consequantur.

Motu itaque proptio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione statuimus, & declaramus legata pauperibus in genere vbicumque locorum relicta, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque relinquenda non amplius sub legatorum incertorum nomine in beneficium dictæ Fabricæ iuxta prædicta eius priuilegia conuerti, neque sub eius facultatibus comprehendi, sed illa omnia veluti alia certa pia legata in commodum, & beneficium pauperum,

P qui

qui sub tali nomine secundum iuris interpretationem comprehenduntur, plenè, & integrè iuxtà pias legantium dispositiones cedere, ac ijsdem pauperibus ab hæredibus, alijsque obligatis, & seu à testamentarijs Exequutoribus, vel alijs, quibus legatorum prædictorum solutio, seu exequutio commissa fuit, & erit pro tempore, eadem legata, siue in pecunia, siue in frumento, pane, vino, alijsque ad humanum vsum necessarijs consistant, modis, temporibus, ac diebus à testatoribus, seu legantibus præscriptis solui, & consignari debere.

Quod si ob moram, seu ob negligentiam hæredum, aut Exequutorum, seu aliorum obligatorum, vel etiam ob mortem eorum, quibus pauperum nominatio, & electio, seu aliàs legatorum executio commissa fuerit eorumdem legatorum solutionem, seu consignationem vltra debitum tempus differri, vel impediri contingat volumus, & mandamus, vt locorum Ordinarij, & illis deficientibus Commissarij, & Ministri prædictæ Fabricæ si ad eos deuoluitur, voluntatem testatorum, & relinquentium legata huiusmodi ad commodum, & beneficium eorumdem pauperum dumtaxat, prout seruatur in alijs legatis certis, exequantur.

Porrò quoad legata pro pijs operibus in genere etiam ad arbitrium, nominationem, electionem, seu declarationem certorum Exequutorum seu aliorum specificandis, & declarandis relicta, nullum præsenti nostra Constitutione eisdem Fabricæ præiudicium inferre nihilque super his de nouo statuere intendimus, quinimò omnia, & singula eius iura, & priuilegia per Summos Pontifices prædecessores nostros hactenus in præmissis concessa præseruamus, in casibus tamen

men in quibus Exequutores, seu alij præfati, quibus competit facultas (quam per huiusmodi priuilegia Fabricæ nullatenus impediri volumus) illam exercere, & ad nominationem, electionem, seu declarationem deuenire nolint, vel nulla facta declaratione decesserint.

Hanc verò Constitutionem, tam in casibus futuris, & deinceps contingentibus, quàm in præsentibus, & præterquam in eis legatis, & relictis, quæ hactenus à præfata Fabrica, seu eius Ministris agnita, acceptata, & incorporata fuerunt, etiamsi super illis in quacumque instantia lis pendeat indecisa, seruari, & locum habere volumus, & declaramus.

Cæteris autem eiusdem Fabricæ; seu illius Collegij priuilegijs, gratijs, & facultatibus in ijs, quæ præsentibus non aduertantur, nullum ne minimum quidem præiudicium per præsentes illatum, aut illis derogatum esse, seu intelligi, dici, vel censeri posse, sed ad illas, & illa in suo robore, & firmitate remanere debere, decernimus itidem & declaramus.

Decernentes etiam præsentes literas, & in illis cōtenta nullo vnquam tempore etiam ex eo quo Oeconomus, & alijs Officiales præfatæ Fabricæ, cæterique in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad ea vocati, vel auditi, causæque propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, vel sufficienter, aut etiam vllatenus iustificatæ non fuerint, de subreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quouis alio quantumuis substantiali defectu notari, vel ex quocumque alio capite etiam in corpore iuris clauso impugnari, rescindi, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius, vel controuersiam vocari, seu

aduersus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concesso, quempiam in iudicio, vel extra illud, vti posse, sed easdem præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ne sub similium, vel dissimilium Cõstitutionum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas esse, & censeri, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, ac etiam quoslibet S.R.E. Collegij Fabricæ præfatæ Cardinales, necnon causarum Palatij Apostolici Auditores, & quosuis alios quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata, eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Non obstan. præmissis, ac quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Collegij præfati etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, gratijs, facultatibus, & litteris Apostolicis per prædictos, & quosuis alios Romanos Pontifices etiam prædecessores nostros in fauorem eiusdem Fabricę, ac illius Collegij, etiam per viam contractus iurati, & sub quibusuis verborum tenoribus, & formis, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia deque Apostolicæ

licæ potestatis plenitudine etiam consistorialiter, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie, & aliàs quomodolibet emanatis, concessis, ac etiam pluries approbatis, & confirmatis.

Quibusomnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales importātes mentio, seu quæuis alia expressio facienda, aut quæuis alia exquisita, & insolita forma ad hoc seruanda esset, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, formamque in illis traditam pro seruata habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice ad effectum præmissorum dumtaxat specialiter, & expresè, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem, vt præsentium transumptis etiā impressis manu Notarij publici subscriptis & sigillo personę in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides iniudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, velostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti 1655. Pontificatus Nostri anno primo.

G. Gualterius.

2. Postquam, cum in dies orirentur dubia super legatis, in genere pauperibus relictis, per aliam Constitutionem, præfatus Pontifex, declarauit in eadem prima Bulla non com-

P 3 pre-

prehendi legata pro pijs operibus incertis relicta prout sequitur, videlicet.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DEcet Romanum Pontificem æqui, bonique supremum assertorem in terris à Domino constitutum illa, quæ ex circumspecta eius prouidentia piè sapienterque processeruut, cum ab alijs, quàm æquitatis ratio postulet deto: queri intelligit, opportunè declarationis ministerio, ita dilucidare, vt securioris, & eius intentione deflectentis interpretationis occasio cuilibet precidatur.

Aliàs siquidem emanarunt à Nobis literæ in simili forma Breuis tenoris, qui sequitur, videlicet, Alexander Papa Septimus ad perpetuam rei memoriam.

Superni dispositione consilij vices illius gerentes in terris, &c. vt supra diximus, pag. 379.

Cum autem (sicut accepimus) nonnulli exequutores testamentarij ad exequenda diuersa legata pro pijs operibus incertis relicta deputati, præinsertæ Constitutionis nostræ prætextu illa in commodum Fabricæ prædictę iuxtà illius priuilegia minimè conuerti debere, nec ad illam quouis modo spectare, neque sub eius facultatibus comprehendi prætendant in maximum ipsius Fabricæ damnum, & præiudicium.

Hinc est, quod Nos omnem, quæ præmissorum occasione enata est, & post hac nasci posset cōtrouersiam, & ambiguitatem tollere, eiusdemque fabricæ indemnitati consulere cupientes, mo-

motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conſtitutionem præinſertam in illis dumtaxat legatis quæ pauperibus in genere expreſsè, & explicitè relicta ſunt hactenus, & in futurum relinquentur, ſiue per hæredes, ſiue per exequutores, vel alios quoſcumque veniant diſtribuenda; locum obtinere, non autem ad alia quęcumque legata pro pijs operibus incertis hactenus relicta, & in poſterum, quandocumque relinquenda vllatenus porrigi, ſeu extendi poſſe, vel debere tenore præſentium declaramus, ac perpetuò ſtatuimus, & decernimus.

Ac quæcumque priuilegia, indulta, gratias, & facultates prædictæ Fabricæ, eiuſque Congregationi, & Officialibus quibuſuis, circa applicationes legatorum proprijs operibus incertis (non tamen pauperibus in genere, ſicut ſuprà dictum eſt) relictorum in commodum, & vtilitatem ipſius Fabricæ à prædictis, & alijs quibuſuis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quouis modo conceſſa, & conceſſas illorum ten. & datas præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes aduerſus Conſtitutionem præinſertam, indeque ſequuta quæcumque in integrum, ac priſtinum, eumque in quo antequam eadem Conſtitutio emanaret, quomodolibet erant ſtatum, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, reſtituimus, & plenariè reintegramus, illaque quatenus opus ſit, reualidamus, ac itidem perpetuò confirmamus, & approbamus.

Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta, quæcumque etiam ex eo, quod quilibet etiam ſpeciali, & indiuidua mentione digni in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quouis modo prętendentes illis non con-

senserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentes emanarunt sufficienter, aut vllatenus adductæ verificatæ, & iustificatæ fuerint, seu ex alia quacumque quantumuis pia, iuridica, & priuilegiata causa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore Iuris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo vmquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrę, vel interesse habentium consensus, alioue quolibet quantumuis magno formali, & substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, infringi, impugnari, retractari, in controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, seu aduersus illas aperitionis oris, restitutionis in integrũ, vel aliud quodcumque iuris, facti, seu gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu scientia, & potestatis plenitudine similibus concesso quempiam in iudicio, vel extra illud vti posse, sed ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac supradictæ Fabricæ plenissimè suffragari, sicque in præmissis censeri, atque ita, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quauis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque futuros sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quatenus opus sit nostræ, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de iure quæsito non tollendo, ac præinsertis nostris litteris, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in eisdem

volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem vt earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extrà illud quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscat. die 26. Nouemb. 1660. Pontific. nostri Anno sexto.

S. Vgolinus.

3 Demum in materia legatorum perpetuorum, de quibus Fratres Minores de Obseruantia non sunt capaces, Clemens Papa Septimus concedit facultatem Ministris Prouincialibus posse se componere cum hæredibus, mediante Syndico Apostolico, ne piæ Testatorum voluntates frustrentur, prout sequitur, videlicet.

CLEMENS PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dilectis filijs Ministris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obseruantię.

Dilectis Filij salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NVper pro parte vestra Nobis expositum fuit, quod forsan hactenus cōtigit, & in fu-

tutum etiam contingere poſſet, quod aliqui Chriſti fideles ad veſtrum Ordinem, fratres, & loca ipſius Ordinis gerentes, in eorum Teſtamentis inſtitutiones, ſeu legata fecerunt, aut facient, quorum ex veſtræ Religionis Regulæ, & profeſſionis puritate, quam ſeruatis, capaces non eſtis.

Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cum hæredes inſtituti ſine executione per huiuſmodi teſtatores deputati in conſcientia ſe grauatos ſentiant, ad pias defunctorum voluntates exequendas deſuper opportunè vobis, ac ipſis hæredibus, & exequutoribus conſulere, & prouidere de Apoſtolica benignitate dignaremur.

Nos cupientes pias ipſorum defunctorum intentiones, & voluntates, quantum fieri poteſt executioni mandari, & attendentes, quod in huiuſmodi legatis, & inſtitutionibus mens illorum fuerit, & ſit veſtram releuare penuriam, ac proinde veſtrorum ſuffragiorum ſpiritualium participes fieri, pro exoneratione quoque conſcientiarum dictorum hæredum, & executorum huiuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, decernimus, declaramus, diſponimus, ac firmiter ſtatuimus, & ordinamus, ac vobis concedimus, quod vos ſinguli Miniſtri Prouinciales, in Prouincijs veſtris, vel Guardiani, cum aliquibus Diſcretis domorum, vel locorum, quibus huiuſmodi legata, & inſtitutiones factæ fuerunt, vel in poſterum fient, quorum non eſtis (vt præfertur) capaces mediantibus Procuratoribus, & Syndicis eorumdem locorum, cum dictis hæredibus, & executoribus ſuper præmiſſis inſtitutionibus, & legatis componere poſſitis, & valeatis, prout vo-

bis

bis secundùm æquitatem, & bonam conscientiam visum fuerit, ad certam summam,& quantitatem pecuniarum, aut rerum, prædictos hæredes,& executores,semel tantum,soluendam,& tradendam Fratribus, & locis prædictis ad ipsorum releuandas necessitates, seu ipsa loca fabricanda, facta desuper ipsis hæredibus, & executoribus, plena, & libera, ac perpetua absolutione, & quietatione, quæ Apostolica authoritate fit approbata, & roborata. Ita quod deinceps prætextu talium testamentorum, institutionum, & legatorum amplius molestari non possint in iudicio, vel extra.

Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem, quod præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis,& sigillo alicuius Prælati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides, tam in iudicio,quàm extra adhibeatur,quæ præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 13. Nouembris 1526.Pontificatus Nostri Anno Tertio.

P. Bombasius.

L. de Torres.

Ex Bullario paruo Franciscano pag 134.

4 Legatum. Glossa in Clementina Exiui §. Cumque annui &c. De verbor. signific Distinguit de legatis ad certum vsum Sacristiæ, & Infirmariæ, quæ non sapiunt thesaurizationem: De his concedit esse licita Fratribus Minoribus; quod intelligitur per modum eleemosynæ, vti declaratum est à Diuo Bonauentura, ex statutis Ordinis, & postea per Decreta Reu. Fabricæ 14.

Februarij 1663. Item tenet Rota in vna Romana Computorum coram R.P.D. Merlino 10. Aprilis 1630. & in alia Romana Legati, coram Eminentissimo Cerro 16. Februarij 1650.

De legatis ad omnem vsum, siue indeterminatum vsum, non est ita certa capacitas Fratrum Minorum, quia videntur sapere thesaurizationem. Hanc distinctionem desumpsit glossa prædicta ex Federico de Senis cons. 112. quam communiter sequuntur Canonistæ, & Iuristæ.

Idem, etsi de legatis Fratribus immediatè relictis videatur aliqua difficultas capacitatis, vel incapacitatis in derelictis hæredibus, vel alijs tertiæ personæ, vt Fratribus præstentur, nulla est difficultas, & hoc patet declaratum per supradicta Decreta Reu. Fabricæ.

Romana Donationis.

5 SYndico Apostolico Conuentus, vt vocant de Aracœli Fratrum Minorum de Obseruant. scuta mille donauit Pamphila Mota, donatione infrascriptis verbis concepta, Donauit donatione irreuocabili, inter viuos, D. Francisco Bespino Syndico Apostolico perpetuo Vener. Conuentus B. Mariæ de Arcœli, & alijs in dicto officio syndicatus, pro tempore successoribus, scuta mille, vna cum fructibus decursis: & decurrendis, sibi relictis à q. Virginia Agazari &c. cum conditione, quòd ijdem Donatarij teneantur, & obligati sint postquam consecuti fuerint dicta scuta mille pro dicto legato, vt supra, debita, illa inuestire ad eorum beneplacitum in aliqua re stabili, censibus perpetuis, seu locis montiũ non vocabilium, & ex fructibus dicti reinuestimenti impendere, & applicare annua scuta triginta

ginta in perpetuum tot panis albi pro beneficio, & seruitio Infirmariæ Vener. Conuentus Araceli Ordinis Minorum Obseruantię Sancti Francisci. Cum conditione adiecta, quod si vllo vnquam tempore dd. RR. Patres Guardiani, seu Superiores pro tempore dicti Conuentus Aracœli intentauerint quouis modo applicare velle dicta annua scuta triginta in aliam causam, præterquam supradictam, tali casu prædicta Donatio, & omne commodum dictę annuę solutionis scutorum triginta fit, & intelligatur ipso facto caducata, & deuoluta, prout caducari, voluit, & vult in fauorem Ven. Archiconfraternitatis B. Marię Consolationis.

Procurator Reu. Fabricę S. Petri, citatis prędicti Patribus supplex petit per hanc Sacram Congregationem declarari, An prænarrata Donatio valeat sustineri? Die 2. Iunij *1663*.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, censuit: *licere* dictis Fratribus prænarratam annuam panis præstationem, titulo dumtaxat eleemosynæ recipere, ad præscriptum Decreti Congregationis Fabricę sub die *14*. Februarij *1631*. edit. & Syndico Apostolico non posse à Ministris dictę Fabricę, ratione huiusmodi donationis molestias inferri, nisi ad formam supradicti Decreti.

F. Card. Chisius Præfectus.
Loco † Sigilli.

D. de Vecchis Episcopus Clus. Sac. Cong. Concilij Secretarius.
In Regesto huius Congreg. fol. *196*.

Liber.

SVMMARIVM.

Librorum impressio, num. 1.
Libri non imprimantur sine licentia Ordinarij, & Generalis, n. 2.
Habitantes in statu Ecclesiastico non possunt extra illum libros imprimere, sine licentia Vicarij Papæ, & Magistri Sacri Palatij, n. 3.

1 REgulares, præter Episcopi, & Inquisitoris licentiam (de qua regula decima dictum est) meminerint, teneri se Sacri Concilij Tridentini decreto operis in lucem edendi facultatem à Prælato cui subiacent, obtinere. Vtramque antem confessionem, quæ appareat ad principium operis imprimi faciant. In Indice librorum prohibitorum. De impressione librorum, §. 11.

2 In Ordine nostro, nullus de cætero audeat per se, vel per alios, libros prælo dare, seu imprimi, vel publicari facere, nisi prius Ordinarij, & Generalis scriptam facultatem obtinuerit: Generalis auteam eam non concedat, nisi priùs libros doctis, & probis viris examinandos commiserit: qui secus fecerit actibus legitimis priuetur. In Stat. Ord. c. 9. p. 243. n. 14.

3 Habitantes in statu Ecclesiastico, non possunt extra illum libros imprimere absque facultate Vicarij Papæ, & Magistri Sacri Palatij, prout in sequenti Decreto.

Fe-

Feria 5. die 18. Septembris 1625.

In Generali Congregatione S. R. & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. Vrbano Diuina Prouidentia Papa oct. & Illustriss. & Reuerendiss. D. D. S. R. E. Cardinalibus à Sancta Sede Apostol. specialiter deputatis.

SAnctissimus D.N. pro debito Pastoralis sui officij corrigere volens abusus nonnullorum in statu Sedis Apostolicæ mediatè, vel immediatè subiecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum statum absque vlla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, vbi degunt, approbatione imprimendos transmittunt, statuit, & decreuit, vt in posterum, nemo in statu prædicto degens, cuiusuis conditionis, & gradus, Ordinis, & dignitatis existat, libros de quauis materia tractantes, & vbicumq; compositos audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos, sine expressa in scriptis approbatione Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis SS. D. N. Vicarij, & Magistri Sacri Palatij si in Vrbe, si verò extrà Vrbem existat, sine Ordinarij, & Inquisitoris locis illius, siue aliàs deputatorum facultate, & licentia Operi præfigenda.

Libros autem, quos contra præsentis Decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio Suæ Sanctitatis infligendas, absque alia declaratione, ex nunc prohibet, & pro expresse pro-

prohibitis haberi vult,& mandat,contrarijs quibuscumque non obstan.

Io: Antonius Thomasius S. R. Vniuersalis Inquisit. Not.

Apud Bullar. Cherub.tom.4. pag. 337. & in Regest. S.Offic. fol. 42.

Magister Chori.

DEcernit generale Capitulum,vt in posterum illi, qui per sex annos completos absque interpolatione Aduentus, & Quadragesimæ Magistri Chori in Conuentu celeberrimo Aracœlitano de Vrbe munus deuotè, & diligenter exercuerint in præmium suorum laborum gaudeant priuilegijs, quibus potiuntur illi, qui fuerunt Definitores, ea tamen lege, vt inter ipsos teneant vltimum locum. Præmium verò aliorum Magistrorum Chori relinquitur arbitrio Reuerendissimi Patris Ministri Generalis Rom. 1664.

Magister Nouitiorum.

SVMMARIVM.

Magistri Nouitiorum quomodo eligendi, n. 1.
Eorum qualitates, n. 2.
Libenter exercentes connumerantur inter Patres habituales Prouinciæ, n. 3.

1 ELigantur Magistri Nouitiorum in singulis Capitulis Prouincialibus pro vnoquoque Nouitiatu ad minus per triennium; cum consilio, & consensu vnanimi Patrum Definitorij, deficientibus autem extra tempus Capitulare, per De-

Definitorium alij similes subrogentur, in Const. General. Ord. c. 2. pag. 43. n. 2.

2. Magistri sint ętatis quadraginta annorum, aut amplius vel saltem triginta quinque annos omninò excedant, qui prætereà Guardianatus Offic'o triennio saltem laudabiliter functi sint, & humanioribus litteris docendis, & Cantus Ecclesiastici præditi, necnon graues prudentes, atque Discreti. Ibidem n. 3. Clemens Oct. in Decretis super recept. & educat. Nouitiorum.

3. Qui curam, & Magisterium Nouitiorum libenter subierit, & triennio saltem laudabiliter se gesserit; ad omnes gradus Religionis promoueri possit, si autem continuò sexennio laudabiliter, exercuerit, Definitorum Prouincialium habitualium priuilegijs gaudeat, per aggregationem, Ibidem n. 6. Circa Magistrorum munus, vide n. 4. & 5. in Constitutione.

Mendicantes.

SVMMARIVM.

Quibus gaudeant exemptionibus? n. 1.

Mendicantes nequeunt molestari ab Ordinario circa quinque in executione suorum Priuilegiorum. n. 2.

Mendicantes non tenentur petere facultatem quæstuandi, &c. n. 3.

Finis proprius mendicantium quisnam sit, & quare remunerentur à Sede Apostolica, in præmium laborum, n. 4.

1 MEndicantes Religiosi, quibus gaudeant exemptionibus statuit Pius V. Const. 11. incip.

incip. Dum ad vberes 19. Iulij 1566. quod Cherub. tom. 2. pag. 191. & quibus priuilegijs, & indultis. Idem Pius V. Const. 41. incip. Et si mendicantium 11. Kal. Iunij 1567. apud Cherubin. in Bullario tom. 2. pag. 228.

V. Mendicantes nequeunt molestari ab Ordinario circa quinque. 1. Circa sæcularium Confessiones. 2. Quæstuationem. 3. Ecclesiarum suarum visitationem. 4. Campanarum pulsationem. 5. Et Quartam funeralium, prout in sequenti Decreto.

Lecto in Sacra Congregatione Regularium memoriali, oblato nomine totius familiæ Fratrum Mendicantium quarumcumque Prouinciarium, pro Fratribus Ordinum Mendicantium, conquerentium qualiter contra formam suorum Priuilegiorum, Sacrorum Canonum Concilij Tridentini, & ordinationum Apostolicarum, in quampluribus locis ab Ordinarijs locorum grauantur, prout eiusdem memoralis series continebat.

Illustrissimi DD. Cardinales his maturè consideratis, statuerunt, & decreuerunt infra ab eisdem locorum Ordinarijs perpetuò, & inuiolabiliter obseruari debere.

Primò, quod circa sæcularium Confessiones, ab ipsis Fratribus Mendicantibus audientibus, seruetur Decisio Congreg. Sacri Concilij & Episcoporum, corripianturque Ordinarij, qui in articulo mortis id fieri prohibent, vel in licentijs concessis id excipiunt.

Secundò, Fratres Mendicantes nullatenus à quæstuatione, quæ de licentia suorum Superiorum fit, & in dies fieri continget prohibeantur.

Tertiò, Ordinarij in cognitionibus causarum Fratrum Mendicantium, tam ciuilium, quàm crimi-

criminalium minimè se se ingerant; pariter nec in Visitatione eorumdem Fratrum, vel Ecclesiarum suarum, nisi quatenus eis per Concilij Tridentini Decreta conceditur.

Quartò, Ordinarij non impediant fratres pulsare campanas ad Matutinum, ad horas, & ad missam, antequam pulsetur campana maioris Ecclesiæ, præterquam in die Sabbathi Sancti.

Quintò, quo autem ad Quartam Funeralium, seruetur Decretum Concil. Trident. Romæ 25. Augusti 1635.

F. Michael Bonellus Card. Alexand.

Loco † Sigilli.

Georgius Paleārius Secr.

In Regest. Sac. Cong. Episc. & Regul. fol. 136.

3. Mendicantes non tenentur petere facultatem quæstuandi ab Ordinarijs in eorum diœcesibus, sed sufficit, vt ostendant licentiam suorum Superiorum Sac. Congreg. Concilij 1621. de qua Io: Maria Nouar. V. Mendicantes n. 35.

4. Finis proprius Mendicantium est profiteri statum vitæ mistæ, ex contemplatiua, quæ exercetur in Choro, & Diuinis Officijs, & actiua, quæ est circa salutem proximorum per doctrinam, & ministerium Sacramentorum. Abb. in cap. causam il 1. de iudic. n. 2. & Suarez tom. 4. de Relig. tra. 6 lib. 1. c. 8. Hinc est, quod Summi Pontifices concesserunt quam plurima mendicantibus priuilegia in præmium laborum, quos passi sunt, & patiuntur quotidie pro S. R. E. defensione, & incremento, nam istorum præcipuè sanguine madefacta, pretiosa facta est in oculis omnium, & isti sunt, qui portant pondus diei, & æstus pro illius defensione & augumento, vt Pontifices ipsi testantur.

Mini-

Minister Generalis.

SVMMARIVM.

De ætate, deque auctoritate, ac de illis, quæ non potest facere Minister Generalis. n. 1.

NVllus esse potest Generalis, qui ad minus triginta annos non habuerit ætatis. cap. cum in cunctis de elect. vbi id expresse habetur de Episcopis, & præcipitur, vt nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam trigesimum annum ætatis exegerit. Quodque de Episcopis hic dicitur, intelligendum pariter est de Ministro Generali, quasi Episcopalem iurisdictionem habente. Miranda in manu.tom.2.q.3.art.1. & Rodr. tom. 1. q. 23. art. 10. In quo nec Generalis potest dispensare. Verum tamen est, quod in Religione nostra Generalis semper eligitur ætate prouectus vt iam vsus recepit.

Auctoritas Generalis procedit à cap. generali, idest à Pontifice.

Min. Generalis est quasi Patriarcha, & Princeps Religionis.

Minister Generalis debet vocari ad Concilium Generale, vbi habet votum consultiuum, & decisiuum.

Debet sedere in Concilio post Episcopos, & ante Procuratores Episcoporum.

Debet conuenire cum alijs Generalibus Ordinum in Capella Summi Pontificis.

Potest præcipere, quod ex varijs linguis, & nationibus recipiantur ab Ordinem fideles.

Potest mittere expertos, & idoneos ad partes Infidelium.

Potest

Poteſt concedere Decreta, quæ obligent pro tempore ſui Generalatus.

Poteſt dimittere Conuentum Fratribus incommodum.

Poteſt abſoluere omnes ſuos ſubditos à Caſibus etiam Summo Pontifici reſeruatis exceptis infra dicendis.

Poteſt diſpenſare cum excommunicatis ſuſpenſis, & interdictis occultis in foro interno.

Poteſt diſpenſare cum mutilantibus, & mutilatis.

Poteſt eligere Miniſtrum Prouincialem in prima inſtitutione Prouinciæ, & quando Electores ob diſcordiam, vel negligentiam tempore debito, non elegerunt.

Debet eligere Miniſtrum ex Prouincia, ex qua Electores iure ſolebant eligere.

Si Prouincialis electus à Generali, ob id poſſeſſione vacet, electio deuoluitur ad Electores.

Si Electores ſunt inhabiles ad eligendum, electio deuoluitur ad Summum Pontificem.

Miniſter Generalis poteſt ingredi Monaſterium Monialium ad proponen dum verbum Dei.

Debet Generalis in illo ingreſſu aſſociari quinque ſocijs, & non pluribus.

Poteſt diſpenſare cum Monialibus illegitimis, vt poſſint eligi in Abbatiſſas.

Poteſt diſpenſare cum rationabili cauſa, vt minor quadraginta annorum ſit Abbatiſſa.

Poteſt diſpenſare, vt Puella ſeptennis induat habitum in Clauſura in ordine ad monacatum.

Poteſt diſpenſare cum Monialibus, & Clericis ignorantibus Diuinum Officium.

Poteſt inſtituere Prædicatores, Lectores, & Confeſſarios extra Capitulum.

Poteſt declarare Bullas Apoſtolicas dubias,

quæ agunt de regimine interno, vel externo nostræ Religionis.

Potest dispensare omnia statuta Ordinis, quæ non habeant clausulam prohibitiuam.

Potest eximere Conuentuum Fratrum, & Monialium à Iurisdictione Prouincialium iustis de causis.

Minister Generalis debet congregare Capitulum Generale, & intermedium, ac in eis præsidere.

Potest continuare Commissarium Generalem, quando Capitulum intermedium non celebratur.

Potest dare Commissionem alicui ad Præsidendum in Congregatione Generali.

Potest instituere Commissarium Generalem delegatum, qui regat Familiam in sua absentia.

Potest eligere Procuratores, & Commissarios Romanæ Curiæ, cum assensu Definitorum Generalium.

Potest mittere Commissarios Visitatores ad visitandas Prouincias nomine suo.

Potest eligere Commissarium Generalem Indiarum, adhibito assensu Regis Catholici.

Potest eligere Commissarios Generales in noua Hispania, in Regno del Perù, in Belgio, & in Germania.

Potest instituere Procuratores Ordinis in omnibus Curijs Regum Catholicorum.

Potest instituere Vicecommissarium Generalem Indiarum Hispali.

Potest nominare Guardianos Hierosolymæ, ac Costantinopolis cum participatione S. Congregationis de Propaganda Fide.

Potest assignare Fratres pro Familia Terræ Sanctæ, mittere Peregrinos, & conducere eleemo-

mosynas pro substentatione eorumdem.

Debet admittere appellationes omnium Fratrum, & Sororum Ordinis.

Potest Abbatissam sibi subiectam instituere, corrigere, & destituere.

Ad Ministrum Generalem pertinet restituere obseruantiam Regulę; punire transgressores, bonos mores tueri, abusus tollere, dyscolos expellere, perfectos iuuare, singulis prodesse, & omnibus præire verbo, atque exemplo. Hier. Rodr. resol. 68. Comp. Priu.

Quæ non potest fa ere Minister Generalis.

NOn potest dispensare super Constitutiones Apostolicas, nec contrauenire Decretis Sacræ Congregationis.

Non potest dispensare in Constitutionibus Generalibus, vbi per Capitulum, Decreto irritante, prohibetur, ac ita obseruari mandauit Vrbanus Octauus. Cum sicut, in Append. n. 5.

Non potest dispensare super requisita ad electionem Guardianorum. Definitorum, ac Prouincialium ex declaratione S. Congreg. Episc. & Regul. die 14. Iunij 1652.

Non potest instituere Patres Prouinciæ, nec Prouinciales, nec Custodes, nec Guardianos exceptis supradictis.

Non potest concedere Priuilegium contra prohibitionem Constitutionum Generalium.

Non potest priuare aliquem officio, iurisdictionem habente, sine causa.

Non potest eximere Fratrem ab Obedientia Guardiani, nec Guardianum à iurisdictione Prouinciali.

Non

Ministri Generales omnium ferè Religionum, statim, ac electi sunt, censentur confirmari. Sigism. de elect. dub. 46. n. 3. Sufficitque factum aliquod, quo declaretur electus, vt legitimè electus, quale est adoratio, installatio, inthronizatio, & similia. Oldrad. cons. 146. n. 6.

Reliqua vide V. Generalis.

Minister Prouincialis.

SVMMARIVM.

Ministri Prouincialis, qualitates. n. 1.
Quodnam votum habeat in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, n. 2.
Officio functus in Definitorem, & Guardianum eligi non potest, n. 3.
Non accedens ad Capitulum Generale, absque legitima causa, officio absoluatur, n. 4.
Si habet legitimam causam, instituendus est Prominister, & à quibus, n. 5.
Si electio huiusmodi non sequatur intra vnius diei spatium, deuoluitur ad Generalem. n. 6.
Pœna Prouincialium non accedentium, n. 7.
Prouinciales deferant Computa eleemosynarum collectarum Terræ Sanctæ ad Capitulum Generale, n. 8.
Item deferant nomina fratrum, volentium ire ad Terram Sanctam, n. 9.

1 IN Prouincialem Ministrum ille eligatur, qui morum grauitate, litterarum scientia, gubernandique peritia ad hoc officium præditus fuerit, & qui trigesimum quintum ętatis annum, & à suscepto Religionis habitu vige-

ſimum annum exceſſerit.In Conſtit.Ord. cap. 8. pag. 193.

2. Miniſtri Prouinciales, & Cuſtodes, habent votum actiuum, & paſſiuum in electionibus omnibus Capituli Generalis, & Congregationis Generalis ſuæ familiæ. In Capitulis autem Prouincialibus, in quibus ſuum complent Officium, Miniſtri Prouinciales votum actiuum tantùm habent, niſi Cuſtodes fieri contingat, quod vetitum non eſt. Et Cuſtodes expleto officio, eligi poſſunt in Prouinciales, & Guardianos. In Conſt. Ordinis c.8 pag. 155. n.7.

3. Miniſtri Prouinciales ad Definitoriatus, & Guardianatus officia in Capitulo, in quo ſuum expleuerint officium, promoueri non poſſint, ſub nullitate electionis. Ibid. c. 8. pag. 213. n. 2.

4. Miniſter Prouincialis, cum ex Regula teneatur ad Capitulum Generale accedere, ſi illò ire prætermittat ſine legitimo impedimento, officio abſoluatur. Tolet. 1583. In Chronol. pag. 643. col. 1.

5. In caſu verò, quòd fuerit legitimè præpeditus, poterit cum Definitorio (& Patribus Prouinciæ ſi fuerit Reformatus) eligere Commiſſarium, qui excuſationem authenticam Capitulo Generali præſentabit, & habebit vocem actiuam, & paſſiuam in omnibus electionibus, ac ſi verus eſſet Prouincialis. Ibid.

6. In electione autem huiuſmodi Commiſſarij, ſeu Prominiſtri, aut Procuſtodis, ſi contigerit ſuffragia in Prouincijs etiam Reformatis, intra vnius diei ſpatium non conformari, itaut ex diſcordia eligentium, electio non ſequatur; electio deuoluatur ad Superiorem Generalem, qui nonniſi eiuſdem Prouincię Patrem emeritum nominabit. In Conſt. Gen. Ordin. c. 8. pag. 146. n. 5.

7. Ad

7. Ad eliminandas autem fraudes, & friuolas excusationis Ministrorum Prouincialium, non accedentium ad Comitia Generalia quacunque occasione, vel causa non approbata post expletum Ministeriatum, vltimum locum inter Exprouinciales prætecitos, & futuros in perpetuum habeant. Tol. 1658. Ibid. n. 3.

8. Ministri Prouinciales, seu Custodes teneantur deferre ad Capitulum Generale Computa approbata & subsignata à Definitorio Prouinciali omnium eleemosynarum Vice Commissariorum Generalium Terræ Sanctæ, in eorum Prouincijs labore, & vigilantia collectarum. In Const. Generalibus Ordinis cap. 12. pag. 300. num. 1.

9. Ministri Prouinciales in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub pœna priuationis suffragiorum teneantur deferre ad Capitulum Generale iu Catalogo subscripto à Definitorio nomina Fratrum volentium transmeare ad Terram Sanctam. Ibid. n. 2. Cætera, quæ ad Ministros Prouinciales pertinent, optimo iure in eisdem Constitutionibus disponuntur.

Miracula.

SVMMARIVM.

Non spectat ad Prælatum inferiorem examinare miracula, sed ad Episcopum, n. 1.

Miracula noua, nulla admittenda sunt, nisi recognoscente Episcopo. n. 2.

Miracula falsa prædicantes excommunicantur, num. 3.

1 MIraculorum super verificatione, & approbatione, formare processus, & examinare testes non spectat ad Prælatum inferiorem habentem iurisdictionem quasi Episcopalem in loco, in quo miracula operantur, sed ad Episcopum, in cuius Diœcesi locus ipse situs est. Sac.Rit. Congr. in Praten. 3. Decembr. 1616.

2. Miracula noua tam personæ non Canonizatæ, quàm Sanctorum Canonizatorum nulla admittenda sunt, nisi recognoscente, vel approbante Episcopo, prout fusè supra v. Beatificatio, vbi traditur praxis pro Beatificatione, & receptione miraculorum Seruorum Dei, & Beatorum n. 2.

3. Miracula falsa prædicantes sunt excommunicati, excommunicatione Papali. Nauarr. c. 27. n. 113. excommun. 30.

Missa.

SVMMARIVM.

Missam audientes in Ecclesijs Mendicantium satisfaciunt præcepto. Breue Leonis X. n. 1.

Sac.Rit.Congreg. mandat, non amplius dici quasdam missas votiuas, in quibus ritus verborum violatur, n. 2.

Missæ votiuæ, in quibus non violatur ritus, quando, & quomodo dicendæ, n. 3.

Series missarum in quibus non violatur ritus verborum, n. 4.

Decretum circa tres missas, & communionem fidelium in nocte Natiuitatis Domini. n. 5.

Decretum de non celebrandis Missis priuatis pro defunctis in festis duplicibus, n. 6.

Quod

Quod in præfato Decreto non comprehenduntur Missæ votiuæ, pro re graui, solemnes, n. 7.

Sacra Congregatio declarat quomodo celebrandæ sunt Missæ votiuæ in locis Terræ Sanctæ. num. 8.

Missa Parochialis.

1 MIssam audientes vtriusque sexus fideles in Ecclesijs Fratrum Mendicantium satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, prout in sequenti constitutione.

LEO PAPA X.

Vniuersis, & singulis præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

INtelleximus quosdam in dubium reuocarē, & proindè timoratis conscientijs scrupulum inijcere, si Christi fideles, qui Dominicis, & festis diebus extra Ecclesias suas Parochiales Missas audiunt in Ecclesijs Fratrum Ordinis Mendicantium, Ecclesiæ præcepto de Missa audienda satisfaciant. Nos enim ambiguitatem huiusmodi penitus tollere volentes, vt cum sinceriori conscientia fideles, quique Deo Creatori suo seruiant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui (non contempto proprio Sacerdote Parochiali) in Ecclesijs Fratrum Ordinis Mendicantium Dominicis, & festis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda, nec aliquam labem

mortalis peccati, pœnamque propterea incurrere. In contrarium facientibus non obstan. quibuscumque, &c. Et quia difficile foret præsentes litteras nostra originaliter ad loca omnia, vbi opus fuerit, deferri, volumus, & decernimus, vt earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, ea fides, vbi opus fuerit, detur, quæ Originalibus ipsis daretur, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 13. Nouembris 1517. Pontificatus nostri Anno quinto.

Apud Peyrin. tom.2.priu.pag.141. Const. 21. Leonis X. Hoc idem resoluit S. Congreg. Episcoporum die 1. Iulij 1606. Gauant. V. Missa Parochialis n. 11.

Missæ Ritus.

SAcra Rituum Congregatio de ordine Sanctissimi mandat non ampliùs dici quasdam Missas votiuas, in quibus Ritus, & veritas verborum violatur, prout in sequenti Decreto, videlicet.

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Papa Quintus, Viuæ vocis oraculo, declarauit, & sanciuit ampliùs recipi, aut dici non debere quasdam Missas votiuas, seu collectas, quæ propriè sunt solemnitatum, aut in Missali Romano designantur: eiusmodi sunt Missæ Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis D.N. IESV Christi, Natiuitatis, Purificationis, Assumptionis B. Mariæ Virginis, Sancti Ioannis Baptistæ, & aliæ eiusdem, quæ proprios habent introitus, vel collectas propriæ solemnitati

tati accomodatas, quas missas, vel collectas extra proprios dies, vel octauas absurdum esset dicere, quæ verò missæ huiusmodi iam permissæ essent, aut receptæ, idem Sanctissimus statuit, vt illis omissis satisfaciat, dicendo missam de tempore occurrenti.

3. Missæ autem votiuæ aliorum festorum, aut solemnitatum, in quibus veritas, & Ritus verborum non violatur, nihil prohibet, quin dici possint, sed quantum fieri potest, curare debent Sacerdotes, vt omnes Missæ votiuæ, ad eas, quæ in Missali assignatæ sunt, reducantur, ne Ecclesiæ ritus ad cuiuslibet arbitrium propriæ deuotionis prætextu temerè reducantur.

Missæ in quibus veritas, & Ritus verborum non violatur. sunt.

4 ÆGydij Abbatis 1. Septembris.
Ambrosij Episcopi, & Doctoris 7. Decembris.
Antonij Abbatis 17. Ianuarij.
Apparitio Sancti Michaelis Archangeli 8. Maij.
Augustini Episcopi, & Doctoris 28. Augusti.
Bernardi Abbatis 20. Augusti.
Barnabæ Apostoli 11. Iunij.
Callisti Papæ, & martyris 14. Octobris.
Cypriani, & Iustinæ Martyrum 20. Ianuarij.
Damasi Papæ, & Confessoris 11. Decembris.
Dedicatio Sancti Michaelis Archangeli 29. Septembris.
Dominici Confessoris 4. Augusti.
Fabiani, & Sebastiani martyrum 20. Ianuarij.
Felicis, & Adaucti martyrum 30. Augusti.

Francisci Confessoris 4. Octobris.
Francisci de Paula 2. Aprilis.
Gregorij Nazianzeni Episcopi 9. Maij.
Grysogoni Martyris 29. Nouembris.
Hieronymi Conf. & Doctoris 30. Septemb.
Hilarij Episcopi, & Confessoris 14. Ianuarij.
Hilarionis Abbatis 21. Octobris.
Ignatij Episcopi, & martyris 1. Februarij.
Inuentionis S. Crucis 3. Maij.
Ioannis ante Portam Latinam 6. Maij.
Ioannis Chrysostomi Episcopi, & Conf. 27. Ianuarij.
Lucæ Euangelistæ 18. Octobris.
Ludouici Regis Francorum Confess. 25. Augusti.
Marci Papæ, & Confessoris 7. Octobris.
Mariæ Magdalenæ 22. Iulij.
Matthæi Apostoli 21. Septembris.
Matthiæ Apostoli 24. Februarij.
Nazarij, & Sociorum martyrum 28. Iulij.
Petri martyris 29. Aprilis.
Pontiani Papæ, & martyris 19. Nouembris.
Quadraginta martyrum 9. Martij.
Septem Fratrum martyrum 10. Iulij.
Sergij, Bacchi, & socior. martyrum 20. Iunij.
Stanislai Episcopi, & martyris 7. Maij.
Thomæ de Aquino Confess. 7. Martij.
Timothei Episcopi, & martyris 29. Ianuarij.
Vincentij & Anastasij mart. 22. Iunij.
Viti & Modesti martyrum 15. Iunij.
Zephyrini Papæ, & mart. 26. Augusti.

Hx Communibus.

VNius mart. Pontif. Introit. Statuit. oratio Infirmitatem, &c.

Mar-

Martyris, temp. Pasch. Introit. Protexisti, &c. Quando dicitur Oratio, Infirmitatem.

Doctoris, Introit. In medio Ecclesiæ: Oratio. Deus, qui populo, &c.

Abbatis. Introit. Os iusti. Oratio. Intercessio.

Virginum martyrum. Introit. Me expectauerunt. Oratio. Indulgentiam.

In Regesto huius Congregat. Sacr. Rit. fol. 32.

Decretum circa tres Missas, & communionem fidelium in Nocte Natiuitatis Domini.

Pisauren.

5 PAtres Sancti Caroli Congregationis Clericorum Regularium, petierunt responderi. An liceat in Nocte Natiuitatis Domini post cantatam primam Missam, alias duas immediatè celebrare, & communicare fideles, & Sacra Congr. respondit, nullo modo licere, sed omnino prohibetur. Die 20. Aprilis 1664.

Trium Missarum in Nocte Natiuitatis Domini.

CVm Superioribus diebus consulta hac Sacra Rituum Congregatione, An esset permittendum celebrari in media Nocte Natiuitatis Domini post Missam decantatam successiuè alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhibere fidelibus illam deposcentibus, ac respondisset, non esse permittendum, sed omnibus vtrumque prohibendum. Nihilominùs nonnulli

Regulares asserentes hoc licere, supplicarunt audiri, & Sacra Congreg. ipsis auditis, cum Procuratoribus, & Aduocatis, ad Relationem Eminentiss. Pallotti, stetit in Decretis, & respondit iterùm prohibendum, tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quàm confluentibus in media nocte ad Ecclesias, & Communionem deposcentibus. Die 7. Decembris 1641. quorum Decretorum duplicata, expedita fuerunt.
Die 9. Augusti 1653.

C. Episc. Hostien. Card. Medices.

Loco † Sigilli.

B. Roccius Sacræ Rit. Cong. Secretar.

In Regest. fol. 144.

Decretum de non celebrandis Missis priuatis pro defunctis in festis duplicibus.

6 CVm Sanctissimus Dominus Noster in Visitatione Ecclesiarum Vrbis acceperit, in plerisque Ecclesijs abusum irrepsisse celebrandi Missas priuatas pro defunctis, etiam in festis duplicibus contra præscriptum Rubricarum Missalis Romani: eumdemque abusum Decreto Congregationis eliminari præceperit. Innotuerit verò Sacr. Rituum Congregationi huiusmodi abusum, etiam in alijs Ecclesijs vbique gentium existentibus inductum pariter reperiri: Sacra eadem Congregatio, vt Missalis Rubricæ inuiolatè seruentur, districtè præcipit omnibus, & singulis Sacerdotibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi; vt

in posterum omnino dictam Rubricam seruent, itaut Missas priuatas pro Defunctis, seu de Requiem in Duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præsumant. Quòd si ex benefactorum præscripto Missæ huiusmodi celebrandæ incidant in festum Duplex, tunc minimè transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de festo currenti cum applicatione sacrificij iuxtà mentem eorumdem benefactorum. Curentque Ecclesiarum Rectores, Sacristæ, alijque, ad quos spectat, vt huiusmodi Decretum inuiolatè seruetur, & in Sacristia affixum retineatur, vbi commodè ab omnibus celebrare volentibus cospici, & legi possit. In eos autem, qui contrafacere ausi fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint, locorum Ordinarij, tum sæculares, tum Regulares pro modo culpæ animaduertant. Die 5. Augusti 1662.

Et facta de prædictis Sanctissimo relatione, Sanctitas sua annuit, & cum applicatione sacrificij satisfieri, ac benefactorum mentem impleri voluit. Eadem die 5. Augusti 1662.

I. Episc. Sabinen. Card. Sachettus.

Loco † Sigilli.

Franciscus Maria Phœbeus Sac. Rit. Congr. Secretar.

In Regesto huius Congregat. fol. 177.

7 Aduertendum circa præfatum Decretum, quòd Missæ votiuæ solemnes pro re graui, ac etiam solemnes pro Defunctis non comprehenduntur in Decreto, nam exprimendo Missas priuatas, excludit solemnes pro re graui, quæ iuxta Rubricam possunt cantari in festis non maioribus, & iam vsus recepit, ex concessione eiusdem

Missa pro defunctis, ritu de requiem celebrari potest in Dominicis, & festis insepulto, & in Ecclesia præsente corpore, vbi nimirum viget consuetudo sepeliendi defunctos simul cum Missa, igitur de Missis priuatis tantùm intelligendum est, sicut loquitur Decretum.

8. Demum eadem Sacra Rit. Congreg. declarauit modum celebrandi Missas, quæ celebrantur in aliquibus locis Terræ Sanctæ à Fratribus dictæ familiæ, prout sequitur.

Hierosolymitana.

INstante Commissario, & Procuratore Sanctissimi Sepulchri, Fratre scilicet Francisco Ripol Prouinciæ Cataloniæ Ordinis Minorum Obseruantiæ Sancti Francisci.

Sacra Rituum Congregatio declarauit in missis aliàs indultis sub die 5. Martij 1644. Natiuitatis, videlicet, Domini Nostri Iesu Christi ad Præsepe, Resurrectionis, supra Sanctissimum Christi Sepulcrum, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in Valle Iosaphat, sicut in die dicendum esse Hymnum Angelicum, Gloria in excelsis Deo, & Symbolum Apostolorum. Die 29. Maij 1655.

C. Episc. Hostien. Card. Medices.

Loco † Sigilli.

F. Maria Phœbeus Sac. Rit. Cong. Secretar.

In Regesto de Propaganda fide fol. 129.

Missio.

SVMMARIVM.

Quòd Generales Religionum mittant Missionarios in Indias Orientales contra Mahum.n.1.
Decretum circa Missionarios Ægypti, & Æthiopia, num.2.
Decretum super Concordia, & Iurisdictione Guardiani Hierosolymitani in Missionarios Apostolicos Orientis, num.3.

1 Circa manutentionem Missionum, & propagationem animarum, Sacra Congregatio de Propaganda Fide prouidit de sequenti Decreto, videlicet.

Die 19. Martij 1630.

Referente Illustrissimo Domino Cardinali Triuultio litteras Correctoris Lusitaniæ. Sacra Congregatio censuit admonendos esse Generales Religionum, qui habent Conuentus, & Hospitia in Indijs Orientalibus, vt per Missiones Religiosorum idoneorum, ad partes illas, in quibus dilatatur Mahumetismus, se opponant Mahumetanorum progressibus mediante Sancti Euangelij prædicatione. Coram Sanctissimo.

Card. Ludouisius.
Loco † Sigillii.

Franciscus Ingolus Secr.
In Regesto fol. 150.

De

Decretum circa Missiones Fratrum Minorum Strictioris Obseruant. in Aegyptum, & Aethiopiam commorantium.

Die 19. Ianuarij 1644.

2 REferente Eminentissimo Domino Cardinali Spada sententiam Patris Andreę de Arco Commissarij Terræ Sanctæ in Vrbe, & antea per sex annos Guardiani Hierosolymitani, circa missiones Fratrum Minorum Strictioris Obseruantiæ in Ægyptum, & Æthiopiam Sacra Congregatio decreuit, vt infra.

Primò, censuit in Cayro conducendum esse Domum in via Gallorum pro Hospitio, & mansione Missionariorum Æthiopiæ, tam in profectione ad Æthiopiam, dum est necessarium expectare tutum transitum ad eam, quàm in reditu ab ipsa Æthiopia.

Secundò, pro affictu prædictæ Domus scuta 30. annua decreuit, & pro vtensilibus in ea necessarijs scuta 25. pro vna vice.

Tertiò, quia Hospitium prædictum, Protectionem Consulum Gallorum Cayri omnino requirit, iussit scribi ad Eminentissimum D. Cardinalem Grimaldum pro obtinendis literis Regis Christianissimi ad Consulem prædictum pro tempore, vt dictum Hospitium, sub Regia protectione suscipiat, illudque, & Missionarios, cum opus fuerit, defendat, & protegat.

Quartò, Missionarijs Ægypti consueta annua scuta 50. decreuit pro quolibet eorum, Missionarijs verò Æthiopiæ 60. pro eorum quolibet, cum viaticis consuetis.

Quintò, quia Missionarijs prædictis est necessarius

sarius Procurator laicus, qui eorum pecunias conseruet, & opportunè pro eis eroget, Patri Commissario Generali Ordinis Minorum de Obseruantia mandauit, vt Missionarijs facultatem concedat deputandi vnum, vel plures Procuratores laicos, ad effectum prædictum.

Sextò, censuit Missionarios in Æthiopiam esse mittendos binos, binos pro qualibet vice, eosque esse debere Sacerdotes exemplaris vitæ, doctos, habentes aliquam saltem linguæ Arabicæ cognitionem, ac complexione sanos, & robustos, & si fieri poterit, peritos in cura infirmorum, aut alicuius artis fabrilis cognitionem habentes.

Septimò, mandauit Missionarijs Æthiopiæ, vt dum manebunt in Hospitio Cayri, impensas in victu Missionarijs Ægypti pro rata contribuant.

Octauò, tam Missionarios Ægypti, quàm Æthiopiæ protectioni Guardianorum Hierosolymitanorum commendauit eisdemque Guardianis pro tempore, facultatem concessit, eosdem Missionarios visitandi, corrigendi, ac à Missione remouendi in casu imminentis scandali, vel ob alias graues causas, dummodo statim, de remotione eorum Sac. Congr. certiorem faciant.

Nonò, & vltimò, Missionarijs prædictis iniunxit, vt in Alexandria, seu Roseto aliquem habeant, qui Missionarios ad Ægyptum, & Æthiopiam mittendos, eorumque res recipiat, eiusq; nomen sacræ Congregationi significent, vt illa possit ad eum scribere, ac necessaria pro dictis Missionibus mittere.

F. Antonius Card. S. Honuphrij.

Franciscus Ingolus Secr.

In Reg. eiusdem fol. 86.

De

Decretum ſuper Iuriſdictione Guardiani Hieroſolymitani in Miſſionarios Apoſtolicos Orientis.

Die 23. Martij 1651.

3 FVit congreſſus coram Cardinali Cecchino vigore Decreti Sac. Congregationis de Propaganda Fide, ſuper Iuriſdictione, & Iure Patris Guardiani Heroſolymitani, & Miſſionariorum Apoſtolicorum in partibus Oriẽtalibus, in quo congreſſu adfuerunt Reuerendiſſimus Pater Daniel à Dongo Ordinis Minorum,& Strictioris Obſeruantiæ Sancti Franciſci Vicarius Generalis, & Frater Piccauilla Gallus Procurator Patris Guardiani Hieroſolymitani, ex vna, necnõ P. Marcus Antonius à Carpinedulo Procurator Generalis Ordinis Capuccinorum, & Fr. Britius à Reues Procurator Miſſionariorum ex altera, & auditis ab Eminentia Sua, in contradictorio partibus, præſente Domino Secretario prædictæ Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, vt quilibet poſſit, ad Omnipotentis Dei gloriam, fidei Catholicæ propagationem, & populorum ædificationem, ac ſalutem, in Vinea Domini laborare, & proprio officio ſatisfacere. Fuit à dicto Eminentiſſimo Domino ſancitum, prout infra, ad effectum, quod facta Relatione Eminentiſſimis, & Reuerendiſſ. Patribus Sacræ Congreg. de Propaganda Fide Cardinalibus, & approbatis per ipſos,& per Sanctiſſimum Dominum N. ſi opus fuerit, Capitulis, & Decretis infra dicendis,omnimodè,& inuiolabiliter,ſub pœnis infra præſcriptis,aut præſcribendis,ab omnibus, & ſingulis ſupradictorum, & ab eorum ſucceſſo-

cessoribus, in perpetuum obseruentur, & executioni respectiuè mandentur, &c.

Primò, confirmando decreta aliàs edita, sub die 19. Septembris 1610.& præcipuè illud in quo cautum est nullam fuisse, vel esse per Sacrã Congreg. de Propaganda Fide datam, aut concessam auctoritatem, seu Iurisdictionem Patri Guardiano Hierosolymitano, aut eius Vicarijs, & Officialibus, seu alicui ex Cõfratribus aliquo modo, causa, vel titulo inquirendi de ijs, quæ ad vitam, mores Missionariorum progressus spectant, sine expresso mandato Sac.Congreg. de Propaganda Fide, poterit tamen Pater Guardianus, siue eius Officialis, eandem Sacram Congregationem in casibus particularibus consulere, eamque certiorem reddere, si Missionarij in aliquo delinquent, & maximè si præsentium Decretorum obseruationi per inobedientiam aliquod præiudicium per eosdem inferatur, vt opportuna possit semper præbere remedia.

Secundo, quod in locis, in quibus actualiter, & cum effectu non erant Patres Minores de Obseruantia, quando Missionarij illuc peruenerunt, prout statutum est die supradicta 19. Septemb. 1630.possent ijdem Missionarij post productionem coram Patre Guardiano, aut eius Officialibus, vel Missionem litterarum Patentialium ad vnum, vel ad alterum supradictorum absq; impedimento, aut vlla contradictione, munia Parochialia liberè administrare, aduertendo, quod ante dictam productionem, vel missionem dictarum litterarum nullo modo Officium Missionariorum valeant exercere, & propterea, productio debeat fieri coram testibus, & missio per interpositam, & certam personam, vt nec vnum, vel aliud possit in dubium reuocari. Loca

autem

autem, quæ vsque nunc petierunt Missionarij, vbi non sunt Patres Minores supradicti sunt Tripolis, Baruthi, & Aby, & similiter cautum est, quod in posterum non liceat Missionarijs ad noua loca se conferre, vel alio quouis modo missionem extendere, nisi certiorata prius Sacra Congregatione de Propag.Fide,& obtenta licentia, de qua certiorem reddere teneantur prædictum Patrem Guardianum, vt eius Officiales modo, & forma,qua supra. Insuper etiam sancitum est, quòd si Patres Minores de Obseruantia loca ab ipsis iam derelicta, vel vbi nunquam extiterunt intra iurisdictionem memorati Patris Guardiani Hierosolymitani petant, ibique missionarij extent, nulla prorsus præuia innouatione in Iurisdictionalibus eandem Sacram Congregationem certiorem statim reddere teneantur, vt semper quod magis erit expediens pro populorum ædificatione, & animarum salute fiat & exequatur.

Tertiò,quòd ad fauorem Consulum, qui proprias habent Cappellas, sit licitum eorum Cappellanis in proprijs Cappellanijs omnibus, & singulis ex familia dictorum Consulum Sacrosanctam Eucharistiam in Paschate administrare petita, etiamsi non obtenta à Parocho licentia, declarando, quòd de familia tantùm intelligantur vxor, filij, & consanguinei, qui cohabitant in eadem Domo,ac famuli,domestici actuales ipsorum Consulum cum ea tamen condicione,quòd quilibet Cappellanus teneatur infra mensẽ schedulam seu notam eorum, qui communionem receperunt, Parocho loci tradere,penitus interdicta,Viatici,aliorumque Sacramentum omniũ,ac functionum Parochialiũ administratione,vbi sũt memorati Patres Obseruãtiæ, vti veri Parochi.

Quar-

Quartò, quòd eleemosynæ, quæ erogari solent, & erogantur à Capitaneis, seu Ductoribus Nauium pro bono itinere, vt aiunt di 3. Piastre in futurum intelligantur & reputentur in vtilitatem cedere, & ad beneficium datę Sancti Montis Sion iuxta antiquam, & laudabilem consuetudinem, sub pœnis contentis in Constitutionibus Apostolicis.

Quintò, quòd in locis, vbi sunt, vel erunt Episcopi, seu Administratores, aut Vicarij Apostolici, personaliter in propria Diœcesi residentes, eorum tantùm teneantur Missionarij, & non aliam recognoscere Iurisdictionem, ne alicui in his, quæ de iure ei competunt, aliquod præiudicium inferatur; in alijs verò locis, Iurisdictionem sæpè memorati P. Guardiani, vbi supradicti personaliter in propria Diœcesi non resident, Iurisdictionem Guardiani recognoscant.

Sextò, quòd in omnibus locis à Parochis, vel ab his, qui Parochi, seu Missionarij officium exercent, publicentur dies festi, iuxta formam, & dispositionem Bullæ Vrbani Octaui fel. rec. & non aliter, aut alio quouis modo, sub pœnis in eadem Bulla contentis, alijsque arbitrio Sacræ Congreg. infligendis.

Cæterùm quòd Missionarij non mittantur ad loca Sancta, videlicet Hierusalem, Bethleem, & Nazareth, nec ijsdem in locis possint permanere, nisi vti Peregrini, & deuotionis causa.

Item quòd litteras patentales suorum Superiorum, cùm primùm ad loca Missionum venerint, producere, vel mittere teneantur, vt supra. Item quòd in casibus alicuius difficultatis, controuersiæ, seu declarationes præteritorum, præsentium, & futurorum Decretorum, & in quibuscumque alijs occasionibus, & causis

ad

ad solam Sanctam Sedem Apostolicam, & Sacram Congregationem de Propaganda Fide, priuatiuè quoad alios quoscumque sit recurrendum, & quòd omnibus, & singulis alijs Decretis de anno 1630. die supradicta 19. Septembris editis, & publicatis, standum, & obediendum, exceptis his, quæ nunc in præsentibus statuuntur. Iterùm fuit sancitum, & decretatum, sub pœnis aliàs inflictis, alijsque pro arbitrio, & iuxta inobedientiam, & præuaricationem à Sanctiss. D. N. vel à Sac. Congreg. de Propag. Fide infligendis.

Die 28. Martij 1651.

IN Congregatione Generali coram Sanctissimo referente Eminentissimo Domino Cardinali Cecchino supradicta Decreta, & concordiam factam inter Patres Minores de Obseruantia, & Missionarios in partibus Orientalibus, sanctitas sua diligentiam, dexteritatem, & iustitiam dicti Domini Cardinalis laudauit, & præcepit dictam Concordiam, & Decreta aliàs per Eminentissimos Dominos Cardinales Sac. Congregationis de Propag. Fide approbata, esse omnimodè obseruanda, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, & inhabilitatis ad omnes, & singulos gradus, & Religionis officia contra non obseruantes, & non obedientes, siue in totum, siue in parte, non obstantibus quibuscumque.

Loco † Sigilli.

Dionysius Massarius Sac. Congreg. Secretarius.

In Regesto huius Congreg. fol. 112.

Monia-

Moniales.

SVMMARIVM.

Superiores in ingressu Monasterij associari debent à Confessario Monialium. n.1.
Che niuno possa insegnare di canto, ò di suono alle Monache de Monasterij di Roma. n.2.
Constitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium earumque Confessoribus ingredi septa Monasterij, & propè illud commorari. n.3.
Quòd tertia soror germana Monialis careat suffragio, & duplicatam persoluat dotem. n.4.
Quòd non fiant contractus inter Moniales earumque Procuratores, seu Administratores. n.5.
De sanctimonialium cura in temporalibus, n.6.
Moniales singulis mensibus confiteantur, n.7.
Monialium Confessarij non accedant ad Monasteria, dum adsunt extraordinarij, n.8.

QVoad ea, quæ pertinent ad Abbatissam, a Clausuram, & allocutionem Monialium, dicta sunt superius v. Abbatissa Clausura Monialium, & Allocutio.

1. Circa Moniales, confirmata, & renouata sunt statuta Ordinis vtriusque Familiæ mandantes Patres Capituli Generalis, quòd inuiolabiliter obseruentur ab omnibus tam superioribus, quàm subditis respectiuè, & præcipuè circa ingressum in Monasteria, volentes, quòd in comitatu Superiorum, quacunq; de causa ingrediantur, semper sit Vicarius, seu Confessarius Monialium, sub pœnis in eisdem statutis contentis. Rom. 1644.

Edit-

Editto.

2 Conoscendo la Sacra Visita Apostolica, quanto danno nel temporale, e spirituale possano apportare à i Monasterij delle Monache di Roma le persone che vanno ad insegnar loro di cantare, e sonare, e volendo à ciò prouedere opportunamente con l'approuatione della Santità di N. S. e con l'oracolo della sua viua voce, in virtù del presente Editto, riuocando, cassando, & annullando ogni licenza, che fin hora sia stata conceduta à qualunque persona d'andar à Monasterij sudetti, benche soggetti à Signori Cardinali Protettori, ad insegnare di cantar di musica, ò di tener qualsiuoglia Instrumento musicale. Ordina che più non si concedano tali licenze, e che concedendosi, di fatto siano nulle, e di niun valore, nè suffraghino ad alcuno, così nel foro giuditiale, come in quello, della coscienza. E nondimeno prohibisce ad ogni persona dell'vno, e dell'altro sesso, di qualsiuoglia grado e conditione l'andare per l'auuenire alle grate, e porte, ò ad al ri luoghi de sopradetti Monasterij ad insegnar di canto, ò di suono, come sopra alle Monache, ò ad altre persone, iui dimoranti, sotto pena di cento scudi d'oro d'applicarsi per vna quarta parte al denunciante, che sarà tenuto segreto, per vn altra quarta all'esecutore, e per l'altre due, à luoghi pij, ad arbitrio del Signor Cardinal Vicario di Roma, e suo Vicegerente, & anche sott'altre pene più graui, etiamdio corporali, ad arbitrio come sopra, da eseguirsi irremissibilmente; Volendo che possa procedersi anche per via d'inquisitione, e contra ogni persona, quantunque priuilegiata, derogando

do

do à quest'effetto, à gl'indulti, esentioni, e priuilegij Apostolici, & ad ogn'altra cosa, che facesse in contrario. Data in Roma à 29. di Gennaro 1665.

Loco † Sigilli.

P. Fagnani Segr. della Sac. Visit a Apostolica.

In Regesto Regul. fol. 382.

3. Insuper quoad ingressum Superiorum, Confessariorumue intra septa Monasterij Monialium Regularibus subiectarum, emanauit sequens Constitutio infra fines Italiæ, Insularumque adiacentium, obseruanda.

Sanctiss. D. N. ALEXANDRI Duina Prouidentia PP. VII.

Constitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium, earumque Confessoribus ingredi septa Monasterij, & propè illud commorari.

ALEXANDER EPISCOPUS

Seruus Seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

FOElici Sacrarum Virginum Statui, quæ contemptis illecebris sæculi, Diuinis se obsequijs manciparunt, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes; Motu nostro proprio, non ad alicuius instantiam, sed ex Nostra

ſtra mera deliberarione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine de voto tamen nonnullorum, Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus negotium ſedulò, ac maturè examinandum commiſimus, præſentibus perpetuò valituris ſancimus, vt impoſterum intra fines Italiæ, & inſularum adiacentium Generalibus, Prouincialibus, Abbatibus, & quibuſcumque alijs Superioribus Regularibus, quibns, alioqui cura, & regimen Monaſteriorum Sanctimonialium quouis modo incumbit intra ſepta eorumdem Monaſteriorum nullatenus ingredi liceat niſi ex cauſa Viſitationis localis, & hoc ſemel tantùm in anno, ita vt in eo anno, in quo vnus ex memoratis Superioribus viſitauerit, alius Superior à Viſitatione huiuſmodi ſe omnino abſtineat. Quòd ſi ob Clauſuram quæ à Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monaſterijs exemptis curæ, & vigilantiæ Epiſcopi in primis committitur, aut ob aliam vrgentem, ac neceſſariam cauſam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi ſepta Monaſterij, tunc non aliter ingrediatur, quàm cum præſentia Epiſcopi Diœceſani, vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ ſæcularis boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipſo Epiſcopo ad hoc ſpecialiter deputatæ. Viſitet autem Superior Regularis interiorem clauſuram per ſe ipſum, non autem per alium, etiam ſi fuerit legitimè impeditus, quo caſu differatur viſitatio in aliud tempus, quo ceſſauerit impedimentum, & viſitationem celeriter, & vnica die, debita tamen cum diligentia abſoluat, nec ante ortum Solis eam incipiat, nec poſt occaſum protrahat, neq; ipſe Viſitator, neque eius Socijs illam ſumant in Monaſterio

ſterio refectionem. Porrò ſi viſitet Generalis, poſſit ſecum habere duos Socios ſui Ordinis; ſi alius à Generali, vnum tantùm, excluſis omnibus alijs, etiam ratione officij. Qui quidem Socij aſſumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu Viſitationis à Viſitatore nunquam ſeparentur, ſed eum aſpicere, & ab ipſo aſpici ſemper poſſint. Ac prætereà Viſitatore aſſiſtant quatuor Moniales ex Senioribus Monaſterij, quæ ſimiliter viſitatione durante nunquam ſeparentur à Viſitatore, & Socijs. Reliquæ verò Moniales, & quæcumque aliæ mulieres, & puellæ ſæculares in monaſterio degentes, niſi legitimo detineantur impedimento, conueniant omnes in Choro antequam Viſitator ingrediatur interiorem Clauſuram, & in eo permaneant durante Viſitatione, & quouſque idem Viſitator cum Socijs è monaſterio exierit. Ideoque curet Viſitator, vt tempeſtiuè admoneatur Abbatiſſa, ſeu monaſterij Præfecta de præſtituta die, & hora Viſitationis, Viſitatio verò perſonalis fiat ad Crates, & omninò extra Clauſuram monaſterij, & per ipſummet Superiorem dumtaxat, vt ſupra dictum eſt de Viſitatione interioris Clauſuræ. Ad hæc Confeſſor Sanctimonialium, tam ordinarius, quàm extraordinarius minimè ingrediatur ſepta monaſterij, niſi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis miniſtranda monialibus, vel alijs perſonis infirmis ibi degentibus, necnon ad commendandam animam Agonizantium, nec vnquam ingrediatur, niſi cum Socio, qui ſit probatæ vitæ, & maturæ ætatis, ſemperque maneat in ea parte monaſterij, quæ Confeſſorem videre, & ab ipſo videri ſemper poſſit. Inſuper diſtrictè præcipimus memoratis Superioribus Regulari-

bus, vt infra terminum duorum mensium à publicatione præsentis Constitutionis computandorum reuocent ad Claustra Confessores, eorumque Socios, Concionatores, & alios quoscumque Regulares apud Monasteria Sanctimonialiũ, vel assiduè, vel ad tempus quocumque titulo pernoctare solitos: Neuè permittant eosdem, seu alios Regulares, intra, seu propè septa monasteriorum huiusmodi habitare, vel commorari, quin etiam infra eumdem terminum quascũque Cellas, mansiones, seu Cubicula propè monasteria prædicta ad vsum memoratorum Regularium existentia, si Clausuræ monasteriorum eorumdem monialium incontigua sint, eidem Clausuræ includi, vel dirui omninò faciant: si vero sint extra septa vendi, pretiumque in monasterij vtilitatem conuerti, nec in posterum alia similia aptari, ædificari, aut emi permittant. Quod si infra dictum terminum Superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleuerint, teneatur Ordinarius loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus illa adimplere, & omninò exequi etiam inuocato, si opus fuerit brachij sæcularis auxilio. Verumtamen si Monasterium Regularium Virorum, quibus Moniales sunt subiectę, sit intra dicta Mœnia, vel è conuerso, habeantur, vel conducantur, si commodè fieri possit, mansiones ad vsum Confessoris, quæ non sint coniunctæ, seu contiguæ ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitus disiunctæ, non solum per parietes, sed etiam per tecta: sin autem vtrumque Monasterium sit intra Mœnia, & vnum ab altero Episcopi iudicio multum distans, tunc habeantur, vel conducantur huiusmodi mansiones, vt supra distinctæ, & separatæ à Monasterio monialium in distantia ab ipso Episcopo

ſcopo recognoſcenda, & approbanda; ita tamen vt in manſionibus Confeſſoris, ſiue intra, ſiue extra mœnia conſtitutis, excepto ipſo Confeſſore cum ſuo Socio alij Regulares, etiam ſi Superiores ſint, minimè pernoctent. Si quis verò prædictorum Regularium aliquid contra præſentium tenorem facere, vel moliri præſumpſerit, aut adimplere neglexerit, ipſo facto pœnam excommunicationis, & priuationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in poſterum obtinenda. vociſque actiuæ, & paſſiuæ abſque alia declaratione incurrat. Et nihilominus nullius priuilegijs, & exemptionibus tueri ſe poſſit, quominus ab Epiſcopo loci, tamquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ Delegato quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat. Decernentes eaſdem præſentes, etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & cæteri quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo vmquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut inualiditatis, vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut alio quouis defectu etiam quantumuis magno inexcogitato, aut ſubſtantiali, ſiue etiam ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſolemnitates, & quæuis alia ſeruanda, & adimplenda, ſeruata, & adimpleta, non fuerint, aut ex aliquo alio capite quocumque à iure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut quocumque alio colore etiam in corpore iuris clauſo, ſeu occaſione, vel cauſa quantumuis iuſta, rationabili, & priuilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum

necessariò exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra huiusmodi, & alijs superiùs expressis, seu relatis nihil vllibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, inualidari, retractari in ius, vel controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, vel aduersus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos iuris, facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, & impetrato quempiam vti, seu se iuuare in iudicio, vel extra posse, neque easdem præsentes sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibee spectabit in futurum, inuiolabiliter obseruari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Sacri Palatij Apostolici Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apost. Nuncios, ac alios quauis auctoritate, & potestate fungentes, nunc, & pro tempore existentes in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iuducari, & definiri debere, & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo iure quæsito, alijsque Cancellariæ Apostolicæ

licæ regularis, cæterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in Concilijs Generalibus editis, etiam specialiter in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantum, Congregationum, societatum, & cuiusuis alterius Instituti, & Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, & Locorum Regularium quorumcunque necnon illorum roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque indultis, & *priuilegijs* etiam ex causa, & titulo oneroso, *vel in limine fundationis*, & in Mari Magno, seu Bulla Aurea, aut aliter nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu scientia, & deliberatione, & potestatis plenitudine, etiam ad Imperatoris, Regum, & Reginarum, Rerumpublicarum, & quorumuis aliorum *Principum*, & personarum quarumcumque *Ecclesiastica, vel sæculari* dignitate fungentium instantiam, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet aduersantur, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus, & formis, specialis, indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idẽ importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut quæuis exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum

 nihil

nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt præsentes literæ in Valuis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Vrbe publicentur, & affigantur, quæ postquam affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent. Atque earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, præcepti, decreti derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum in Arce Gandulphi Dięcesis Albanen. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto. Tertiodecimo Kal. Nouemb. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

I. Card. Prodatarius.

S. Vgolinus.

Visa de Curia P. Ciampinus.

D. Ciampinus.

Registrata in Secretaria Breuium.

Loco † Plumbi pendentis.

4. Quo-

4. Quomodo recipienda ſit tertia ſoror germana Monialium, qua dote, & An habeat votum, ſeu ſuffragium in electionibus, quæ omnia delucidantur, ſequenti Decreto.

Bratharen. Archiepiſcopo.

VT quæ hæc Sacra Congregatio circa plures, quàm duas ſorores in vnum Monaſterium introducendas, aliàs decreuit Amplitudo Tua exequi valeat; Illuſtriſſimi Patres has literas ad eam dari voluerunt, per quas eadem Decretam, quantum iſtius Eccleſiæ regimen expoſcit, & ſat innoteſcent: Aut igitur tertia ſoror intra præfinitum Monialium numerum in Monaſterium introducenda eſt; Aut ſupra illum. Si vt numeraria ingredi voluerit, eleemoſynam dotalem duplicatam Monaſterio perſoluat; ſuffragioque tam actiuo, quàm paſſiuo carebit, quouſque altera ex duabus eius ſororibus è vita deceſſerit. Si verò vt ſupra definitum Monialium numerum admitti petierit, ſpeciali Sacræ huius Congregationis licentia opus erit; quæ quidem concedi non ſolet, niſi ex conditione, vt ipſa tertia ſoror triplicatam eleemoſynam dotalem Monaſterio exoluat, nec reliquis eius duabus ſororibus ſimul ſuperſtitibus actiuo, vel paſſiuo ſuffragio gaudeat. Die 26. Auguſti 1616.

In Regeſto huius Sacræ Congregationis fol. 369.

Quòd non fiant contractus inter Moniales, earumque Procuratores, ſeu Adminiſtratores.

5 CVm ſecundum leges Ciuiles, Tutor rem Pupilli emere non poſſit, vel per ſe, vel per aliam perſonam. Idemque porrigendum ſit ad ſimilia, ideſt ad Curatores, Procuratores, & qui negotia aliena gerunt, alioquin non ſolùm rem emptam amittant, ſed & quadrupli pœna teneantur: Poſtulet autem ratio, vt multò magis id ſeruari debeat in Piorum locorum Adminiſtratoribus, quos præcipuè ab omni ſpecie mali abſtinere oportet, ne cuiquam ſcandalo ſint. Sanctiſſimus Dominus Noſter de S. R. E. Cardinalium, & Prȩlatorum Apoſtolicȩ Viſitationis conſilio diſtrictè prohibet, atque interdicit, ne in poſterum quiſquam ex ijs, qui in Alma Vrbe piorum locorum adminiſtrationem, & curam gerunt, aut illis quoquomodo præſunt, & præcipuè deputati monaſteriorum monialium, Cuſtodes, ſeu Guardiani Collegiorum, vel Confraternitatum, aut Hoſpitalium Adminiſtratores, & alij ſimiles à prædictis pijs locis, vel eorum perſonis triticum, vinum, oleum, vel alios cuiuſuis generis fructus, etiam proximè perituros, aut quæuis bona mobilia, vel immobilia, aut ſe mouentia per ſe, vel per interpoſitam perſonam directè, vel indirectè emere, vel conducere, aut eiſdem vendere, vel locare, aut cum ipſis permutare quouis modo audeant, vel præſumant etiam ex cauſa maioris vtilitatis, aut vrgentis neceſſitatis, vel grauis damni vitandi eorumdem locorum, vel perſonarum, aut quocumque alio prætextu, vel

quæ

quæsito colore, si secus fecerint, contractus sit ipso iure nullus, ipsique rem emptam, & rei venditæ pretium amittant eo ipso, & in quadruplum conueniantur, contrarijs non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ 5. April. 1663.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secretar.

In Regesto Sac. Congregat. Episc. & Regular. fol. 36.

De Sanctimonialium cura in temporalibus.

6 MOnasteria Sanctimonialium S. Claræ Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ subiecta, ab eiusdem Ordinis Prouincialibus esse gubernanda spirituali gubernio, non autem temporali statuerunt, & decreuerunt Innocentius IV. Cum sicut 1246. apud Annal. Minor. tom. 1. pag. 675. Benedictus Decimus 1304. ibidem tom. 3. pag. 28. Nicolaus V. Ordinis sui. 1447. Ibidem tom. 5. pag. 498. Demum Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. de Regul. & Monialibus.

Quapropter aduertit Barbos. per hoc Decretum, nullam iurisdictionem esse concessam Episcopo in Monasterijs Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, nisi in concernentibus spiritualia, in temporalibus verò nihil agere posse; Concilium enim Tridentinum sess. 25. cap. 2. ait quod Administratio bonorum Monasteriorum, seu Conuentuum ad solos Officiales eorumdem, ad nutum Superiorum amouibiles pertineat.

Hinc est quod nec Ordinarij, nec Prælati Regulares etiam in Capitulis eorum Generalibus, non possunt deputare Administratores bonorum temporalium Monialium particulares Religiosos

cuiuscumque gradus, aut præeminentiæ, etiamsi Superiores Monasteriorum fuerint.

Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium 22. Augusti 1605. apud Gauant. V. Monialium cura in temporalibus num. 12. moderantur enim Monasteria monialium in temporalibus à solis Syndicis, seu Colonis ab eisdem electis cum approbatione Episcopi.

Verùm tamen est, quod in actu Visitationis tam Episcopi, quàm Prælati Regulares inquirere debent à Discretis monasterij, An bona temporalia, census, ac prouentus rectè, fideliterque administrentur, & conuocare Syndicos, Colonos, seu Administratores coram Abbatissa, & Discretis Monasterij, vt rationem reddant suæ administrationis. Tenentur enim dicti Administratores, singulis annis, rationem reddere suæ administrationis coram eodem Episcopo; Adhibitis Superioribus Regularibus, si Moniales sint Regularibus subiectæ Gregor. XV. Inscrutabili de exempt. priuil. Suntque prædicti Administratores, vt dixi, ad nutum amouibiles, ita tamen vt non vltra triennium in dicto munere permaneant. Trid. sess. 25. cap. 2.

Ex supra narratis deducitur, quòd non rectè, & æquè benè Abbatissa vnà cum Discretis Monasterij possunt recipere redditionem computationum à Colonis, & Exactoribus, quia iuxta præfatam Bullam Greg. XV. requiritur præsentia Episcopi, seu Prælati Regularis.

Demum administratio bonorum Monasterij cum deputatione Factorum, & Colonorum fieri debet à Syndicis cum approbatione Episcopi: Fructus verò, redditusque collecti, & exacti consignari Monialibus. Episcopo verò rationem reddant tàm Syndici, quàm Moniales, Sacra

Con-

Congregatio Episcoporum, & Regul. 11. Augusti 1651. Flosculi V. monasterium n. 9. Nisi secus in fundatione cautum esset. Vallisoletana 12. Ianuarij 1604. Isti syndici, siue Sanctesij debent de nouo, quolibet triennio eligi, & etiam aliquando mutari, in vna Assisien. 21. Iulij 1597. Ibidem.

7 Moniales semel saltem singulis mensibus tenentur ad confessionem suorum peccatorum, & Eucharistiæ susceptionem. Trident. sess. 25. de Regular. & Monialibus cap. 10.

8 Quo tempore Confessarij extraordinarij Confessiones audierint, ad monasteria Ordinarij non accedant, sub suspensione officij, ac etiam priuatione. Constit. Ord. c. 11. pag. 267. n. 12.

Nouitius.

SVMMARIVM.

Ponitur series Decretorum, pro receptione Nouitiorum in familia nostra Cismontana, tam Obseruantium, quàm Reformatorum *à Clemente Papa Octauo, vsque ad Innocentium X.*

Decretum Congregationis super statu Regularium, scil. Ad propagandam. Diuiditur in 7. §.

§. 1. *Datur modus publicandi futurum examen recipiendorum.*

2. *Quod mittendum est ad Commissarium Generalem, & accuratè percurrat, &c.*

3. *Idemque Commissarius Generalis nomina praelectorum mittat ad Prouincialem, qui ad habitum probationis eos recipiat.*

4. *Emissa professione transferantur ad alium Conuentum ex designatis pro Professorio.*

5. *In quo Professorio permaneant per triennium,*

vel quousque perueniant ad ætatem suscipiendi sacros Ordines, ibique debebunt litterarum studijs operam nauare.

6. Minister Prouincialis vnà cum Definitoribus eligat, & constituat familiam Nouitiatuum, & Professoriorum.

7. Superiores certiorent Sac.Cong. qualiter supradicta adimpleta, & executioni mandata sunt.

Fœna in contrafacientes, n. 6.

Dispensatio §. 6. circa electionem Guardiani, & Magistri Nouitiorum, n.7.

Decretum, quòd Nouitij Conuersi possint agere annum probationis in Conuentibus pro Professorijs, n. 8.

INtimata, ac denuuciata Visitatione Apostolica à Clemente Papa Octauo pro Reformatione Cleri, & Regularium, Nouitiorum receptionem designauit. In suprema apud Cherub. pag. 129. & sequen. vbi determinauit non ampliùs esse recipiendos absque facultate Sacræ Congregationis quod ita actum fuit.

Post quam determinationem, instantibus Fratribus Regularis Obseruantiæ Sancti Francisci pro facultate induendi Nouitios fuit illis denegata, & idem Pontifex anno 1606. indulsit, vt in qualibet Prouincia Reformatorum eiusdem Regularis Obseruantiæ extra Capitulum, seu Congregationem possent recipi Nouitij absque limitationi à Custode, vnà cum duobus Discretis, & duobus Guardianis, prout sequitur, videlicet.

In audientia Sanctiss. D.N.D. Clementis Papæ Octaui habita die Dominico 26. Nouembris 1606. per Reuerendiss. Patres, ac Prælatos Visitationis, & Reformationis Apostolicæ, inter cæteras resolutiones facta est infrascripta.

In-

Instanza de' Reformati de' Minori Osseruanti di San Francesco di potere vestire indifferentemente extra Capitulum; con l'interuento del Custode, e Discreti della Prouincia, e di due Guardiani de' più vicini.

1 Sanctissimus huiusmodi supplicationis inclinatus, bonum propositum cuiusque ad ipsam Reformatorum Religionum transire, in eaque altissimo famulari cupientes, fouere volens, Custodi eiusdem Ordinis, cum vnanimi duorum Guardianorum, & duorum Discretorum cuiusque Custodiæ voto, plenam potestatem facit recipiendi, & admittendi ad habitum sui Instituti Nouitius quouis tempore, etiam extra Capitulum. Non obstan. Decretis Generalibus sanctitatis suæ eo de genere editis, & alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Ita tamen, vt priùs examinentur diligenter per ipsos Custodem, Guardianos, & Discretos recipiendorum, & admittendorum qualitates, iuxtà Ordinis Regulam, Decreta, & Constitutiones Apostolicas. Et Custos, sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, teneatur in proximo tunc futuro Capitulo Custodiali, vel eius loco Congregatione cum Custodiali, singulis annis habenda, referre, quòd receperit Nouitios, ac illorum qualitates, & in quibus Monasterijs recepti commorentur, Approbationem, & confirmationem receptionis, & admissionis, ante professionis emissionem obtinere, aliàs supradicta omnia ex nunc, prout ex tunc irrita esse voluit, & huius Decreti auctoritate declaraui-

rauit. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die supradicto.

Loco † Sigilli.

Antonius Seneca Visitat. & Reform. Apost. Secret.

In Regesto Nouitiorum pag. 1.

Deinde anno 1624. Vrbanus Papa Octauus in Bulla, quæ incipit Romanus Pontifex renouauit Constitutionem Clementis Octaui prohibentis ne apud Fratres de Obseruantia, seu de familia recipiantur, sed tantùm à Reformatis.

Anno verò 1628. in Visitatione Apostol. decretum est, vt de cætero Nouitij inter Reformatos non recipiantur extra Capitula, vel Congregat. Capitulares, non obstante Decreto san.me. Clementis Octaui hac de re edito: aliàs receptiones, & professiones nullæ sint, & inualidæ.

F. Antonius Card. S. Honuphrij.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Secr.

In Regesto pag. 3.

Hoc eodem anno 1628. instante Procuratore Generalis Regularis Obseruantiæ pro gratia obtinenda induendi Nouitios in Familia Cismontana responsum accepit, videlicet.

2 Sacra Congregatio à S. D.N. Fratrum Minorum de Obseruantia Sancti Francisci Cismõtanæ Familiæ consultationibus præposita, volens, quantum potest in Domino ipsorum postulato satisfacere circa Nouitios ad habitum, & professionem admittendos, Sãctitate sua opprobante, censuit, tunc demum esse illis permittendum, vt Nouitios, vt supra, recipiant, cum constiterit, ex ipsorum Conuentibus eos sustulisse abusus omnes, qui Regulæ S. Francisci Obseruãtiæ aduersantur. Quòd vbi præstiterint, designãda

da erunt loca, pro ijsdem Nouitijs recipiendis & præscribendus recipiendorum numerus, & qualitates, & alia ad eorum institutionem pertinentia: & prout vnaquæque Prouincia id exequetur eidem receptionem huiusmodi fore permittendam.

Abusus verò, quibus eos propterea mederi oportebit sunt potissimum infrascripti. At primum abdicent à se, & eorum Conuentibus non solum pristina, ac bona omnia immobilia, quæ alicubi contra Regulæ puritatem, & declarationes felic.rec.Nicolai Tertij, & Clementis Quinti extra, vel intra septa Monasteriorum detinent, sed etiam census perpetuos, & legata annua, super quibus Sacra Congregatio præcipit obseruari Decretum Congregationis Generalis Romæ habitæ die 17.Maij 1603.

Hæc autem superiùs expressa, fuisse ad effectum perducta constare debebit eidem sacræ Congregationi ex attestationibus, medio iuramento Generalis, aut Commissarij Generalis, aut Visitatorum, præuia diligenti informatione capta in Visitatione singulorum Conuentuum cuiusque Prouinciæ. Romæ 14.Iunij 1628.

F.A.Card.S.Honuphrij.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Secr.

In Chronologia Ord.

Anno verò 1634. Cùm Minister Generalis totius Ordinis Sancti Francisci constare fecisset, medio iuramento eidem sacræ Congregationi supra narratos abusus ablatos fuisse à Prouincijs Fratrum Reg.Obseruantiæ Cismontanæ Familiæ iterùm institit pro receptione Nouitiorum, & gratiam obtinuit, prout in sequenti Decreto.

Emi-

Eminentissimi, & Reuerendissimi Signori.

FRà Gio: Battista Campagna Ministro Generale di tutto l'Ordine di S. Francesco humilmente supplica l'EE. VV. che per maggior commodità delle Prouincie, e meglior educatione de Nouitij, vogliano restar seruite concedere alle Prouincie grandi tre Nouitiati, e due all'altre Prouincie non grandi, e concedere anche 15. Nouitij per Nouitiato, così delle Prouincie grandi, come non grandi, de quali quindici Nouitij, dieci siano Chierici, e cinque siano Laici, che si riceuerà à gratia, Quam Deus, &c.

I Conuenti delle Prouincie grandi, che potranno esser destinati all'educatione de Nouitij, se però saranno conformi à i Decreti, e constitutioni Apostoliche, sono i seguenti.

La Prouincia di Bologna, Rimini, le Gratie, Viadana, e Carpi. La Prouincia della Marca, Ascoli, Mattelica, e Mõte Baroccio. La Prouincia di Sant'Antonio, Venetia la Vigna, Verona San Francesco, Mantoua. La Prouincia di Brescia, S. Giosèppe, iui, Chiari gli Angeli, Prato Alboino. La Prouincia di Toscana, S. Romano, Cottona, e Lucca. La Prnuincia di Basilicata, Veggiano, Tursi, Lauria. La Prouincia di S. Bernardino, Teramo, Chieti, Lanciano. La Prouincia di S. Nicolò, Conuersano, Acquauiua, Corato. La Prouincia di San Francesco, S Maria degli Angeli, Foligno, e Città di Castello.

I Conuenti dell'altre Prouincie da destinarsi per gl'istessi Nouitiati, se però saranno conformi à i Decreti, e Constitutioni Apostoliche, sono i seguenti.

La Prouincia di Milano, Lodi, e Monza. La Pro-

Prouincia di S.Tomaſo, Carmagnola Nunciata, Buſca gli Angeli. La Prouincia di Principato, la Caua, Maiuri. La Prouincia di Terra di Lauoro. Napoli Monte Caluario, Gaeta S.Franceſco. La Prouincia di Corſica S.Franceſco d'Aregno, San Franceſco la Baſtia. La Prouincia di Calabria Morano, & Auello. La Prouincia di Roma, Araceli, Caprarola. La Prouincia di S.Angelo, Santa Maria di Stignano, e S. Matteo in Lamis. La Prouincia di San Diego, Caſale, e S.Mauritio. La Prouincia di Sicilia, Meſſina S. Maria di Giesù ſopra, & Adorno. La Prouincia di Genoua, Nuntiata di Genoua, e Chiauari. La Prouincia di Sette Martiri, Pizzo, e Paleſtina. La Prouincia di Val di Notto, Vizzini S.Maria di Giesù, e Siracuſa. La Prouincia di Val di Mazara, Palermo, la Gangia, e Sciacca.

3. Sacra Congreg. Cardinalium negotijs Regularium præpoſita cenſuit petitam inſtitutionem Nouitiatuum huiuſmodi eſſe cōcedendam, prout præſenti Decreto concedit, arbitrio tamen Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, Ordinis huiuſmodi, apud hanc S.Sedem Protectoris: ac dummodo ijdem Nouitiatus ſint omnibus qualitatibus, ac partibus inſtructi ad præſcriptum Decretorum fel. record. Clementis VIII. Necnon eadem Sacra Congreg. benignè annuit, vt prohibitionibus quibuſcumque nō obſtantibus, in ſingulis Nouitiatibus, vt ſupra inſtruendis, & deſignandi quindecim Nouitij, dumtaxat arbitrio pariter eiuſdem Cardinalis Protectoris, decem ſcilicet ad habitum Clericorum, & quinq; ad habitum Conuerſorum dicti Ordinis recipi, atque educari, annoque probationis elapſo, ad profeſſionem admitti valeant; dummodo ætate requiſita, cæteriſque neceſſarijs qualitatibus

ſint

sint prædicti, & præsertim Nouitij Clerici decimum quintum annum suæ ætatis saltem agant, coram Prouinciali, & Definitoribus Prouinciæ suæ se sistant: & coram eis (etiam Prouinciali Capitulo, vel annali Congregatione non expectata) seruatis seruandis incumbentia probent. In reliquis verò seruetur forma Decreti S. D. N. super receptione, & educatione Nouitiorum, vltimo loco editi, necnon fel. rec. Sixti Quinti, ac aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Decretorum pariter similis mem. Clementis Octaui, Institutionumque generalium super receptione, & educatione Nouitiorum eiusdem Clementis, necnon sanct. mem. Pauli V. auctoritatem editarum. Romæ die 1. Septembris 1634.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

A. Torniellus.

In Regest. fol. 26.

Vt supradictum sacræ Congregationis Decretum pro Nouitiatibus instituendis; ac Nouitijs ad habitum recipiendis facultatem concernens, nostroque arbitrio remissum, iuxta factę petitionis exemplum, executioni mandetur, præsentis nostri rescripti serie annuimus. Romæ 23. Septembris 1634.

P. Card. Barberinus Protector.

Loco † Sigilli.

I. Nicol. Tighettus.

Eodem anno 1634. Idem Minister Generalis obtinuit ab eadem sacra Congreg. quòd omnes Prouinciæ Reformatæ Cismontanæ Familiæ possent recipere extra Capitulum, & Congreg. Nouitios Clericos, & Laicos, prout sequitur.

Emi-

Eminentissimi, e Reuerendissimi Signori.

FRà Gio: Battista Campagna Ministro Generale di tutto l'Ordine di S. Francesco humilissimamente supplica l'EE.VV. che vogliono restar setuite dar facoltà, che le Riforme d'Italia possino riceuere Nouitij Chierici, & Laici fuor di Capitolo, e Congregatione, che così non resteranno priue di quei buoni suggetti, che sogliono venir frà l'anno. Che &c. Quam Deus &c.

4. Sacra Congregat. Cardinalium negotijs Regularium præposita, benignè annuit vt prohibitione quacumque non obstante sex Nouitij ad habitum Clericorum, & tres dumtaxat ad habitum Conuersorum in qualibet Prouincia Fratrum Reformatorum Ordinis huiusmodi, Prouinciali Capitulo, vel annali Congregatione non expectata, recipi, atque anno probationis elapso, ad professionem (seruatis seruandis) admitti valeant, dummodo ætate requisita, cæterisque necessarijs qualitatibus sint præditi, ac præsertim Nouitij Clerici decimum quintum annum suæ ætatis saltem agant, coram Custode, & Definitoribus Prouinciæ suæ se sistant, & coram eis, etiam dicto Capitulo, vel annali Congregatione nõ expectatis (seru. seruandis) incumbentia probent. In reliquis verò seruetur forma Decreti S.D.N. super receptione, & educatione Nouitiorum, vltimo loco editi, neconn fel. rec. Sixti V. ac aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Decretorum pariter similis memor. Clementis Octaui, Institutionumque generalium super receptione, & educatione Nouitiorum eiusdem Clementis, necnon san. mem. Pauli V. aucto-

auctoritate editarum. Romæ die 17. Nouembris 1634.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

A. Torniellus.

In Regesto fol. 3.

Et sic deinceps Prouinciæ Obseruantium, ac Reformator. Cismontanæ Familiæ, singulis annis habuerunt recursum ad S. Congregationem pro induendis Nouitijs. Verùm est, quod anno 1641. Vrbanus Papa Octauus (per suum Breue, quod incipit Militantis, de quo infra) concessit quod in Prouincijs Reformatis Cismontanæ Familiæ Nouitij infra annum, cum interuentu Ministri, & duorum Definitorum Prouincialium, & duorum Guardianorum recipi possent.

Demum Innocentius Papa X post generalem prohibitionem factam omnibus Regularibus induendi Nouitios indulsit Prouincijs Regularis Obseruantiæ, ac Reformatorum Italiæ, vt possent recipere certum numerum Nouitiorum, prout in Decreto. Et sic Congregatio deputata super statu Regularium, instantibus Procuratoribus Generalibus Ordinum, his in anno concedit facultatem Prouincijs induendi Nouitios. Verùm quia non omnes, etiam Superiores, habent notitiam præfati Decreti, & in multis delinquunt, operæ pretium duxi apponere illud hìc, tamquam in loco suo, vt cum illo moderentur in Nouitiorum receptione, ac Professoriorum deputatione.

5. Ad propagandam, in Ordine Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ, ac Reformatorum Sancti Francisci, Regularem Obseruantiam, quæ Nouitiorum institutioni, & educationi præcipuè innititur, Sacra Congregatio à Sanctiss.

ctiss.D.N. deputata, super statu Regularium, de mandato Sanctitatis Suæ in singulis Italiæ Prouincijs eiusdem Ordinis, præsentis Decreti vigore designat, aut deputat infrascriptos Conuentus pro Nouitiatibus, & Professorijs (quibus relictis, cum iam sint in actu exercito, sequitur) dum tamen hæc, quæ sequuntur inuiolatè obseruentur.

§.1. Primum, vt indicatur, & in singulis dictarum Prouinciarum Conuentibus publicetur futurum examen, seu scrutinium eorum, qui ad habitum probationis recipi postulauerint, omnesque à Ministro Prouinciali, & Definitoribus diligenter examinentur, ac per vota secreta approbentur, quotquot idonei reperti fuerint, natalibus, ætate, vita, & moribus anteactis, litteratura respectu Clericorum, corporis habitudine, impulsu spiritus, alijsque requisitis ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum, ac statutorum Ordinis. Non idonei verò reijciantur. Nec aliquis approbetur pro Clerico, qui decimum quintum, nec pro Laico, qui vigesimum ætatis suæ annum non expleuerit.

§.2. Tum deinde hoc examen, seu scrutinium, scripto fideliter exaratum, & manu propria cuiusque examinatoris subscriptum, ac iuramento firmatum, ob signatumque, primo quoque tempore transmittatur ad Commissarium Generalem, qui statim, consulto Procuratore Curiæ, & aliquibus Patribus grauioribus à se deligendis, scrutinium sic receptum accuratè percurrat, & singulas partes expendat, ac propterea tam per supradictos, quàm per litteras familiares, & secretas inquisitiones à Patribus Prouinciæ antiquioribus, ac zelum Dei habentibus, assumendas sedulò inuestiget, num aduersus

examinatos, & approbatos inueniatur aliqua exceptio, An ne ipsorum quispiam sit consanguineus, vel affinis, amicus, aut quoquomodo addictus alicui examinatori, aut alteri ex Fratribus Ordinis, & an zelo perfectionis vitæ, & Deo liberiùs in sancta Religione seruiendi, An potiùs leuitate, aut necessitate, vel alio fine inordinato ductus postulet admitti.

§.3. Hisque peractis, ex omnibus, vt supra approbatis, idem Commissarius Generalis consultis supradictis, intra numerum Nouitiorum pro Clericis, & Laicis in illa Prouincia, vt supra concessum præeligat meliores, habita præsertim ratione indolis, morum, feruoris spiritus, acuminis ingenij, & conditionis natalium, moxque preelectorum nomina mittat ad Ministrum Prouincialem, qui tunc demum, & non priùs, eosdem præelectos ad habitum probationis suscipiat, & eos tantùm; Qui postea, quarto quoque mense à communitate Fratrum Cõuentus ipsius Nouitiatus, à duobus saltem mensibus ibi actu de familia existentium, per secreta maioris partis suffragia, habiles inuenti fuerint, elapso anno, post susceptum habitum ad professionem admittat, sub exacta tamen vita communi, vel præscriptum Regulæ, non obstante quauis laxioris consuetudine, seu potiùs corruptela, in contrarium introducta, seruataque forma sacrorum Canonum, Concil. Trident. & Constitutionum Apostolicarum, ac precipuè Decretorum san. mem. Clem. Papæ VIII. necnon statutorum prædicti Ordinis. Quòd si aliquem ex dictis Clericis, vel Laicis, postquàm receptus fuerit ante professionẽ à Religione discedere, aut expelli contigerit, alius in eius locum subrogari possit, dummodo tamen in omnibus seruetur forma superiùs præscripta.

§.4. Cæ-

§.4. Cæterum vt prædicti Nouitij, postquam in Professorum numerum, vt præfertur, recepti fuerint, melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, statim post professionem emissam, si in Conuentu pro Nouitiatu, vt supra assignato, locus aderit secundi Nouitiatus, seu Professorij ab ea, quæ Nouitiorum est, atque antiquorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Conuentus eos alere queat: sin minùs tranferantur in alium Conuentum ex designatis pro Professorio, seu secundo Nouitiatu, vbiuis locus cum requisitis ad Nouitiatum ipsum præscriptis reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo construatur; ita tamen vt si prædicta Religio, ex suarum Constitutionum vigore maioris temporis cursu, nouos Professos intra Nouitiatum detinere consuescat, illis in hac parte minimè derogatum esse intelligatur, & nihilominus permittitur Superioribus, vt id ipsum facere possint, si rationi, ac Religioni magis expedire iudicauerint.

§.5. In quo quidem Professorio degant sub regulis, & modo viuendi adhuc strictiori, quàm seruent antiquiores professi, ita vt nec in negotijs Conuentus se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, nec alterius exterioris obedientię officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem peruenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimmò, & debebunt literarum studijs operam nauare sub directione, & regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Magistrum Nouitiorum præditum esse oportet, quemadmodum ipsius

Cle-

& singula, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædicti Ordinis statutis, consuetudinibus, & priuilegijs, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ die 15. Octob. 1654.

B. Card. Spada.

Loco † Sigilli.

P. Fagnanus Secr.

6. Pœnæ autem taxatæ à Clem. VIII. in fine Decretorum, ac Institutionum super receptione, & educatione Nouitiorum, de quibus supra fit mentio, sunt quæ sequuntur, videlicet:

Denique si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alij ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo delinquerint, seu quouis modo, contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, priuationem, grauioresque pro modo admissæ culpæ pœnas se subituros certò sciant.

7. Aduertendum, quod in originali Decreto §. 6. sunt hæc verba: Porrò in prædictis Conuentibus, tam Nouitiatus, quàm Professorij, nec Superior, nec Nouitiorum Magister eligatur, seu deputetur, vel amoueatur, nisi ab ipsomet Commissario Generali, consultis eodem Procuratore, ac Patribus grauioribus, &c. quæ quidem electio, instante Patre Commissario Generali, ex dispositione Alexandri Papæ Septimi, commissa Protectori nostro demandata fuit Ministro Prouinciali, vnà cum Definitoribus, prout in sequenti Epistola.

Foris.

Al Molto Reu. Padre Prouinciale de Minori Osseru. Riformati di San Francesco di questa Prouincia Romana.

Intus.

Molto Reuerendo Padre.

HAuendo io portato alla Santità di Nostro Signore le suppliche del Padre Commissario Generale, che ne' Decreti publicati d'ordine della santa memoria d'Innocentio Decimo sotto li 15. Ottobre prossimo passato per riceuere i Nouitij nelle Prouincie d'Italia della sua Religione di San Francesco, tanto Osseruanti, come Riformati, frà l'altre cose vien ordinato, che ne' Conuenti de' Nouitiati, e Professorij i Guardiani, e Maestri de Nouitij, si deputino solamente da esso P. Commissario Generale, con il conseglio del Commissario, e Procuratore di Corte, & vditi i Prouinciali, ma che nell'essecutione totale di quest'ordine, egli hà conosciuto di non poter sodisfare intieramente alla sua coscienza, per non hauer piena notitia delle qualità de soggetti, nè poter assicurarsi nell'informationi, che vengono dal fuori, nè tampoco esser di persona à prenderle nella Visita delle Prouincie, e però hà supplicato instantemente per la gratia di essere sciolto da quest'obligo, e che si rimetta l'elettione di detti Guardiani, e Maestri de Nouitij al Prouinciale, e Definitorio di ciascuna Prouincia, in conformità delle Constitutioni della Religione.

ne. Sua Beatitudine hà benignamente condesceso di rimetterne à me la risolutione, in ordine al maggior seruitio di Dio, e bene della Religione, dandomene però tutta la facoltà necessaria, & opportuna. Potrà dunque la P. V. in godimento della gratia fatta dalla Santità Sua, ne i luoghi de Nouitiati, e Professorij fare liberamente i Guardiani, e Maestri de Nouitij, conforme alle loro Constitutioni, senza obligo di hauer à mandare la nomina quà al Padre Commissario Generale, & all'orationi di V.P. mi raccomando. Roma li 18. Agosto 1655.

Affettionatiss. di V. P. nel Sig.
Francesco Card. Barberino.

In Regesto fol. 25. Et sic deinceps actum est, in singulis Prouincijs, iuxta emendatum §. 6.

Demum anno 1659. Reuerendissimus Pater Generalis Sambuca obtinuit, quòd Nouitij Conuersi possent agere annum probationis in Cœnobijs pro Professorijs designatis, prout sequitur.

Beatissimo Padre.

FRà Michel'Angelo della Sambuca Ministro Generale di tutto l'Ordine di S. Francesco, prostrato à i piedi di V. Santità espone, come quasi tutti i Conuenti delle Prouincie d'Italia Osseruanti Riformati si trouano con tanta penuria de Frati, e particolarmente de' fratelli Laici per causa di mortalità, e di contagio, che non possono hauer il solito, e necessario seruitio, non senza pregiuditio della Regolar osseruanza, e del buon gouerno. Supplica però l'Oratore Vostra Santità voglia con la sua solita pietà cóceder licenza, che i Nouitij Laici possino far l'anno

dell'approuatione ne'luoghi de' Professorij assegnata dalla Sacra Congregatione, mentre in quelli si viue con le medesime osseruanze de' Nouitiati, come si è fatto altre volte, che così si darà qualche sollieuo alle Prouincie, che lo richiedono con grandissima instanza, e l'Oratore lo riceuerà à gratia particolare da Vostra Santità, &c.

8. Sanctissimus Dominus noster D. Alexander Papa Septimus Oratoris supplicationibus inclinatus, clementer annuit, vt ad triennium proximum tantùm, Nouitij, qui pro seruitio Conuentuum tam Obseruantiæ, quàm etiam Reformatorum Ordinis prædicti, qui Laici vocantur, recepti fuerint, siue recipientur, in Cœnobijs à Sacra Congregatione pro Professorijs designatis, annum probationis (seruatis tamen aliàs seruandis) peragere, ac successiuè Regularem professionem emittere valeant, Apostolicis, necnon eiusdem Ordinis Constitutionibus, cæterisque contrarijs aliàs in suo robore permansuris præsenti Indulto minimè obstan. Romæ die 6. Nouembris 1659.

M. Cardinalis Ginettus.

Loco † Sigilli.

Æmil. Episc. Camer.
Secret.

In Regest. Sac. Congregat. Episcop. & Reg. fol. 343.

Reliqua, quæ pertinent ad Nouitios optimo iure sancita sunt in Constitutionibus generalibus Ordinis c. 2. pag. 53. & seq.

Offi-

Officium Sanctorum.

SVMMARIVM.

Decretum pro moderatione Officij Immaculatæ Conceptionis.

1 CVm aliàs sub die 20. Ianuarij 1609. Sanctissimus Dominus noster Paulus Papa Quintus concesserit Religiosis Fratribus Obseruantibus S. Francisci, vt singulis Sabbatis non impeditis festo nouem Lectionum, possint recitare Officium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ; Quæ gratia cùm etiam Fratribus Conuentualibus sub die 14. Ianuarij, & Fratribus Capuccinis sub die 7. Iulij 1612. de voto Congregat. sacrorum Rituum ab eodem Sanctissimo Domino nostro concessa fuerit, & eandem gratiam non esse simpliciter intelligendam,

sed indigere aliqua declaratione in eadem Sacra Rituum Congregatione, ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Bellarmino propositum fuerit. Placuit eidem Sacræ Congregationi, vt dicta gratia de Officio Conceptionis in Sabbato recitando, declaretur esse intelligenda, eo modo, quo intelligitur Rubrica de Officio Sanctæ Mariæ in Sabbato, ideſt, vt excipiantur Sabbata occurrentia in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporum, & Vigilijs. Et facto, de prædicta declaratione verbo cum Sanctissimo Domino Nostro. Placuit Sanctitati Suæ Congregationis declaratio, vt dicta gratia prædictis Religiosis concessa, intelligatur cum supradicta moderatione, & ita in futurum à prædictis Fratribus Obseruantibus, Conuentualibus, & Capuccinis Ordinis Sancti Francisci Officium Beatæ Mariæ in Sabbato. Eadem Sacra Rituum Congregatio recitandum esse censuit, & declarauit.

Die 10. Nouembris 1612.

Franciscus Maria Card. à Monte.

Loco † Sigilli.

I. P. Mucantius Secr. Congreg.

Decretum Continuationis Officij per annum Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis factum post reuocationem Oraculorum Sanctissimi Vrbani Papæ Octaui.

2 OBtento à felic. rec. Paulo Papa V. viuæ vocis oraculo per bon. mem. Cardinalem Arrigonium Franciscanæ Religionis Prote-

ctorem, vt Religio Franciſcana, ſingulis Sabbatis non impeditis feſto nouem lectionum, licitè recitare poſset Officium Conceptionis B. Virginis, quod incipit, Sicut lilium, &c. ſub ritu ſemiduplici, prout ab illo dictæ conceſſionis tempore, vſque in præſens recitatum eſt; omiſso feriali officio: ſed reuocatis poſtea per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Vrbanum Papam Octauum viuæ vocis oraculis, Eadem Religio ſupplicauit Sanctiſſimo pro licentia continuandi, non obſtante ſupradicta reuocatione, & ſupplicatione per Sanctitatem Suam ad ſacram Rituum Congregationem remiſsa.

Sacra Congregatio cenſuit, ſi Sanctiſſimo placuerit, poſse continuari, non obſtante prædicta reuocatione, exceptis tamen Sabbatis Quatuor temporum, Vigiliarum, Aduentus, & Quadrageſimæ, in quibus Officium de Feria non omitti mandauit. Et Sanctiſſimus annuit. Romæ 11. Nouembris 1641.

Coſm. Card. de Torres.
Loco † Sigilli.

Iulius Cincius Secr.
In Regeſto huius Congregationis fol. 95.

3. Sed quanti faciat Sancta Mater Eccleſia huiuſmodi Immaculatæ Virginis Conceptionem Sanctiſſimus Dominus Noſter in ſequenti Bulla clementer oſtendit, & declarat.

Sanctiſs. Dom. Noſtri ALEXANDRI Diuina Prouidentia Papæ VII.

Innouatio Conſtitutionum, & Decretorum in fauorem ſententiæ, animam Beatæ Mariæ Virginis in ſui creatione, & in corpus infuſione à peccato originali præſeruatam fuiſſe, editorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SOlicitudo omnium Eccleſiarum, quam licet meritis, & viribus longè impares, Dei Optimi Maximi voluntate, & prouidentia gerimus, in id Nos anxiè tenet intentos, & vigilantes, vt ſcandala, quæ inter fideles pro humanæ naturæ corruptione, & fragilitate neceſſe eſt vt exoriantur, vtque exorta quàm celerrimè, & quàm diligentiſſimè amoueantur: nam ijs per quos veniunt, certam peccati perniciem, quibus verò præbentur, præſens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro noſtro Paſtoralis officij debito, & damnum ſummoperè dolemus, & diſcrimine aſſiduè vrimur.

Sanè vetus eſt Chriſtifidelium erga eius Beatiſſimam Matrem Virginem Mariam pietas, ſententium eius in animam in primo inſtanti creationis, atque infuſionis in corpus fuiſſe ſpeciali Dei gratia, & priuilegio, intuitu meritorum IESV Chriſti, eius filij, humani generis Redemptoris à macula peccati originalis præſerua-

tam

tam immunem, atque in hoc ſenſu eius Conceptionis feſtiuitatem ſolemni ritu colentium, & celebrantium; creuitque horum numerus atque huiuſmodi cultus poſt editas à fel. record. Sixto Papa IV prædeceſſore noſtro in eius commendationem Apoſtolicas Conſtitutiones, quas ſacrum Concilium Tridentinum innouauit, atque obſeruari mandauit.

Aucta rurſus, & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam poſt erecta hoc nomine approbantibus Romanis Pontificibus, Religioſum Ordinem, & Confraternitates, & conceſſas ab iiſdem Indulgentias, itaut accedentibus quoque pleriſque celebrioribus Academijs ad hanc ſententiam, iam ferè omnes Catholici eam complectantur.

Et quia ex occaſione contrariæ aſſertionis in concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quod nempè eadem Beatiſſima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa, ſcandalo, iurgia, & diſſenſiones record. fel. Paulus Papa Quintus etiam prædeceſſor noſter vetuit horum opinionem præfatæ ſententiæ contrariam publicè doceri, aut prædicari.

Quam prohibitionem piæ mem. Greg. Papa XV. ſimiliter prædeceſſor noſter ad priuata etiam colloquia extendit: mandans inſuper in fauorem eiuſdem ſententiæ, vt in ſacroſancto Miſſæ Sacrificio, ac diuino Officio celebandis, tam publicè, quàm priuatim, non alio quàm Conceptionis nomine vti quicumque debeant.

Nihilominùs, prout Venerabiles fratres Epiſcopi ferè omnes Hiſpaniarum cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis datis ad nos litteris expoſue-

sunt; accedente etiam insinuatione charissimi in Christo filij nostri Philippi earumdem Hispaniarum Regis Catholici, qui specialem super hoc misit ad Nos Oratorem venerabilem fratrem Ludouicum Episcopum Placentinum, per quem etiam delatæ fuerant ad nos supplicationes Regnorum earumdem Hispaniarum; pergunt aliqui contrariæ illius opiniones assertores contra præfatas prohibitiones tum priuatim, tum publicè præfatam sententiam, aut impugnare, aut vellicare, & fauorem à Romanis Pontificibus cultui, & festo secundùm illam præstitum ita interpretari, vt frustrentur; immò Ecclesiam Romanam huic sententiæ, & cultui iuxta illam Beatæ Virgini exhibito fauere negant, pios Christi fideles è sua pacifica quasi possessione deturbare conando, vnde offensiones, scandala, & iurgia, quibus obuiare voluerunt Paulus Quintus, & Gregorius XV. nostri prædecessores perdurant adhuc, & ex occasione eorumdem aduersantium maiora his incommoda in posterum prudenter, & meritò timentur.

Quapropter super his tam præfati Episcopi cũ Ecclesiarum suarum Capitulis, quàm memoratus Philippus Rex, eiusque Regna Nobis pro opportuno remedio instanter supplicari fecerunt.

Nos considerantes, quòd sancta Romana Ecclesia de intemeratæ, semperque Virginis Mariæ Conceptione festum solemniter celebrat, & speciale, ac proprium super hoc officium olim ordinauit iuxta piam, deuotam, & laudabilem institutionem, quæ à Sixto IV. prædecessore nostro tunc emanauit, volentesque laudabili huic pietati, & deuotioni, & festo, ac cultui secundùm illam exhibitio in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem nunquam immutato, Romanorum

Pon-

Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo fauere, necnon tueri pietatem, & deuotionem hanc colendi, & celebrandi Beatissimam Virginem, præueniente scilicet Spiritus sancti gratia, à peccato originali præseruatam, cupientesque in Christi Grege vnitatem spiritus in vinculo pacis, sedatis offensionibus, & iurgijs, amotisque scandalis, conseruare, ad præfatorum Episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, eiusque Regnorum oblatam Nobis instantiam, ac preces, Constitutiones, & Decreta à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & præcipuè à Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in fauorem sententiæ asserentis animam Beatæ Mariæ Virginis in sui creatione, & in corpus infusione Spiritus Sancti gratia donatam, & à peccato originali præseruatam fuisse, necnon, & in fauorem festi, & cultus Conceptioni eiusdem Virginis Deiparæ secundùm piam istam sententiam, vt præfertur, exhibiti, innouamus, & sub censuris, & pœnis in eisdem Constitutionibus contentis obseruari mandamus.

Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergent interpretari, vt fauorem per illas dictæ sententię, & festo, seu cultui secundùm illam exhibito frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum, seu cultum in disputationem reuocare, aut contra ea quoquo modo directè, vel indirectè, aut sub quouis prætextu, etiam definibilitatis eius examinandæ, siue Sacram scripturam, aut Sanctos Patres, siue Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quouis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea quicquam de-

terminando, aut aſſerendo, vel argumenta contra ea aſſerendo, & inſoluta reliquendo, aut alio quouis excogitabili modo diſſerendo, au ſi fuerint præter pęnas, & cenſuras in Conſtitutionibus Sixti Quarti contentas, quibus illos ſubiacere volumus, & per præſentes ſubijcimus, etiam concionandi, publicè legendi, ſeu docendi, & interpretandi facultate, ac voce actiua, & paſſiua in quibuſcunque electionibus eo ipſo abſque alia declaratione priuatos eſſe volumus, necnon ad concionandum, publicè legendum, docendum, & interpretandum perpetuę inhabilitatis pęnas ipſo facto incurrere abſque alia declaratione, à quibus pœnis nonniſi à Nobis ipſis, vel à ſucceſsoribus noſtris Romanis Pontificibus abſolui, aut ſuper ijs diſpenſari poſſint: necnon eoſdem alijs pęnis noſtro, & eorumdem Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum arbitrio infligendis pariter ſubiacere volumus prout ſubijcimus, per pręſentes, innouantes Pauli V. Gregorij XV. ſuperiùs memoratas Conſtitutiones, ſeu Decreta.

Ac libros in quibus præfata ſententia, feſtum, ſeu cultus ſecundùm illam in dubium reuocatur, aut contra eam quomodocumq; vt ſupra, aliquid ſcribitur, aut legitur, ſeu locutiones, conciones, tractatus, & diſputationes contra eandem continentur, poſt Pauli V. ſupra laudatum Decretum edita, aut in poſterum quomodolibet edenda prohibemus, ſub pęnis, & cenſuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipſo facto abſque alia declaratione pro expreſsè prohibitis haberi volumus, & mandamus.

Vetamus autem, Sixti IV. Conſtitutioni inhærentes, quempiam aſſerere, quòd propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet glo-

gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, aut mortale peccatum incurrant, cum à Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout Nos nunc minimè decidere volumus, aut intendimus, quin potiùs contrariam illam opinionem hæresis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audẽtes, prçter pœna, quibus eos subiecit Sixtus IV. alijque prædecessores nostri Romani Pontifices, grauioribus alijs pœnis subijcimus, quas in contrafacientes huic nostræ Constitutioni superiùs inflix imus.

Volentes, quòd contra huius nostræ Constitutionis transgressores, etiam Regulares cuiusuis Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Iesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas, cuiuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, vt præfertur, tam Episcopi, & Prælati Superiores, alijque locorum Ordinarij, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos strictè animaduertant: Nos enim ijs, & eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coercendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem ijsdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, vt præfertur, procedere, inquirere, & punire districtè præcipimus, & mandamus.

Non obstantibus Cõstitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusuis indultis, & literis Apostolicis, quibusuis personis quantumcunque qualificatis, & in quacunq, etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quauis alia Dignitate, & honore constitutis, etiam quod

con-

contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari nequeat quomodolibet concessis.

Quibus omnibus, & eorum singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de eis, ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma obseruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Vt autem hæc nostra Constitutio, & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentius peruenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna priuationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrenda præcipimus, & mandamus omnibus & singulis locorum Ordinarijs, ac eorum Vicarijs, Suffraganeis, & Officialibus quibuscumque, & alijs singulis, ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus huiusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Diœcesis, vel Districtus Prædicatoribus, & alijs; quibus expedire iudicauerint, opportunè insinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis in posterum quoquomodo ignorantiam de præmissis possit prætendere, aut se contra præmissa valeat excusare.

Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præsentes literæ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac in acie Campi Floræ de Vrbe de more publicentur, & affigantur, quæ affixio, & publicatio ita omnes.

nes, & singulos, ad quos spectat, afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatæ fuissent, & quod illarum transumptis etiam, impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutę munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatotis die 8. Septemb. 1661. Pontificatus nostri Anno Septimo.

S. Vgolinus.

Decretum, quod in celebratione Officij, & Missę Beatorum, non excedantur limites verbales Indultorum Sedis Apostolicę.

4 SAcrorum Rituum Congregatio die quinta Octobris 1652. censuit, & declarauit, si Sanctissimo D. N. placuerit, non potuisse, nec posse, tam sæculares, quàm Regulares cuiuscumque Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Iesu, excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicæ super Beatificationibus præsertim in celebratione Missarum, & Officij cum octauis, nisi hoc expresè Sedes Apostolica eis indulserit, & facta relatione per me Cardinalem Cornelium Episcopum Albanensem die 16. Decembr. 1652. Sanctitas sua approbauit, & sic vt præmittitur seruari mandauit.

F. Episcopus Albanen. Card. Cornelius.

Loco † Sigilli.

Bernard. Roccius Sac. Fit. Congreg. Secr.

In Regest. fol 120.

5 Offi-

5 Officium Sancti Bernardini Senensis Confessoris semiduplex à Sacra Rituum Congregatione recognitum, & approbatum die 4. Augusti 1675. de mandato Sanctissimi Domini Nostri, D. Alexandri Papæ Septimi in Breuiario Romano apponendum est, & ab omnibus Christi fidelibus, qui ad horas canonicas tenentur, recitandum die vigesima Maij.

In Regesto fol. 138.

Decreta Sac. Rit. Congreg. super quibusdam dubijs spectantibus ad Officium Diuinum Festorum Ordinis Fratrum Minorum.

Romana.

6 COmmissarius Generalis Ordinis Minorũ de Obseruantia S. Francisci humillimè supplicauit Sacrorum Rituum Congregationi, quatenus declarationes in infrascriptis dubijs, dignetur emanare, vt de cætero in omnibus dicti Ordinis Ecclesijs vniformiter conueniant in obseruatione rubricæ, & quod ob diuersitatem Rubricarum in varijs Typis impressarum, quæ à Breuiario Romano differunt minimè in recitatione concordant, scilicet.

Prima, Dedicatio Basilicę Saluatoris si concurrat cum Festo Translationis S. Ludouici, quod celebratur sub die 10. Nouembr. sub ritu duplicis minoris per annum, & similiter dictum festum Translationis concurrens cum festo S. Martini quomodo erit ordinandum Officium in vtrisque Vesperis.

2 Festũ S Antonij de Padua, quod in Religione

ne celebratur ſub Ritu duplici 2. Claſſis, ſi occurrat in die Corporis Chriſti, debeat transferri poſt Octauam, vel fieri in Sabbato infra eam?

3. Stante conceſſione Pij V. fel. rec. quod Fratres Min. poſſint in qualibet feria 5. per annum recitare Officium Corporis Chriſti, feſto nouem lectionum non impedita (exceptis temporibus Aduentus, & Quadrageſimæ) ſub illis verbis iuxta illud quod in eius Breuiario Romano in eius ſolemnitatis die recitandum proponitur recitare liberè, & licitè valeatis) debent recitare eo modo, & forma, quo in dicta die præſcribitur? Quidue de Miſſa Conuentuali?

4. An in ſecundis Veſperis Octauæ S. Bonauenturæ concurrentis cum feſto S. Mariç Magdalenæ debeat fieri Commemoratio Octauæ, vel à Capitulo de feſto S. Mariæ Magdalenæ?

5. An Officium proprium S. Eliſabethæ nouiſſimè ex Indulto Sanctiſſ. D. N. D. Vrbani VIII. fel. rec. editum, & in Breuiario Romano appoſitum, debeat, & poſſit à Fratribus Minoribus recitari, & in eorum Breuiario apponi?

6. Quænam erunt lectiones primi Nocturni in Officio Beatorum Ordinis, quod ſub Ritu duplicis maioris per annum celebratur?

7. An in Miſſa dictorum Beatorum debeat dici Credo.

8. Quæritur cuius Ordinis ſint feſta Dedicationis Baſilicarum S. Martini, & S. Mariæ Magdalenæ? Et eadem Sacra Rituum Congregatio reſpondit.

Ad primum ſeruari Rubricas generales in concurrentia duplicium Minorum.

Ad 2. Transferri poſt Octauam.

Ad 3. Debere recitari, vt in die. Et Miſſa de Communi, ſeu Votiua.

Ad

Ad 4. A Capitulo de S.Maria Magdalena.

Ad 5. Posse, & debere.

Ad 6. De Communi.

Ad 7. Negatiuè.

Ad 8. Duplicia minora. Et etiam eadem sacra Rituum Congregatio voluit, & præcipit, vt imposterum omnes Fratres dicti Ordinis Min. Obseru. qui ad diuina officia sunt obligati, teneantur obseruare Rubricas eodem modo, & forma desuper declaratas, & ita seruari mandauit.

Hac die 12. Iulij 1664.

M. Episc. Sabinen. Card. Ginettus.

Moco † Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secret.

Romana.

COmmissarius Generalis Minoris Obseruantiæ Sancti Francisci supplicauit Sacræ Rituum Congregationi, vt assignare dignetur infrascriptis diebus sanctorum occurrentibus in Breuiario Romano cum festis Ordinis dies proprios, sicut hactenus, in ordine obseruatum fuit, scilicet.

Ianuarij die 14. cadit festum Sanctissimi Nominis Iesu, dupl. 2. Classis cum S. Hilario semid. cuius Religio facit off. die 19. tanquam die propria.

Die 19. festum SS. Berardi, & soc. mart dupl. 2. Classis cum S. Marcello Papa, & mart. semidupl. cuius fit officium die 23. tanquam die propria.

Februarij die 5. cadit festum martyrum Iaponensium dupl. 2. Classis, cum S. Agatha semid. cuius fit off. die 6. tanquam die propria.

Die

Die 22. Cathedra S. Petri dupl. cum Beata Margarita de Cortona, semid.cuius fit offic. die 23.tanquam die propria.

Maij die 17.festum Beati Paschalis dup.maius cum translatione S.Bernardini dup.min.cuius fit offic.die 18.tamquam die propria.

Septembris die 27.cadit festum SS Cosmæ, & Damiani mart.semid.cum festo S.Elzear.Confess. semid.cuius fit offic.die 28.tanquam die propria.

Nouembris die 12. festum S. Didaci dupl. 2. Classis cum S.Martino Papa, & Mart.semidupl. cuius fit offic.die 13. tanquam die propria.

Die 19.dicti octaua S.Didaci dupl.min.cum S.Elisabetha semidupl. cuius fit offic. die 20. tanquam propria.

Et sacra eadem Rituum Congregatio benignè concessit. Hac die 12. Iulij 1664.

M.Episc.Sabin.Card.Ginettus.

Loco † Sigilli.

Bernardinus Casalius SAC. Rit. Congr. Secret.

Ordo.

SVMMARIVM.

Decretum pro Regularibus ordinandis, n.1.
Non dispensent Superiores super interstitijs sine Ecclesiarum necessitate, n.2.
Formula Dimissoriarum pro Ordinibus, n.3.

Decretum pro Regularibus ordinandis.

1 DE mandato Sanctissimi Domini Nostri Clementis Diuina prouidentia Papæ Octa-

Octaui, tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, vt de cætero obseruent, & obseruari faciant ea, quæ in Decreto S. Congregat. Concilij Tridentini continentur, cuius tenor est talis.

Congregatio Concilij censuit Superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis, ordines suscipere voluerit, litteras dimissoriales concedere; ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempè illius Monasterij, in cuius familia, ab ijs, ad quos pertinet, is Regularis potitus fuerit, & si Diœcesanus absfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines cõtulerit, examinetur, quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria, concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel abfuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cum à Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis vtiq; huiusmodi causa absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse; quod qui non fecerint, officij & dignitatis, seu Administrationis, ac vocis actiuæ, & passiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reseruatas pœnas incurrant. Dat. Romæ 15. Martij 1599. in Regest. Concil. Trident. fol. 9.

2. Super hoc Decreto, aduertant.

Prouinciales Ministri, quod non petant dispẽsationem super Interstitijs ordinandorum, nisi realiter id faciant pro necessitate, & vtilitate Ecclesiæ, aliter contra dispositionem Conc. Trident. sess. 23. c. 11. & contra Statutum Ordin. c. 2. §. 7. n. 8.

n.8. vbi sic habetur. Qui autem Sacramento confirmationis nondum muniti sunt, quique à minorum ordinum postremo, ad Subdiaconatum, & à Subdiaconatu ad Diaconatum, & à Diaconatu ad Presbyteratum, per annum integrum non permanserint, ad prædictos ordines promoueri non possint. In Dimissorijs verò ordinandorum, pro maiori cautela, præfati Decreti apponant semper clausulam, (Vel eo ordinationes non habente ad quemcumque alium proximiorem.) prout in sequenti.

Pro prima tonsura, & quatuor minoribus ordinibus.

3 EA summa Religio, ac humilis pietas: qua erga Deum benedictum, fungimur, vehementer nos cogit, vel selectos, ac probatos Iuuenes ad sacra munera obeunda destinemus: Cumque te debita ætate, morumque honestate præditum, legitimis natalibus ortum, Sacro Chrismate delibutum, nec aliquo Canonico impedimento innodatum, necnon per examinatores nostros idoneum repertum, & admissum nouerimus. Tenore præsentium, cum salutaris obedientiæ merito ad Illustriss. & Reuerendiss. D. Antistitem tuum Sabinen. vel eo impedito, ad quemlibet alium ordinationes habentem (intra tamen Prouinciæ nostræ limites) mittimus, eumque humiliter rogamus, vt pro sua benignitate his Quatuor proximis Temporibus. Primam Tonsuram, necnon quatuor minores ordines simul, pro Ecclesiarum nostrarum necessitate, tibi conferre dignetur, pro quo, & etiam pro nobis Deum precari non cessabis. Vale. Dat. &c.

Pro

Pro Subdiaconatu.

CVm muneris nostri ratio exigat, Ecclesijs nostri Ordinis idoneos Ministros prouidere; Cumque te debita ætate, morumque honestate præditum, ac in inferioribus ordinum gradibus constitutum, in eisque probè versatum nouerimus, Tenore præsentium cum salutaris obedientiæ merito, ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Antistitem tuum N. vel eo impedito, ad quemlibet alium ordinationes habentem, mittimus, eumque humiliter rogamus, vt pro sua benignitate his Quatuor proximis Temporibus, sacrum Subdiaconatus ordinem tibi cōferre dignetur, pro quo, &c. vt supra, &c.

Pro Diaconatu.

VT debitus Deo cultus in Ecclesijs nostris eo decentiùs exhibeatur, quo magis Ministrorum idoneorum numerus suppetat, sufficienter pro posse procurare non desistimus, atque indè ad altiores gradus promoueri eos satagimus, qui in sacris constituti, sese laudabiliter exercuerint. Tibi ergo iam in sacro Subdiaconatus Ordine constituto, ac in eo, per annum, probè versato, Tenore præsentium cum salutaris obedientiæ merito, cōcedimus, vt proximis futuris Quatuor temporibus, ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Antistitem tuum Reatinū, sacro Diaconatus ordine instituendus accedas (si est dispensandus) eum humiliter deprecantes, vt pro Ecclesiarum nostrarum necessitate, super Interstitijs te dispensare, & eodem ordine te insigniri dignetur. Vel eo impedito, &c. pro quo, &c.

Pro

Pro Presbyteratu.

AD supremum Presbyteratus ordinem eos tantùm Religiosos promouere satagimus, qui in inferioribus ordinibus constituti, sese laudabiliter exercuerunt; Cumque te debita ętate, morumque honestate prędituum, sacro Diaconatus Ordine insignitum, ac in eo per annum probè versatum, necnon per Examinatores nostros idoneum repertum, & admissum, nec aliquo Canonico impedimento innodatum nouerimus, Tenore præsentium, cum salutaris obedientiæ merito tibi facultatem elargimur, quatenus proximis Quatuor futuris Temporibus ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Antistitem tuum Terracinen. Presbyteratus ordinem suscepturus accedas, cui te plurimum in Domino commendamus. Vale. Datum Romæ, &c.

Pro ordinandis in Vrbe.

AD Eminentissimum, & Reuerendissimum Vrbis Vicarium mittimus, cumque, &c.

Parochus.

SVMMARIVM.

Breue Vrbani Octaui, in quo mandat ne Parochi plus percipere possint in sepulturis, quæ fiunt in Ecclesijs Regularium, quàm in eis, quæ fiunt in proprijs, num. 1.

Quoad

Quoad Funeralia.

1 NE Parochi plus recipere possint in sepulturis, quæ fiunt in Ecclesijs Regularium quàm in eis, quæ in proprijs, ita expresse mandauit Pius V. Et si Mendicantium, vbi §. 15. sic ait. Ac etiam ius sepulturæ solui tantum consuetum Curatis, & non aliquid aliud eis solui debeat, quamuis partes ad earum libitum Ecclesijs Ordinum huiusmodi, seu eorum Fratribus alia quęcumque tribuant, seu eleemosynas elargiantur, quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi. Nec propterea impediri debeant, quin possint defunctorum corpora præfata ad eorum Ecclesias tumulanda deferri facere. Hoc idem mandauit Vrbanus Octauus anno 1645.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

CVm sicut dilectus filius Blasius Procurator Generalis Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci nuncupatorum, Nuper Nobis exponi fecit diuersæ extorsiones excessiuæ à dilectis filijs Capitulo, & Canonicis, sæcularis, & Collegatæ loci de Veglie Brundusinæ Diœcesis, necnon etiam à diuersis Parochis aliorum locorum fiant pro impedienda libertate electionis sepulturæ in Ecclesijs Ordinis huiusmodi. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt de opportuno in præmissis remedio prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur di-

ctum

ctum exponentem ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis à iure, & ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes. Huiuſmodi ſupplicationibns inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E.Cardinalium negotijs Regularium præpoſitorum conſilium Ordinarijs locorum, per præſentes committimus, vt prouideant omninò, ne diutius abuſus huiuſmodi tolerentur, & decernant, ne Parochi plus percipere poſſint in ſepulturis, quæ fiunt in Eccleſijs Regularium, quàm in eis quæ fiunt in proprijs, ſeu aliorum Clericorum, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumq; Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 11. Martij 1638. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquinto.

M. A. Maraldus.

In Collectanea p. 2. fol. 65.

Patres.

SVMMARIVM.

In Ordine Minorum de Obſeruantia quinam dicantur Patres, cum iure ſubrogandi, numer. 1.

An habeant præcedentiam ab alijs, n. 2.

Inter Reformatos quibus priuilegijs gaudeant, num. 3.

Non posset amplius institui Patres, nisi iuxta statuta generalia, n.4.

1 PAtres Prouinciæ propriè, & rigorosè sunt, qui Ministri Prouinciales, qui biennio fuerunt Vicarij Prouinciales. Procuratores, & Commissarij Romanæ Curiæ, Definitores Generales, Guardiani Hierusalem, Secretarij Generales Ordinis, qui per triennium seruierunt Superioribus Generalibus Canonicè electis, Lectores Iubilati, Definitores, & Custodes actuales in suis Prouincijs, prout in Constit. gen. Ordinis c.8.§.40.num.4.

Hi omnes sunt propriè Patres Prouinciæ cum titulis, honoribus, & priuilegijs Patrum cum iure subrogandi, etiam inter Reformatos, qui debent obseruare inter se ordinem, & præcedentiam iuxta dispositâ in Statutis Generalibus. Ibidem n.5.

Patres Prouinciæ latè, & vsu Religionis sunt Custodes, & Definitores habituales. Patres omnes aggregati, tum ex iustitia, tum ex gratioso Indulto Apostolico. Hi omnes debent inter se obseruare Ordinem, & præcedentiam, iuxtà statutorum dispositionem. Ibid.n.6.

2. In dubio, An præfati Patres habeant præcedentiam ab alijs Fratribus, attenta reuocatoria statuti, super perpetuitate Definitorum, & Patrum S. Francisci de Obseruantia. Congregatio Visitationis Apostolicæ respondit, quod obseruentur Constitutiones eiusdem Ordinis quoad solam præcedentiam Patrum, nec aliquid circa illam intelligatur innouatum, non obstantibus, &c.die 8.Octobris 1602.

Accarisius Visit.& Reform.Ap. Prosecretarius.

In

In Regest. fol. 24.

3. Inter Reformatos Patres Prouinciæ gaudent sola præcedentia, & non socij, vt pluries decisum fuit Romæ. In tom. 1. M.S. Archiu. Prouincialis Sancti Francisci Transtyb. Concurrunt tamen in electione Commissarij mittendi ad Comitia Generalia, ac in electione Custodis, iuxta stat. Reformatorum 1642. pag. 78. numer. 42.

4. Omnes Paternitates, & præcedentiæ, ex priuilegio concessæ fratribus Minoribus de Obseruantia sunt abrogatæ à Gregor. XV. Pastoralis Officij, &c. vt in Bullar. Franciscano fol. 177. & ab Vrbano Octauo. Inter cæteras, &c In Constit. Ord. pag. 358.

Vbi etiam, inter alia habetur quòd Capitulum Generale, Minister Generalis, aut Commissarius Generalis non habent auctoritatem instituendi Patres Prouinciæ, nisi iuxta statuta Generalia Religionis. Ibidem.

Patronus.

SVMMARIVM.

Decretum super electione Sanctorum in Patronos, num. 1.

Quòd festum S. Dominici celebretur de præcepto in toto Regno Neapolitano, tanquam de Patrono cum octaua. num. 2.

Decretum super electione Sanctorum in Patronos à Sac. Rituum Congregatione de Ordine Sanctissimi Domini Nostri Vrbani Papę Octaui emanatum.

Die 23. Martij 1630.

SAcra Rituum Congregatio annuente Sanctissimo D. N. in electione Patronorum, mandauit infrascripta in posterum seruari debere, declarans, quòd aliter facta, electio nulla sit ipso iure.

Primò, quòd eligi possint in Patronos ij solùm qui ab Ecclesia vniuersali titulo sanctorum coluntur, non autem Beatificati dumtaxat.

Secundò, quòd de Patrono Ciuitatis electio fieri debeat per secreta suffragia à Populo, mediante Concilio Generali ipsius Ciuitatis, vel loci, non autem ab Officialibus solùm, & quòd accedere debeat consensus Episcopi, & Cleri illius loci. Idemque seruari debeat per secreta suffragia à Populo singularum Ciuitatum Prouinciæ, & quòd repræsentantibus Regnum, Ciuitatem, Prouinciam, nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & vlteriùs interueniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Ciuitatum.

Tertiò, quòd causæ electionis nouorum Patronorum debeant in Sacra Congregatione deduci, & ab ea examinari, ac demum causa cognita, & ab eadem Congregatione approbari, & coufirmari.

Et ne præmissorum ignorantia vllo vnquam tempore possit allegari, eadem Sac. Rituum Congre-

gre-

gregatio supradictum Decretum imprimi, & publicari mandauit.

Io: Baptista Card. Detus.

Loco † Sigilli.

T. Tegrimius Secr.

In Regesto huius Sac. Congreg. fol. 69.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuum rei memoriam.

2 COmmissi Nobis diuinitus Sacrosancti Apostolatus officij ratio postulat, vt pijs Christi fidelium votis, quibus Sanctorum in Cœlis regnantium honor, & veneratio in terris augeatur paterna benignitate annuamus. Cùm itaque ea semper fuerit erga Sanctum Ianuariũ dilectorum filiorum Populi Neapolitani religio, vt quamuis idem Populus Sanctum Dominicum Confessorem in totius Regni Patronum duxerit assumendum, cùm tamen Sancto Ianuario digniori Patrono vtpote Martyri Pontifici, præferendum nunquam assenserit, Proindeque Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus propositorum iterùm, atque iterùm supplicauerit, vt debitas Sancto Ianuario Martyri, & Pontifici Patronatus Regni prçeminentias decerneret. Et eadem Congregatio supplicationibus hisce die 4. Augusti 1663. benignè subscripserit. Nunc verò ne exinde in eodem Regno deuotio erga Sanctum Dominicum decrementum aliquod patiatur, Populus prædictus festum eiusdem S. Dominici Patroni in toto Regno Neapolitano, pariter de præcepto seruari, eiusque officium cum octa-

ua, vt hactenus ab vniuerso Clero inibi recitari summoperè desideret; Nos memorati Populi deuotionem specialis fauore gratiæ prosequi cupiẽtes, ipsiusque, Populi singulares Personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ad prædictorum Cardinalium consilio festum eiusdem Sancti Dominici Patroni in vniuerso Regno Neapolitano prædicto ab omnibus Christi fidelibus illic degentibus de præcepto seruari, & sicut alia festa de præcepto celebrari, eiusque officium cum octaua, vt hactenus ab vniuerso Clero eiusdem Regni recitari, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mãdamus, salua tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 28. Iunij 1664. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

S. Vgolinus.

Pœ-

Pœnæ.

SVMMARIVM.

Pœnæ incursæ per quosuis Regulares ad Vrbem venientes, sine licentia, reseruantur Pontifici, num. 1.

Ad suos Superiores, seueriori pœna plectendi, remittendi sunt num. 2.

Pœnitentiati à Tribunali S. Offic ij sunt inhabiles ad officia suæ Religionis, num. 3.

Quod N. Laicus remaneat suspensus ab Ordinibus, num. 4.

1 QVuòd pœnæ incursę, vel incurrendæ per quosuis Regulares venientes ad Vrbem sine licentia non possint remitti ab eorum Superioribus, sed debeat haberi recursus ad Suam Sanctitatem, prout, &c.

De mandato Admod. Illust. & Reuerendiss. Prælatorum Visitationis, & Reform. Apostolicæ, Intimatur omnibus, & singulis quorumcumque Ordinum Mendicatium Generalibus, siue Vicarijs Generalibus, qualiter Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa Octauus declarauit, & voluit, & mandauit, quod pœnæ incursæ, & incurrendæ per quosuis Regulares venientes ad Vrbē sine licentia eorum Protectoris, vel eorum Generalis, vel alias iuxtà formam Decretorum Generalium Reformationis Suæ Sanctitatis, non possint remitti ab eorum Superioribus, sed debeat haberi recursus ad Sanctitatem suam, qui huiusmodi pœnarum dispensationem, vel relaxatio-

nitentijs exceptis) eo ipso ad omnes Religionis suæ gradus, & officia inhabiles censeantur, & deinceps, etiamsi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint, ad illa tamen promoueri nullatenus possint, nisi prius obtenta à Sanctissimo D.N.vel ab hac Sacra Congregatione coram Sanctitate Sua habenda, speciali, & expressa rehabilitationis gratia, aliàs promotio quælibet nulla sit, & promouentes ipsi priuationem suorum officiorum, ac prætereà vocis actiuę ipso facto incurrant, ad quæ restitui, nisi ab eodem Sanctissimo D.N.vel ab eadem Sac.Congr. coram Sanctitate Sua habenda, non possint. Præsens autem Decretum omnibus Religionum Superioribus intimari mandauit idem Sanctissimus Dominus Noster.

Thomas de Federicis S.R. ac vniuersalis Inquisit. Subst.it. de mand.

Loco † Sigilli.

In Regesto huius Congreg.fol.7.

4. Quod Fr.N.Laicus professus, ob transitum indebitè ad Clericatum, remaneat suspensus per biennium ab ordinibus susceptis, prout, &c.

Messanen.

PEr Frà Paolo da Castel Pagano, quale doppo hauer professato da laico trà i Minori Osseruanti di S.Francesco senza fare di ciò mentione, se ne passò trà i Minori Conuentuali Riformati, trà quali hauendo fatto professione da Chierico, pigliò gli ordini Sacri con licenza de' suoi Superiori. Hora supplica per assolutione, e dispensa, e per la conualidatione della seconda professione, si Sanctiss. Dom.Nostro Placuerit.

Sacra Congregatio Procuratore Generali Ordin. Min. de Obseru. audito, & consentiente, concedi posse censuit, hac tamen lege, quòd Orator per biennium, ab susceptorum Ordinum executione, suspensus remaneat. Romæ die 22. Februarij 1625.
In Regesto fol. 113.

Pœnitens.

SVMMARIVM.

Per solam Pœnitentis depositionem Confessarius non debet carcerari, num. 1.
Crnfessarius solicitans pœnitentem, est denunciandus, quamuis solicitatus consenserit, num. 2.

AD euitanda grauia damna, & incommoda Confessarij, ob leuitatem mulierculrarum, quæ aliquando intuitu malignantium, vel ex peruersitate propria, fingunt, se solicitatas fuisse ad inhonesta in actu Sacramentalis Confessionis, & instant contra illum procedi, Congregatio Sancti Officij censuit huiusmodi Confessarium, per solam depositionem pœnitentis, carceribus mancipari non debere, sed certiorare priùs Sacr. Congregationem de qualitatibus mulieris solicitatæ, prout in sequenti.

Vescouo di Foligno.

Molto Illustre, & Reuerendissimo Signore.

1 ACciò più fondatamente si proceda contro i sollecitanti in Confessione, questa suprema Congregatione ordina, che per il detto d'vna sol Donna V. S. non venga à costituire, ò carcerare il preteso Reo, senza prima darne quà auuiso, con la relatione delle qualità della Donna del denunciante, e denunciato, & all'hora se gli scriuerà, se debba, ò nò procedere à constituirlo, ò carcerarlo, tanto V.S. sarà contenta d'esseguire, & il Signor Iddio la conserui. Roma li 17. di Luglio 1627.

Affettionatiss. per seruirla
Il Card. Mellino.

In Regesto huius Congreg. fol. 43. Adest, & aliud.

2. Decretum eiusdem Congregationis, quod Confessarius sollicitans pœnitens, est denunciandus, quamuis solicitatus consenserit, seruatis tamen nonnullis conditionibus, necessariò exprimendis, prout in decreto. In eodem Regesto fol. 35.

Præcedentia.

SVMMARIVM.

Praecedere non debent Nouitij Clerici Laicis professis, num. 1.

Fratres Laici Reformati non debent praecedere

Clericis sub pœna excommunicationis. n.2.
Laicus transiens ad Clericatum præcedere debet à die Clericatus, n.3.
Fratres, qui non sunt Officiales, debent præcedere inter se pro cuiusque antiquitate, n.4.
Præcedentia inter Reformat. computatur à susceptione habitus, n.5.
Præcedentiæ Ordo inter Superiores, & Official.s Ordinis, num.6.
Vicarius inter Reform. præcedit Lectoribus Sacræ Theologiæ, n.7.
Præcedentiæ Ordo inter Reformatos potest augeri aliquo gradu in Capitulo Generali, n.8.
Secretarij Generales Curiæ debent præcedere Secretarijs Prouincialibus, n.9.
Quoad præcedentiam inter mendicantes, Qui sunt in possessione præcedentiæ præcedant, & vbi non constat de possessione, præcedant antiquiores, n.10.
Quid agendum, quando controuersia præcedentiæ est inter Monasteria eiusdem Ordinis, numer.11.
In territorio Romano seruatur præcedentia, sicut in Vrbe, n.12.
Minores strictioris Obseruantiæ debent vbique habere præcedentiam à cæteris Regularibus, num.13.
Præcedentia inter Moniales comparatur à die professionis, n.14.

IN materia præcedentiæ, vt ordinatè procedam, primò differendum est de præcedentia inter Fratres particulares. Secundò inter Fratres Officiales Ordinis. Tertiò inter Regulares diuersorum Ordinum. Incipiendo à Nouitijs, quamuis ordine Clericali sint insigniti, non debent præ-

præcedere laicis professis, quousque professionem emiserint, prout in sequenti Decreto.

1. Cùm in quibusdam Prouincijs Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia Reformatorum, Clerici Nouitij, qui in domibus ad id designatis Regularem habitum susceperunt, in ipso probationis anno à Fratribus Laicis iam professis, & quandoque de Religione optimè meritis, præcedentiam, & maioritatem arrogare sibi præsumant, indeque occasio plurium scandalorum oriatur.

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Commissario Generali Ordinis huiusmodi, statuit, atque decreuit dictis Nouitijs, quousque professionem emiserint, tam in publicis, quàm in priuatis functionibus vltimum locum deberi. Romæ 8. Augusti 1653.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

H. Archiep. Patracen. Secret.

In Regesto huius Congreg. fol. 186.

Breue Vrbani Octaui, quo præcipitur Laicis ne præcedant Clericis sub pœna excommunicationis, & contra Superioris permittentes.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

2 CVm sicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum San-

Sancti Francisci de Obseruantia Reformatorum nuncupat. Nobis nuper exponi fecerit, & ex quo Fratres Laici, seu Conuersi eiusdem Ordinis indebitè prætenderint semper, & prætendant se in omnibus, & singulis functionibus tam publicis, quàm priuatis Fratres Clericos dicti Ordinis præcedere debere, grauissimæ perturbationes, lites, & contentiones, aliaque incommoda orta, fuerint, & in dies oriantur, non sine maximo personarum sæcularium scandalo, & offensione; & propterea idem Procurator Generalis per Nos in præmissis opportunè prouideri desideret. Hinc est, quod Nos eorumdem Fratrum, quos Deo in humilitatis spiritu iuxta suam vocationem seruire conuenit tranquillitati consulere, & ne ob præmissa mutuæ inter eos charitatis ardor intepescat prouidere pro Pastorali cura nostra, volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia nostris ne de cætero vlli dicti Ordines Fratres laici, seu Conuersi quouis sub prætextu, quæsito colore, vel ingenio, etiam ratione antiquioris suæ ad habitum Regularem dicti Ordinis receptionis, aut in eo emissæ professionis, seu cuiusuis consuetudinis Fratres Clericos eiusdem Ordinis in quibusuis functionibus, tam publicis, quàm priuatis præcedere, & ne quicumque Superiores eiusdem Ordinis id deinceps, quoquo modo permittere audeant, vel præsumant, sub excommunicationis pęna ipso facto per contrafacientes incurrenda, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus. Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari debere, ac irritum, & ina-

ne,

ne, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam Iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, Fratribus, & personis sub quibusuis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs Decretis in genere, vel in specie in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem, vt earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 16. Nouembris 1642. Pontificatus Nostri Anno vigesimo.

M. A. Maraldus.

In Archiuio S. Francisci Transtyberim.

Quod

Quòd laicus transiens ad Clericatum, accipiat Precedentiam à die Clericatus, prout in sequenti casu decisum fuit à Sacra Congregatione.

Eminentissimi, & Reuerendissimi Signori.

3 FRat'Agostino della Torre Sacerdote de Minori Osseruanti della Prouincia di Terra di Lauoro, essendo con Breue Apostolico passato dallo stato laicale al Clericale, espone non esser stato posto in possesso della Precedenza dal giorno della presa dell'habito, in vigore di vn Decreto del Definitorio, come consta dall'annessa fede, e perche gli viene contrariata da alcuni Padri Sacerdoti, che pretendono precedere all'Oratote, sotto pretesto, che non habbia fatto professione da Chierico, per maggior sua quiete, ricorre supplicando l'EE. VV. à degnarsi confermare, & approuare il detto Decreto del Definitorio, e lo riceuerà à gratia, &c. Quàm Deus, &c.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, audito Procuratore Generali Ordinis, necnon visis, & maturè perpēsis Iuribus pro parte Oratoris deductis censuit precedentiam Oratoris initium sumere debere à die Clericatus, non autem à die susceptionis habitus Conuersorum. Romę die 26. Februar. 1649.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

H. Archiep. Patracen. Secret.

In Regesto fol. 165.

4. Om-

4. Omnes Fratres Regularis Obseru. ac etiam Reformati, qui non sunt insigniti aliqua dignitate, siue sint laici, siue Clerici, siue studentes in propria, vel aliena Prouincia, siue Sacerdotes debent præcedere inter se pro cuiusque antiquitate in Ordiue, sub pęnis in Statutis, & Constitutione Vrbani Octaui, Aliàs, &c. contentis.

5. Ad amputandas verò omnes difficultates, quæ inter Reformatos oriri possunt, Capitulum Generale Toletanum 1658. Declarauit præcedentiam antianitatis attendi debere à susceptione habitus, non à professione; dummodò habitus susceptus fuerit in debita ætate illum suscipiendi, quod vtique obseruandum est.

6. Circa præcedentiam, quæ debetur Superioribus, & Officialibus Ordinis, ea quæ sequitur, inter ipsos obseruanda est, prout in Constitutionibus Generalibus Ordinis pag. 218. videlicet.

Qui Ministri, Vicarij, aut Commissarij Generales fuerunt, omnes præcedant, vno solo Superiore excepto.

Procurator Generalis, Commissarius Romanæ Curiæ, Procurator Reformatorum, Definitores Generales, & Patres Ordinis, Prouinciales in suis Prouincijs, & Guardiani in suis Conuentibus omnes alios præcedant.

Post illos Prouincialatus officio functi cæteros præcedant.

Secretarij Superiorum Generalium in vnaquaque Prouincia Definitores actuales præcedant.

Custodes, & Definitores Prouinciarum actuales post Guardianos locorum alios à supradictis præcedant.

Custodes, completo officio, eos, qui fuerunt Definitores præcedant, inter se autem

respe-

respectiuè ex antiquitate habitus, &c.

7. De præcedentia Vicarij Conuentus inter Reformatos, decisum fuit Romæ die 18. Decembris 1657. (prout in Archiuio) deberi ei præcedentia è Lectionibus Sacræ Theologiæ in functionibus tam publicis, quàm priuatis, prout vsus ab initio recepit, siue sit præsens Guardianus, nec ne.

Quæritur. Vide V. Vicarij.

8. An ordo præcedentiæ inter Reformatos, confirmatus per Breue ab Vrbano Octauo, ad petitionem Reuerendissimi Benigni à Genua Commissarij Generalis, possit augeri aliquo nouo gradu præcedentiæ, vel minui ab ipsis Reformatis in Capitulo, vel Congregatione Generali congregatis? Respondetur affirmatiuè, nam statutum confirmatum in forma specifica à Sede Apostolica potest abrogari à Capitulo Generali, si confirmatio fuit facta ad petitionem Religionis, (prout in casu nostro) non verò quando fit motu proprio, & cum clausula irritante, ita Sanctor. de pœnis, pag. 365.

Hinc est, quòd statutum conditum à *solis* Vocalibus Reformaris Cismontanæ familiæ in Capitulo Generali Toletano, iuxtà dispositionem Bullæ Vrbani Papæ Octaui, Iniuncti nobis §. 10. quæ est erectionis Reformatorum in Prouincias. Nempe,

Quod Custodes, & Prominiſtri etiam Reformatorum, qui venerunt ad præsens Capitulum Generale, & postmodum venient ad Capitula Generalia in Hispanias, inter Definitores actuales vltimum locum, & præcedentiam habeant, nisi alius sibi locus dignior competeret; dummodo Prominiſtri, & Custodes huiusmodi Definitoriatu, vel lectura S. Theologiæ per sexennium,

vel

vel Guardianatu principalioris Conuentus antea decorati fuerint, vel ad minus per tres vices in alijs Conuentibus, aut Prædicatores eximij extiterint. In Constitut. Generalibus pag. 147. n. 8. & 9. non contrariatur præfato ordini præcedentiæ, nec peruertit illum, sed tantùm addit nouum gradum præcedentiæ pro prefatis Custodibus, & Prominiſtris, attentis magnis laboribus, & periculis illorum in itinere perpensis, quod vtique obseruandum est, &c. prout seruari mandauit S. Congreg. Regul. die 7. Septemb. 1663. Vide verb. Prominiſtri.

9. Demum cautum fuit, quòd Secretarij Generales Curiæ præcedant Secretarijs Prouinciæ Romanæ, prout in sequenti.

Sacr. Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Attentis narratis, & partibus, tam verbo, quàm scripto, in facto, & in iure informantibus, Eminentissimo Astallio referenre, re diligẽter, ac maturè discussa, censuit declarauit, & decreuit huiusmodi ius præcedentiæ competere Secretarijs Generalibus Curiç, in contrarium allatis, & deductis pro parte Secretarij Prouinciæ Romanæ non obstantibus quibuscumque. Romæ 11. Iulij 1659.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

Æmil. Episc. Camerinen.
Secretarius.

In Regesto fol. 356.

Quoad præcedentiam inter mendicantes, in publicis functionibus, cùm de has materia non possit dari certa Regula, cum qua moderentur omnes; nihilominus Sacra Congregatio edidit perutile Decretum, quod inseruire debet pro nor-

norma, & regula in sedandis controuersijs, quæ in dies oriri solent, videlicet:

10. Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, censuit seruandas esse literas Gregor. XIII. & Vrbani Octaui hac de re editas, vt qui sunt in possessione præcedentiæ, præcedant, & vbi non constat de possessione præcedant ij, qui sunt antiquiores in loco controuersiæ, & ita ab his, ad quos spectat seruari mandauit, & præcipit. Romæ 6. Octob. 1645.

M. Card. Gineitus.

Loco † Sigilli.

Archiep. Patracen. Secret.

In Regesto fol. 370.

11. Posito hoc fundamento. Quæritur, Quid agendum, quando controuersia oritur in eadem Ciuitate, inter Monasteria eiusdem Ordinis? ex sequēti Decreto deducitur resolutio valde vtilis.

Pro parte Procuratoris Generalis Ordinis Minorum Obseruantiæ Sacræ Rituum Congregationi expositum fuit, quòd cùm in pluribus locis, & Ciuitatibus Orbis inueniantur duo, & aliquādo plura Monasteria eiusdem Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ, & in publicis, & priuatis processionibus circa modum præcedendi, Dubitetur in quo loco incedere debeant Fratres Monasterij nouissimè fundati in eodem loco, seu Ciuitate: An in vltimo loco, vt aliqui opinantur, iuxtà tempus fundationis sui Monasterij, disiuncti, & separati à Fratribus eiusdem Ordinis antiquioribus, qui ab antiquo Monasterium habuerunt in eodem loco, seu Ciuitate, vel potiùs vniti, & coniuncti cum Fratribus eiusdem Ordinis incedere, & procedere in publicis, & priuatis Processionibus debeant.

Au-

Audita relatione Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis de Monte, cui hæc causa commissa fuerat: eadem Sacra Congregatio respondit, & declarauit, iuxtà Constit. fel. record. Greg. XIII. quæ incip. Exposcit, &c. Præcedentiam dandam esse Ordini, qui priùs in loco Monasterium habuit, & non tantùm illi Monasterio, ita vt in illo loco per fundationem primi Monasterij acquiratur anterioratus eiusdem, sed etiam cuilibet alij posterius fundato eiusdem Ordinis. Item quoque seruandum, quando præcedentia competit ex quasi possessione, & iure præcedendi in terminis dictę Constitutionis, & quando concurraut ad Processiones tam publicas, quàm priuatas, omnes eiusdem Ordinis Fratres vniti, & non diuisim debere procedere, itaut post Crucem, Fratres strictioris Obseruantiæ, siue Discalceati, seu Recollecti, vel Reformati, vniti immediatè incedant, & post illos, Fratres de Obseruantia dicti, si iuxtà Regularia Ordinis statuta, vel ex quasi possessione, & iure præcedendi, præcedentiam habent. Alioquin in præcedentia, seruetur etiam inter eiusdem Ordinis Fratres anterioritas fundationis Monasterij cuiuscumque. Neque Monasteria alterius Ordinis debere, neque posse impedire, frui dicto iure præcedendi, neque Ordinem incedendi peruertere, & ita in causa prædicta eadem Sac. Rit. Congreg. declarauit, & seruari mandauit. Die 3. Iunij 1617.

M. Mar. Episc. Hostien. Card. Gallus.

Loco † sigilli.

I. P. Mucantius Sec.

In Reg. fol. 178.

Praecedentia inter Regulares de Suburbijs, & Territorio Romano seruatur sicut in ipsa Vrbe, omnium Magistra, prout in sequenti.

12 CVm in Ciuitate Tusculana orta fuerit differentia circa pręcedentiam in Processionibus publicis inter Fratres Capuccinos, & Fratres Reformatos Ordinis Sancti Francisci. Quia Capuccini cùm ante Reformatos locum, & Conuentum in eadem Ciuitate obtinuerint, iuxtà formam litterarum fel. rec. Greg. XIII. Reformatis præcedere volebant. Proposito huiusmodi negotio in Sacra Rituum Congregatione, & de eiusdem Sacræ Congregationis Ordine, facto verbo de hac controuersia cum Sanctissimo Domino Nostro Sanctitas sua ordinauit in Suburbanis, & Territorio Romano circa præcedentiam inter Regulares, in publicis Processionibus seruandum esse id, quod in ipsa Vrbe seruatur. Quare Sacra Rituum Congregatio iuxta mentem, & Ordinem Sanctissimi in Ciuitate Tusculana, circa pręcedentiam inter Fratres Reformatos Sancti Francisci, & Capuccinos, idem quod in Vrbe seruatur, seruandum esse censuit, & declarauit. Die 2. Martij 1613.

In Regesto fol. 21.

Idem decisum fuit ab eadem Sac. Rituum Congregatione pro alio Conuentu Reformatorum Prouincię Romanæ Anagninæ Dięces. cum sit intra districtum Vrbis, videlicet quod Fratres Minores strictioris Obseruantię Conuentus Sancti Ioannis Baptistę Terræ Pilei habeant præcedentiam à Fratribus Conuentualibus S. Laurentij eiusdem loci. Die 20. Iunij 1626.

In

In Regesto fol. 52.

13. Debent etiam prædicti FF. Minores strictioris Obseruantiæ habere vbique præcedentiam à cæteris Regularibus, prout pluries decisum est. Die 17. Iulij 1627.

In Regesto fol. 56.

Item die 10. Decembris 1629.

In Regesto fol. 67.

Demum prout in sequenti.

Salernitana Præcedentia.

ORta aliàs controuersia inter Fratres Reformatos ex vna, & nonnullos Regulares Ciuitatis Salernitanæ partibus ex altera, de & super præcedendi iure in publicis Processionibus & Funeralibus, quando Reformati non incedunt cum familia Minorum Obseru. Sacra Rituum Congregatio die 10. Decembris 1629. respondit Præcedentiam semper dandam esse Fratribus Reformatis, siue soli, de per se, & sub propria Cruce, siue cum familia, & sub Cruce Minorum Obseruantium, processionaliter, siue in funeribus incedant, & ita vbique seruari mandauit: Cui Decreto, non acquiescentes Patres S. Augustini, Beatæ Mariæ de Carmelo, S. Francisci de Paula, & Beati Petri de Pisis, ac B. Ioannis Dei, litis Consortes existentes in Ciuitate Salerni, & renuentes dare præcedentiam Fratribus Reformatis Sancti Laurentij dictę Ciuitatis quotiescumque incedant sub propria Cruce, & sine Fratribus Obseruantibus de familia adiuerunt Sacram Congreg. Rituum, vt declarare dignaretur, cui danda sit præcedentia, & proposita iterum causa, die 21. Aprilis 1626. per Eminentissimum D. Cardinalem Rondaninum, pluries citatis, &

au-

auditis in iure, & in facto Procuratoribus Generalibus Ordinum ambarum partium, Eminentissimi Patres Sac. Rituum Congregationi Præpositi, confirmandum esse prædictum Decretum 1629. censuerunt, sed cum Patres S. Augustini, & litis consortes, vt denuò reuideretur huiusmodi quæstio instanter supplicassent, Placuit Eminentissimis Dominis nouam audientiam eis concedere, vnde tertia vice præposita præfata causa per eundemmet Eminentissimum Dominum Cardinalem Rondaninum, & acerrimè vtraque parte informante, Sacra Rituum Congregatio stetit in decisis. Die 15. Decembris 1646.

A. A. Card. Capponius.

Loco † Sigilli.

M. Gallius Sac. Rit. Congr. Secr.

In Regesto fol. 113.

Concludamus hanc materiam, cum præcedentia, quæ debetur Monialibus.

14 PRæcedentia inter Moniales, à die Professionis, non autem receptionis habitus Regularis debetur; quatenus verò duæ insimul professionem emitterent; illa, quæ priùs ad habitum admissa fuerit præcedere debet, & si eodem tempore, ad habitum admissæ fuerint, data etiam professionis paritate, quæ priùs in Capitulo acceptata fuerit, præcedere debet Sacra Congregatio in vna Paduana de anno 1608. apud Barbos. in decis. Apostolicis V. Præcedentia, num. 29.

Præ-

Prædicator.

SVMMARIVM.

Decretnm circa postulationem, & electionem Prædicatoris ab vniuersitate, n.1.
Quo tempore Ciuitas præsentari debet Prædicatorum Ordinario, n.2.
Mendicantes quomodo prædicare possunt in Ecclesijs sui Ordinis, n.3.
An silere debent si Episcopus prædicare voluerit, vel coram se prædicari facere, n.4.
Quæ licentia requiratur in Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sunt, n.5.
Prædicatores, quas Indulgentias publicare possunt, n.6.
Tenentur commendare necessitates Sanctorum locorum Terræ Sanctæ, n.7.
Absque facultate, in scriptis, vtriusque Ministri de Obseruantia, & Reformati non possunt prędicare intra districtum Conuentuum vtriusque familiæ quæstuationis causa, num.8.

1 QVia nonnunquam Episcopi ægrè ferunt postulationes, nominationes, seu electiones Prædicatorum pro tempore Quadragesimæ, quæ fiunt à Communitatibus, volentes ipsi ex officio prouidere Parochiales Ecclesias Diœcesis de idoneis Prędicatoribus, inquirere debent Prouinciales Ministri (ne in vanũ mittant Prædicatores, vt sæpè contingit) à postulantibus, An habeant sufficientem optionem; & si sunt in possessione iuxta declarationem Sacræ Congre-

gationis Concilij Tridentini, hac de re editam, quæ talis eſt, videlicet.

Congregatio cenſuit electionem, & deputationem Prædicatoris ad ſolos Epiſcopos in eorum Cathedralibus Eccleſijs ſpectare nulla habita cōſideratione cuiuſcumque conſuetudinis, etiam immemorabilis, qua talis deputatio Capitulo, ſiue de eius conſilio, aut cuiuis alteri competeret; Eſt autem in optione Epiſcopi; vtrum ipſe malit Prædicatorem in ſua Cathedrali eligere, aut deputare quando Populus illum, etiam ab immemorabili tempore eligere, & nominare conſueuiſſet, vel prædictam nominationem ex immemorabili conſuetudine relinquere: Ita tamen, vt ſi Epiſcopus electionem, deputationemque Prædicatoris facere voluerit, Populum ad erogandas eleemoſynas non compellat; ſin verò populum prædicta facultate eligendi Prædicatorem Epiſcopus vti ſinat, eundem populum, cogere poſſit ad eas impenſas, & eleemoſynas Prædicatori præſtandas, quas ipſe Populus in hanc cauſam præſtare ſolitus eſt. In alijs Eccleſijs ad Epiſcopum ſimiliter pertinet electio, & deputatio Prædicatoris, impenſis eorum, qui illas præſtare, vel tenentur, vel ſolet. Concilium tamen non ſuſtulit immemorabilem conſuetudinem, qua facultas nominandi Prædicatorem in Eccleſijs non Cathedralibus alteri, quàm Epiſcopo competeret in ſua Diœceſi. In Collect. Decretorum fol. 99.

2. Hinc eſt, quod Vniuerſitates præſentare debent Ordinario per totum menſem Nouembris Quadrageſimæ præcedentem; & ſi præſentatus fuerit reiectus, alium per totum ſequentem menſem Decembris: alias eo anno ius amittunt nominationis, quæ deuoluitur ab Epiſco-

pum

pum 1591. Rosiano pro Vniuersitate Coriolani 10. Decembris. In Regesto fol. 386. Item 1627. Cassano 11. Iunij. In Regesto fol. 277. & communitas nihilominus tenetur expensas subministrare iuxta solitum 1612. Marsi 13. Aprilis. In Regest. fol. 42.

3. Mendicantes prædicare possunt in Ecclesijs sui Ordinis, dummodò benedictionem petant ab Ordinario, licet non obtineant etiam cōtradicente Episcopo. Pius V. Et si Mendicantium, vbi §. 3. Nos igitur motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, Canonem sess. 24. cap. 4. per quem omnibus Regularibus, etiam in suorum Ordinum Ecclesijs, contradicente Episcopo, prædicationis officium interdicitur, Mendicantium Ordinum Fratres huiusmodi, quando à suis Generalibus, vel eorum Ministris Prouincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere possumus; imò volumus, quod in suis Ecclesijs, quando eis placuerit, licitè, & absque vllo impedimento, vel contradictione Episcopi, nisi ipse prædicauerit, prædicare possint.

Hoc etiam confirmauit Vrbanus Octauus, per Breue. Cum sicut nuper, transmissum ad Eminentissimum Cardinalem, de Sandoual Ecclesiæ Giennen. Episcopum pro sedandis litibus, & controuersijs, quæ inter ipsum, & Regulares suæ Diœcesis irrepserunt, videlicet.

Ad hæc quod in eisdem prxinsertis litteris dicitur, Regulares non posse verbum Dei prædicare sine Episcopi licentia, id locum sibi vindicare in his tantum Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sunt, cum in alijs Ecclesijs sui Ordinis sufficiat

V 2 Epi-

Episcopi benedictio petita, licet non obtenta, ita tamen, vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus prædicent, tunc illo contradicente, in sui quidem Ordinis Ecclesijs, liceat illis prædicare, quemadmodum Sac. Tridentini Concilij decretis salubriter est cautum. Dat. Romę apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Ianuar. 1629. Pontificat. Nostri Anno Sexto.

M.A. Maraldus.

Apud Barbos. de Iure Ecclesiastico tom. 1. c. 43. pag. 641. n. 212.

Nihilominus in similibus controuersijs, memores sint Prædicatores Professionis, & humilitatis suæ, & recordentur, quod durum est contra stimulum calcitrare.

4. Cum autem Episcopus prędicare voluerit, Prædicatores omnes silere debent, illisque poterit inhibere, vt in eo tempore à prædicatione se abstineant. Sacra Congregatio Concilij in Bituntina 17. Februarij, & 2. Martij 1629. de qua Barbos. V. Prædicator in Decis. Apostol num. 18. Neque possunt Regulares sermocinari in sæcularium Congregationibus, hora illa, in qua Episcopus prædicare voluerit, vel coram se facere solemniter prædicari. Congreg. Concilij Decreto impresso Romæ 1629. Gauant. V. Concio Sac. num. 52.

5. Mendicantes Prædicaturi in Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sunt ab Episcopo nedum benedictionem, verum etiam licentiam obtinere debent Conc. Trident. sess. 24. c. 4. de Reform & maximè Fratres Minores, cum in eorum Regula cap 9. habeatur. Fratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. Non tamen ex hoc sequitur, quod

quod si Episcopus, vel eius Vicarius malitiosè nolit dictam benedictionem largiri, vnde se occultet, & verbis dilatorijs protrahat quousque prædicandi tempus transeat, prædicari non possit; nam si alius Superior commodè haberi nequeat, tunc sine tali licentia prædicari poterit, ex priuilegio Clementinæ, Dudum de sepult. §. Si verò.

6. Prædicatores Regulares non possunt publicare Indulgentias non publicatas per Ordinarios locorum. Trid. sess. 21. c. 9.

7. Prædicatores vno saltem die Festo Quadragesimæ commendare debent necessitatis Sanctorum locorum Terræ Sanctæ ex præcepto Vrbani Papæ Octaui. In Regesto de Propaganda fide fol. 83.

8. Ne pax mutua detrimentum patiatur. Nouerint Patres Reformati sibi interdictam Diuini Verbi prædicationem necnon eleemosynarum petitionem intra quæstam Conuentuum Fratrum Obseruantium de Familia; nisi prius Ministri Prouincialis, in scriptis, obtenta facultate: Cui interdictioni reciprocè Fratres Regularis Obseruantiæ subiacebunt, nisi Patris Prouincialis Reformatorum voluntas accesserit, atque consensus. In Constitut. Ordinis cap. 9. pag. 243. num. 17.

Reuerendiss. Generalis Sambuca declarauit hoc statutum non comprehendere Conciones Quadragesimæ, aut Aduent. sed tantum annuales, quæ fiunt cum quæstuatione.

Præses Conuentus.

VT in posterum tollatur perpetuitas in Superioribus localibus Conuentuum

ſtatuit Capitulum Generale, quod Præſes, qui vltra duos menſes Conuentum rexerit, non poſſit immediatè in Guardianum eligi. Rom. 1664.

Priuatio.

SVMMARIVM.

Priuationes vocis actiuæ, & paſſiuæ non afficiunt Vocales, niſi per menſem ante, &c. n. 1.
In priuationibus vnius, vel duorum annorum intelligitur de annis ſolaribus, n. 2.

1 PRiuationes vocis actiuæ, & paſſiuæ ſententiæue à Superioribus latæ; in ipſo electionis actu, vocales minimè afficiunt, niſi per menſem ante fuerint intimatæ prout ſupra V. Cauſa, ſeu lis, num. 2. vbi adeſt decretum per extenſum.

In priuatione vocis actiuę, & paſſiuę vnius, vel duorum annorum intelligitur de annis ſolaribus, non autem Capitularibus, vt in ſequenti.

Eminentiſſimi Signori.

2 FRà Domenico da Palermo Capuccino, ſupplica per la dichiaratione, ſe dal Padre Generale della ſua Religione, priuandoſi alcun Frate di voce attiua, e paſſiua ſemplicemente, per vno, ò più anni, ſi habbia da intender l'anno da vn Capitolo annuale all'altro, ancorche alle volte differito, ò abbreuiato, ò pure

pure d'anni correnti, e solari. Che, &c.Quas, &c.

Sacra Congregatio, &c.censuit pœnas huiusmodi simpliciter, vt præfertur impositas de annis solaribus esse intelligendas. Die 27.Augusti 1627. In Regest.Reg.fol.242.

Priuilegia.

SVMMARIVM.

Mendicantes non debent molestari in executione suorum priuilegiorum, n.1.

Declarationes Sac.Congr. Concilij Tridentini supra 13. dubijs super Constit.de exemptorum priuilegijs, n.2.

Tertiarij fruuntur priuilegijs illius Ordinis, cuius tertia Regula habitum deferunt, numer. 3.

Bulla Pauli V. confirmatoria priuilegiorum trium Ordinum S.Francisci, n.4.

Per hanc Bullam minimè reualidari Indulgentias ab ipso reuocatas, si habet stylus Curiæ Romanæ, num.5.

1 MEndicantes in executione suorum Priuilegiorum non debent grauari, nec molestari ab Ordinarijs, prout V. Mendicantes num.2.vbi habetur Decretum Sac.Congregationis per extensum.

Declarationes aliquot Sacræ Congregationis Concilij Tridentini super Constitutione san. mem. Gregor. XV. de exemptorum Priuilegijs.

PОsita præfata Constitutione. Dubitatur.

1. An licet Episcopis visitare Altaria Regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, aut *loca*, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi audiuntur confessiones personarum sæcularium?

2. An Episcopi possint Regularibus præscribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis?

3. An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos, tam *Sæculares*, quàm Regulares intelligatur etiam tributa in personis nullius Diœcesis?

4. An eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium, ac iurisdictionem, quasi Episcopalem habentibus?

5. An per eandem Constitutionem in illis verbis, Possit Episcopus vna cum Superioribus Regularibus, quarumcumque Abbatissarum, &c. electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, ius Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur?

6. Ad Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputari, debeant ab Episcopo examinari, & approbari?

7. An

7. An Superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seu deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus Sanctimonialium sibi subiectarum audiendis?

8. An Confessiones, quas audiunt Superiores Regulares electi, seu deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullæ, atque irritæ, necne?

9. An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas, censeantur etiam approbati ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum?

10. An Regularis ad audiendas confessiones Monialium vnius Monasterij ab Episcopo approbatus, confessiones Monialium alterius Monasterij audire possit?

11. An Confessores Regulares extraordinarij semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendis Monialium Confessiones pro vna vice, infra annum, ad præscriptum Sacri Concil. Tridentini, possint virtute dictæ approbationis pluries, tanquam Confessores extraordinarij earumdem confessiones audire, absque noua Episcopi licentia?

12. Cum in eadem Constit. statutum sit, vt liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, vt amoueant Confessores Monialium, atque administrationes bonorum, ad earumdem Monialium Monasteria pertinentium, ijque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Cōfessores, & administratores, amouendi, quoties, & quando opus esse iudicauerit; an eiusmodi

causam Episcopus Superioribus Regularibus significare teneatur?

13. An eadem Constitutio, qua parte supponit Episcopi iurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorumdem Monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an verò solùm in notorijs, & cum scandalo populi?

Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Tridentin. Interpretum censuit Constitutionem san.memor.Gregor.XV.de exemptorum priuilegijs, nequaquam subijcere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, Episcoporum iurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis, personis sæcularibus administrandis ijdem Regulares delinquunt; Ac propterea

Ad 1.dubium respondit, Episcopis non licere in vim eiusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum sæcularium, nec loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi confessiones personarum sæcularium audiuntur.

Ad 2. Hac in parte Constitutionem nihil noui iuris induxisse, nec vllam nouam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse, ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari, quod si aliunde Episcopis huiusmo-

modi facultas competit, illam non fuisse ab eadem Constitutionem sublatam.

Ad 3. censuit eiusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius Diœcesis.

Ad 4. non competere.

Ad 5. Ius confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad 6. Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbentur. Ordinarios verò Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos, posse durante triennio, ab eorum deputatione inchoãdo, pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, vt illorum facultas à Sede Apostolica, vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Ad 7. Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competit audiendi Confessione Monialium sibi subiectarum posse, durante eorum officio pergere, sine alia Episcopi approbatione, in confessionibus audiendis illarum tantum, quæ spontè, ac proprio motu id ab eis petierint: At verò eos, qui post Constitut. eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officijs, seu dignitatibus, expleto iam tempore à Cõstitutionibus cuiusque Ordinis, vel alias legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium confessiones audire, nisi prius à Diœcesano

Episcopo idonei iudicati, atq; approbati fuerint.

Ad 8. Confessiones huiusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad 9. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad 10. Regularem ad audiendas confessiones Monialium vnius Monasterij ab Episcopo approbatum, minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterij.

Ad 11. Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro vna vice audiendas, haud posse plures in vim approbationis eiusmodi illarum confessiones audire, sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Ad 12. Non teneri eiusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentię Episcoporum quorum cõscientiam S. Cõgr. serio onerauit, ne facultate sibi hac in parte attributa, quoquo modo abutantur eius rei in districto Dei iudicio rationẽ reddituri.

Ad 13. Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notorijs tantum, & cum populi scandalo.

Quæ Sac. Congreg. responsa ad se relata fel. rec. Greg. XV. & Sanctiss. Dominus Noster Vrbanus Octauus in omnibus approbarunt.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secr.

In Regesto fol. 21.

3. De-

3 Demum aduertendum est, quod Tertiarij, & Tertiariæ fruuntur priuilegijs illius Ordinis cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, prout infra V. Tertiarius.

4 In materia priuilegiorum maximopere obseruanda est Bulla confirmatoria priuilegiorum trium Ordinum Seraphici Patris nostri Francisci, Pauli fel.rec.Papæ V.quæ cum sit amplissima, & à paucis Scriptoribus relata, operę pretium duxi illam in hoc Theatro inserere pro Superiorum solatio, quæ talis est.

PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

INiuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt Sacrarum Religionum in militanti Ecclesia suaues in Domino fructus assiduè præstantiam paternam curam gerentes, priuilegia, gratia, & indulta, illis à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Apostolica Sede concessa, quo validius perpetuò subsistant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communicamus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludouicus à Sancto Ioanne Euangelista Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, in Romana Curia Commissarius Generalis, quod variæ gratiæ, concessionis, libertates, prærogatiuæ, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultatesque, & alia priuilegia, & indulta, tam prædicto Fratrum Minorum, quàm Sanctæ Claræ, ac Tertio de Pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumq; Superioribus, Fratribus, Monialibus, & Soro-

Sororibus, ac vtriusque sexus personis, & Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis quibuscumq; dictorum Ordinum nunc, & pro tempore existentibus in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, siue extensionis Priuilegiorum alijs, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium tunc existentibus Ordinibus, eorumque Domibus, & Ecclesijs, ac vtriusque sexus personis concessorum à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris olim concessa, & ab illis, seu alijs, ac nouissimè quidem à fel.rec. Clemente Papa VIII. etiam prædecessore nostro per suas in simili Breuis forma litteras, sub Dat. XX. Decembris 1597. Pontificatus sui anno sexto, desuper expeditas, confirmata, & approbata fuerunt, prout in prædictis, & diuersis alijs dictorum Predecessorum litteris super concessionibus, & confirmationibus huiusmodi etiam expeditis plenius continetur.

Cum autem illa, quæ sæpius auctoritate Apostolica muniuntur, maiorem obtineant roboris firmitatem, & ideò, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Ludouicus priuilegia, gratias, & indulta, aliaquæ præmissa, per nos, etiam Apostolica auctoritate confirmari plurimum desideret; Idcircò nobis, eius nomine, fuit humiliter supplicatum, vt desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur Ordines predictos, ex quibus vberrimi in eadem Ecclesia ad Dei omnipotentis laudem, & Christianæ Reipublicæ spirituale commodum, & vtilitatem iam tum ab ipsorum Ordinum primordijs profluxerunt, & in dies profluunt fructus specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & illorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdi-

dicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati.

Quæcumque præmissa, ac omnia, & singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis, inter se, & cum alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus eisdem Fratrum Minorum de Obseruantia, & Sanctæ Claræ, ac Tertio de Pœnitentia Ordinibus, etiam in Congregatione sub trium votorum substantialium professione, & Superiorum Ordinis Minorum de Obseruantia prædicti obedientia degentibus, ipsorumque Ordinum, Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac vtriusque sexus etiam singularibus personis, necnon illorum Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis quibuscumque, in genere, & in specie, & per solam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, ac alias per eosdem Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam, sub quacumque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, & vltimo loco à dicto Clemente Prædecessore confirmata, cum omnibus, & singulis in eis forsan contentis clausulis, decretis, & declarationibus quibuscumque, necnon singulis desuper, etiam pluribus vicibus confectas litteras, & in eis similiter contenta, & indè secuta quæcumque illo-

rum

rum omnium tenores, formas, datas, effectus, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur, & his inserta forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes auctoritate prædicta, tenore præsentium in his omnibus, videlicet in quibus Sac. Concilij Tridentini Decretis, ac Constitutionibus, & litteris Apostolicis, ac Decretis Clementis Octaui nostri prædecessoris non aduersentur, saluisque decretis dicti Clementis in fauorem Fratrum Reformatorum factis remanentibus, perpetuò approbamus, confirmamus, & innouamus, necnon illa etiam perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ nostræ auctoritatis præsidio communimus, ac perpetuum robur obtinere, & firmiter obseruari Ordinibusque Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac Tertio de Pœnitentia nuncupato, huiusmodi etiam in Congregatione sub obedientia eorumdem Fratrum Minorum, vt præfertur degentibus, ac Ordinum prædictorum Superioribus, Fratribus, Monialibus etiam Tertiarijs nuncapatis, ac Domibus, *Ecclesijs*, & locis prædictis, etiam per modum communicationis, & extensionis huiusmodi suffragari, illisque vti, frui, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit posse, debere in iudicio, & extra, ac etiam in foro conscientię in omnibus, & per omnia, ac si specialiter, & expressè eisdem Fratrum Minorum, & S. Claræ, ac Tertio de Pœnitentia Ordinibus concessæ fuissent, decernimus, supplentes omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum etiam de iuris necessitate, aut alias quomodolibet requisitarum, forsan omissarum, & alios quoscumque defectus, si, qui forsan interuenerint in eisdem.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Mantuan. &

& Canarien. Episcopis, ac dilecto filio Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios, vbi, & quando opus fuerit, faciam auctoritate nostra litteras, & in eis contenta quæcumque suos plenarios, & integros effectus sortiri, illisque omnes, & singulos, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem sub quouis prætextu, causa, vel etiam defectu intentionis nostræ per quoscumq; quomodolibet indebitè molestari, & si quid in contrarium attentari, vel fieri continget, præmissa omnia semper in pristinũ reponi procurantes.

Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia appellatione quacunque postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Non obstantibus præmissis, ac similis recordationis Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de vna, necnon Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non retrahatur, alijsque Apostolicis, necnon in Prouincialibus, Synodalibus, ac Vniuersalibus Concilijs editis, specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs, quoq; indultis, & litteris Apostolicis, etiam

etiam in simili forma Breuis, aut alias per quoscumque Romanos Pontifices, similiter Prædecessores, ac etiam Nos, & Sedem præfatam, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum reuocatiuis, restrictiuis, reseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia impressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita, obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis; & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie, & ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris. Die 1. Decembris, Anno 1609. Pontificatus Nostri Anno quinto.

S. Cobellutius.

5 An

5 An Indulgentiæ concessæ Fratribus Minoribus, & reuocatæ à Paulo V. hodie censeantur reualidatæ per præfatam confirmationem priuilegiorum? Portel. in dub. Regul. verbo Indulgentia num. 12. §. secundum principale, negatiuam sententiam docet, à qua non vult discedere P. Diana diligentissimus Scriptor, & in Curia Romana versatissimus p.4.tract.4.Resol.20. quia in petitione confirmationis præfatorum Priuilegiorum, nulla fit mentio de Indulgentijs, nec in confirmatione, &c.

Processio.

SVMMARIVM.

Regulares ad quas processiones conuenire debeant num. 1.

Regulares distantes dimidium milliare à Ciuitate non possunt compelli, n. 2.

Confraternitas posterius erecta non potest facere processionem eodem die cum antiqua, n. 3.

Regulares non tenentur accedere ad processionem cum Clero in primo ingressu Visitationis Episcopi, n. 4.

Capuccini possunt erigere Crucem in processionibus, n. 5.

De loco eorumdem, n. 6.

Quod vbi non erexerunt Crucem, incedant sicut prius, n. 7.

1 QVia omnes Scriptores Regulares fusè pertractant de Processionibus, tantum referam nonnulla Decreta nondum ab alijs cognita, & relata. Supposito igitur, quod Cle-

Clerici omnes tàm sæculares, quàm Regulares, etiamsi sint exempti, ad publicas Processiones, puta Corporis Christi, litaniarum, & Iubilęorum vocati conuenire debent, prout in Bulla Pij V. Et si mendicantium, &c.

Quæritur. *An Regulares distantes per dimidium miliare à Ciuitate compelli possint, vt ad Processiones accedant.*

SAcra Congregatio Concilij censuit Regulares Monasterij vltra medium miliare à Ciuitate distantes, non posse ab Episcopo compelli accedere ad Processiones.
In Regesto huius Congregat. fol. 14.

Item Quæritur. *An Confraternitates posterius erectæ possint facere Processiones, eódem die, & hora cum antiqua.*

Taurinen.

3 SAcra Rituum Congregatio, conquærentibus Fratribus Seruitis locis Summæ Ripæ, Taurinen. Diœcesis, solitis in die Conceptionis Beatæ Virginis facere solemnem processionem in honorem eiusdem Gloriosissimæ Virginis, de nonnullis alijs eiusdem loci, prætendentibus facere similem Processionem, eodem die in eodem loco. Sacra Rituum Congregatio respondit nullo modo esse permittendas duas Processiones eodem die in eodem loco, & ideò casu proposito Fratres Seruitas manutenendos esse omninò in eorum solita Processione, & non lice-

re alij eodem die facere similem processionem.
Die 9. Aprilis 1663.
In Regesto huius Congreg. fol. 139.

Vndè Minores de Obseru. prohibiti sunt facere eadem die Processionem Chordonis vbi Conuentuales eam facere consueuerant. Vigeuano, Die 20. Martij 1653. Flosculis n. 12.

Item Quæritur. *An in primo ingressu Visitationis Episcopi Regulares teneantur accedere ad Processionem cum Clero.*

In Anagnina Processionis.

4 OCcasione suæ primę Visitationis, primique ingressus in terram Carpineti D. Episcopus Anagninus Plenariam Indulgentiam, ex auctoritate Sanctissimi Domini Nostri publicare intendens, edictum tenoris sequentis promulgauit. Omissis &c.

Di quì è, che habbiamo risoluto di fare vna publica generale, e generalissima Processione per solennizare con la douuta decenza dette sacre attioni per eccitamento maggiore de' fedeli alla deuotione, e pietà, che perciò inuitiamo tutto il popolo, comandando à detto effetto a tutti gli Ecclesiastici, così secolari, come Regolari di detta Terra, che debbano interuenirui personalmente, e processionalmente, sotto pena à detti Ecclesiastici di scommunica latæ sententiæ da incorrersi, ipso tunc, che non saranno interuenuti, e d'altre pene à nostro arbitrio, &c.

Conquæruntur Fratres Ordinis Strictioris Obseru. se immerito, atque iniustè compelli ad huiusmodi processionē. E contra vero cōqueritur

Do-

Dominus Episcopus dd. Fratres præfatum edictum non sine populi scandalo contemnentes dictæ processioni non interfuisse, & non obstantibus censuris ob eorum contumaciam ipso facto incursis, à celebratione Diuinorum Officiorum non abstinuisse. Quare præsuppositis ijs, quæ ab vtraque parte informante deducuntur.

Quæritur. An dicti Fratres potuerint ad prænominatam Processionem ab Episcopo compelli.

Die 9. Decembris 1662.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit non potuisse.

I.Episc.Sabinen. Card. Sachettus.

Loco † Sigilli.

C.de Vecchijs Episc.Clus.S.C. Conc. Secr.

In Regest. fol. 192.

Quod Capuccini possint erigere Crucem in Processionibus Capuccinorum.

Lunæ die 21. Maij 1618.

5 FRatres Capuccinos, quibus nuper vbique locorum ad controuersias, quæ inter Fratres Conuentuales, & ipsos interdum oriebantur, dirimendas, propriam Crucem in publicis Processionibus erigendi, ad formam Constitutionis felic. record. Gregor. XIII. quæ incipit, Expo-

poscit, à Sanctiss. D. N. facultas concessa est, iuxta eiusdem Constitutionis formam, etiam quoad alios Ordines Mendicantium Crucem prædictam erigere, deferre posse, censuit sacrorum Rituum Congregatio.

A.M. Episc. Ostien. Card. Gallus.

Loco † Sigilli.

Petrus Ciammareconus Secr. Congr.

In Regesto fol. 42.

De Capuccinorum loco in Processionibus.

Die Sabbathi 23. Martij 1619.

6 Congregatio sacrorum Rituum ad tollendas controuersias, quæ post concessam Fratribus Capuccinis propriæ Crucis erectionem, inter Regulares, circa præcedentiam in Processionibus ortæ sunt, censuit, Illustrissimo Mellino referente, Capuccinos cedere debere digniorem locum ijs Regularibus, qui sub propria Cruce, & in proprio loco in Processionibus incedebant, antequam ipsi Crucem propriam deferrent.

A.M Episc. Ostien. Card. Gallus.

Loco † Sigilli.

P. Ciam. Secr.

In Regesto fol. 43.

Quod Capuccini vbi non erexerunt Crucem, incedant sicut prius.

Die Sabbathi 10. Iulij 1621.

7 Congregatio Sacr. Rit. vt tandem dissentionibus, quæ circa præcedentiam in Pro-

Processionibus inter Capuccinos, & alios Regulares post concessam ipsis Capuccinis propriæ Crucis erectionem, quotidiè oriuntur aditus omninò præcludatur. Inhærendo Decreto sub die 23. Martij 1619. emanato, illudque declarando, censuit erectionem Crucis, supradictis Capuccinis fuisse concessam in his tantum locis, in quibus sub Cruce Minorum Conuentualium incedebant, quia alias id fortasse nunquam permisissent, ac propterea eosdem Capuccinos in locis, in quibus iam sub propria Cruce, seu in proprio loco sub Cruce Cleri in Processionibus ante huiusmodi concessionem incedebant, eumdem locum retinere debere.

Franciscus Maria Card. à Monte.

Loco † Sigilli.

P. Ciammar. Secr.

In Regesto huius Sac. Congregationis fol. 45.

Procurator.

SVMMARIVM.

Narratio institutionis Procuratoris Ord. eiusque praeminentia, n. 1.

Procurator Ordinis pracedit Commissario Curtàm actuali, quàm habituali, n. 2.

Probatur magis ex quodam consulto, n. 3.

A Curia numquam debet abesse Procurator Ordin. n. 4.

Agentes pro Gallica, & Germanica Nationibus debent manuteneri in Conuentu Aracœli, num. 5.

Procurator Generalis obseruantium pracedit Procuratori Generali Conuentualium, n. 6.

Pro.

Procuratores, & Commissarij Generalis Curiæ Cismontanæ Familiæ habent votum perpetuum in suis Prouincijs respectiuè, n. 8.

Forenses debent petere benedictionem à Patre Guardiano, & à Procuratore, aut Commissario respectiuè in ingressu Conuentus, n. 9.

1 PRo intelligentia institutionis Procuratoris Generalis Ordinis sciendum est, quòd ante separationẽ Fratrum Obseruantium à Cõuentualibus, tota Familia de Obseruantia moderabatur à duobus Vicarijs Generalibus, quorum vnus habebat regimen Familiæ Cismontanæ, alter verò Familiæ Vltramontanæ. Habebatque duos Commissarios Generales in Curia Romana pro vtraq; Familia, nam tunc Procurator Generalis Ordinis erat apud Patres Conuentuales.

Postquam verò facta fuit separatio Obseruantium à Conuentualibus à Leone Papa Decimo, Ite & vos &c. & per eamdem constitutionem Officium, & Dignitas Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorũ S. Frãcisci tradita fuerit Fratribus Minoribus Regularis Obseruãtiæ.

In capitulo Generali, immediatè sequenti habito Lugduni anno 1618. ordinatum fuit, quòd de cætero vnus Commissariorum in curia Romana appellabitur Procurator Ordinis, & seruabit locum in capella Pontificis, orationesque in eadẽ Capella habendas certis diebus faciet, aliosque actus publicos, qui ad Officium Procuratoris spectant, exequetur. Alius verò retinebit nomen Commissarij, aut Vltramontani, aut Cismõtani, iuxta quod ex illis, aut ex istis assumptus fuerit Minister Generalis. Qui quidem Commissarius quoad illas partes, pro quibus erit, cum omnimoda auctoritate remanebit.

Ab illo tempore ſemper in omni Capitulo Generali Procurator Ordinis eſt inſtitutus ex illa parte, ex qua aſſumptus eſt Miniſter Generalis, iuxta Bullam vnionis, & dum ſunt in officio, Procurator Generalis Ordinis ſemper præcedit Commiſſarium Curiæ, quia repreſentat totum Ordinem tum in Capella, tum in alijs actibus publicis. Commiſſarius verò Curiæ ſolùm pertractat negotia illius familiæ, ex qua electus eſt commiſſarius Generalis.

2 Hinc meritò in Capitulo Generali de anno 1651. ſub Innocentio Decimo, facta fuere ſtatuta Generalia reuiſa, & confirmata à Sacr. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, authoritate Apoſtolica, in quibus cap. 1. §. 6 num. 3. & in Conſtitut generalibus Ordinis pag. 218. n. 4. habetur. Inter Procuratorem, & Commiſſarium Romanæ Curiæ tam actualem, quàm habitualem hic ordo ſeruandus eſt. Quòd cæteris paribus ſemper, & vtrobique Procurator actualis debet præcedere actualem Commiſſarium, & habitualis Procurator, habitualem Commiſſarium, etiam in iure ſubrogandi iuxta Romanam Conſtitutionem.

Hoc ſtatutum eſt adeò clarum, vt non deberet dubitari de præcedentia illorum, qui fuerunt Procuratores Ordinis ſuper illos, qui fuerunt Curiæ Commiſſarij, nam ſi iſti non ſint alio gradu, vel dignitate inſigniti, etiam ſi priùs exercuiſſent munus ſuum, nihilominùs habent ſequi eos, qui poſt ipſos exercuerunt munus Procuratoris Ordinis, cùm ſemper, & vtrobique Procuratori Ordinis habitualis concedatur præcedentia.

Illa verò verba, cæteris paribus, non ſunt referenda ad anterioritatem, vel poſterioritatem temporis ſuarum electionum, ſed ad alium gradum,

dum, quem posset habere, qui Commissarius Curiæ fuerit, vt si expleto officio, eligeretur Definitor Generalis, vt sæpiùs accidit, tum enim, qui fuit Curiæ Commissarius, procedit illum, qui fuit simpliciter Procurator Ordinis, & dum actu fungitur officio, si Commissarius Curiæ fuisset Vicarius Generalis, vel Vice-Commissarius Generalis per biennium præcederet Procuratorem Ordinis.

3 In quadam controuersia orta præteritis annis 1648. inter Patres Procuratorem, & Commissarium Generalem Curiæ habituales, videlicet, quisnam illorum præcedere deberet Pater ne Radealius olim Cõmissarius; An Pater Quaresiminus postea Procurator Generalis Curiæ? Requisito Consulto Patris Sanctori, respondit:

Etiam si sit contra Sanctorum Ambrosij, & Augustini monitum de arbitrio inter duos amicos non acceptando, quia tamen Paternitas Vestra Reuerendissima iussit, moralia aliorum monita postponere debeo. Dico ergo hac de re, in indiuiduo aliud esse in Statutis generalibus sancitum: omnia enim, quæ hucusque videre potui, præponunt Procuratores Generales Commissarijs Curię, Neapolitana cap.41.n.3. Vallisoletana 1593.c.8.de Tit. & Præcedentijs. Nuperrima, Romana ex præfatis compilata eodem loco §.42. num.4. & eodem anno 1639. pro Vltramontana Familia, ac omnibus istis antiquiora Barchinonensia c.4.§.9.

Itaque omnium concors sententia est præferri in concursu, ac præcedentia, qui Procuratores Generales fuere; & cùm alium Ordinem nobis præfigere non possimus extra illum, quem statuta determinant, non video, quomodo ab hac serie resilire valeamus; fauet etiam ratio, quia

maius in officium Procuratoris, quam Commissarij curiæ, ſicuti maior eſt Miniſter, quam Commiſſarius Generalis, quibus inſeruiunt: & Procurator Generalis debet, & poteſt tractare negocia ad totum Ordinem, & ad vtramque Familiã ſpectantia ſtatut. Rom. 1642. c. 8. §. 28. n. 1. Adeſſe item debet in Capella Sanctiſſimi, ſermonem habere, Proceſſioni in Feſto Corporis Chriſti ſolemni, cum alijs Prælatis curiæ Romanæ adeſſe, quod Commiſſario non conuenit. Quis autem eorum præcedat quando functi officio, ſimul reperiantur, vel ſi prior electus fuerit Commiſſarius Procuratore, & minus officium exercuerit priùs, an qui digniùs poſtea exercuit, præferendus ſit, quo videtur tendere quæſitum, licet ex dictis deduci poſſit, ſuppoſito quod inter duo officia detur magis, & minus, attamen Generalis Capituli iudicio dirimendum mihi videatur. Fr. Sanctorus de Melphi 1649. & vt peroptabat Pater iſte, declaratum fuit, in ſequenti Generali capitulo 1651 adeò clarè, vt non ſit amplius ambigendi locus, vt ſupradictum eſt.

4 Demum quanti faciat Religio Procuratorem Ordinis, oſtendit Capitulum Generale Toletanum 1658. in quo ſancitum fuit, Numquam debere in curia Romana abeſse Procuratorem Ordinis, ne per eius abſentiam, vniuerſis Ordo deſtituatur, quem ſalutat verè, ac propriè totius Ordinis Procuratorem, neque eius munera per Vice Procuratorem ſuppleri commodè poſſunt; ſecus de Commiſsario curiæ, qui ſi abſit â curia nihil intereſt: & Vice commiſsarius, omnia, quæ ad tale officium ſpectãt, pertractare poterit.

5 Declarat, & vult capitulum Generale, quod ſolùm ſit in Vrbe vnus Commiſsarius Generalis totius Familiæ Vltramontanę, cui aſſignabuntur

duo

duo notabiles ſocij aliarum duarum Nationum, Antuerpien. 1514. Nationes Vltramontanæ, ſunt tres, Hiſpanica, Gallica, Germanica. Notabiles ſocij, de quibus loquitur ſtatutum, modo nuncupantur Agentes Galliæ, & Germaniæ, prout ſancitum fuit etiam in capitulo Generali Toletano 1633.

Quòd in Capella Papę Procurator Generalis Obſeruantium pręcedat Procuratori Conuentualium.

6 Viſo memoriali pro Procuratore Generali Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia Sanctiſſimo Domino Noſtro porrecto, & à Sanctitate Sua Congregationi Sacrorum Rituum tranſmiſso ſuper præcedentia eidem Procuratori in Capella Sanctiſſimi ante Procuratorem Generalem eiuſdem Ordinis Cōuentualium competenti, ac Decreto aliàs, ſub die 26. Nouembris 1593. ad eiuſdem Procuratoris de Obſeruantia fauorem facto.

Congregatio die 21. Ianuarij 1602. ſtetit in decisis factaque eidem Sanctiſſimo Domino Noſtro (iuxta eiuſdem Sanctiſſimi reſcriptum) de præmiſſis relatione Sanctitas Sua dicta Decreta approbauit, & ab his, ad quos ſpectat, obſeruari mandauit.

P. H. Card. Com.

Loco † Sigilli.

Alex. Gratianus Profecr.

In Regeſt. fol. 180.

Quod Procurator Generalis Reformatorum Sancti Francisci Min. Obseru. gaudeat omnibus priuilegijs, quibus fruitur Procurator Ordinis.

Beatissimo Padre.

7 I Visitatori de' Frati Minori Osseruanti Riformati, instituiti dalla S.V. humilmente supplicano degnarsi di concedere al Procuratore di tutte le Riforme di detto Ordine, che sarà pro tempore deputato in questa Corte, le medeme facoltà, autoritadi, e gratie, che tiene, e gode il Procurator Generale di tutto l'Ordine predetto nella detta Corte, tanto di ragione, e consuetudine, come anco per vigore delle Costitutioni di detto Ordine, si come si degnò l'anno passato la Santità Vostra concedere al Procuratore di quel tempo di detti Frati Riformati, ilche per esser giusto, si spera. Quam Deus &c.

Die 27. Maij 1603. Egi cum Sanctissimo D.N. qui contentus fuit, Procuratorem Generalem Fratrum Reformatorum Sancti Francisci Minor. Obseruant. debere gaudere omnibus priuilegijs, quibus fruitur Procurator Fratrum de Familia eiusdem Ordinis.

H. Card. Mattheius Protector.

Loco † Sigilli.

In Regesto Sacr. Congreg. Episcopor. & Regular. fol. 35.

Breue

Breue, quo conceditur Procuratoribus, & Commissarijs Generalibus Curię Ord. Minorum de Obseruant. & Reformatorum Sancti Francisci Cismontanæ Familiæ Votum perpetuum in proprijs Prouincijs.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

8 RAtio iustitiæ exigit, vt illi, qui multos pro Religione labores substinuerunt, congruis honoribus, & gratijs decorentur.

Volentes itaque dilectis filijs Procuratoribus, & Curiæ Commissarijs Generalibus Fratrum Minorum tam de Obseruantia, quàm Reformatorum nuncupat. Ord. Sancti Francisci, qui rerum vsu tractandis, & procurandis in Romana Curia grauioribus Ordinis huiusmodi negotijs a quisito pollere noscuntur, & quorum operam proinde eorum Prouincijs plurimum vtilitatis allaturam esse speramus, & gratiam facere specialem, eorumq; singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis Procuratoribus, & Commissarijs Curiæ Generalibus Fratrum Mi-

norum, tam de Obseruantia, quàm Reformatorum Familiæ Cismontanæ huiusmodi, qui sua respectiuè officia triennij continui spatio hactenus gesserunt, & post hac quandocumque pari spatio gesserint, vel depositis eisdem Officijs, suffragium, siue votum perpetuum consultiuum, electiuum, & decisiuum in quibusuis capitulis, & congregationibus suæ quisque Prouinciæ dicti Ordinis habere, & ferre, illoque vti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ dilectis filijs Ministris Prouincialibus, & alijs Superioribus, & Fratribus dictarum Prouinciarum, cæterisque ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, vt memoratos Procuratores, & Commissarios curiæ Generales præsentis gratiæ commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere sinant, & faciant, nec illos desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari permittant. *Ac decernentes easdem præsentes litteras* semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, ac Familiæ, & Prouinciæ huiusmodi etiam

etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet cōcessis, cōfirmatis, & innouatis.

Quibus omnibus, & singulis illorum tenoribus præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectū hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 4. Decemb. 1662. Pontificatus nostri Anno Octauo.

S. Vgolinus.

Quòd Fratres cuiuscumque gradus, & dignitatis, commorantes in Conuentu Aracęlitano, sint sub obedientia, & directione Commissarij Generalis Ordinis.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

9 INter multiplices Pastoralis officij nostri curas, quibus iugiter premimur, in illam peculiariter incumbimus, vt personæ, quæ sub

ſuaui Religionis iugo diuinis obſequijs ſe mãciparunt proſperè gubernentur, & ſi quæ earum directione quoquomodo impedimentum afferre cognoſcimus, ea remouere ſtudeamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cùm itaque ſicut accepimus, ex multiplicitate Superiorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia nuncupatorum, & quia nonnulli prætendunt, ſe à Superioritate Commiſſarij Generalis eiuſdem Ordinis exemptos eſſe, vigore cuiuſdam ſtatuti in capitulo Generali dicti Ordinis Toleti anno 1633. celebrato, facti, & à Nobis confirmati, Regularis Obſeruantia non modicum detrimentum patiatur.

Hinc eſt, quòd nos in præmiſſis opportunè prouidere volentes, dictiq; ſtatuti tenore præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio; & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ſtatutũ prædictum tenore præſentium abolemus, reuocamus, & annullamus, viribuſq; & effectu vacuamus. Et quòd omnes, & ſinguli eiuſdem Ordinis Fratres cuiuſcumq; gradus, & dignitatis, ac etiam Vltramontanæ Familiæ exiſtentes pro tempore, quo in Ciſmontana Familia commorabuntur, ſint, & eſſe debeant ſub obedientia, & directione Commiſſarij Generalis Ordinis huiuſmodi, pro tempore exiſtẽtis, prout erant, priuſquam ſtatutum prædictum fieret, earumdem tenore pręſentium, ſtatuimus, & mandamus, volumus, & ordinamus. Sicque & nõ aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Non

Non obstan.statuto prædicto, & litteris illius confirmatorijs, ac quibusuis constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,ac alijs dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,priuilegijs quoque indultis,& literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, Fratribus,& personis quibuslibet in contrium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis.

Quibus omnibus, & singulis illorum tenor. præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 18. Nouembris 1641. Pontificatus Nostri Anno Decimonono.

M.A. Maraldus.

Yo Fratres forenses, qui ad Romanam Curiam accesserint, cuiuscumque sint Prouinciæ, vel Nationis,aut Familiæ,siue etiam Obseruantes sint, siue Reformati, non poterunt deinceps exire è Domo sub pœna Apostasiæ, nisi obtenta licentia Guardiani, & etiam Procuratoris Generalis, aut Commissarij Curiæ respectiuè, quod quidem obseruari debet, toto tempore, quo Romæ permanere contigerit, non tamen impediri poterunt, nisi ex legitima causa,prout in constitutionibus Generalibus Ordinis pag.76.n.2.

Procurator Conuentus.

Vide infrà Syndicus Apostolicus.

SVMMARIVM.

De mandato Summorum Pontificum, in Familia Cismontana, sunt manutenenda, n. 1.
Ponitur Breue Vrbani Octaui, in quo sunt nonnulla pro bono regimine Reformatorum, n. 2.
Clerici per triennium permanere debent in Professorio, num. 3.

1 IN hac Familia nostra Cismontana de mandato Clementis, ac Vrbani Octaui, necnon Innocentij X. Professoria manutenenda sunt in Conuentibus à Sacra Congregatione super statu Regularium designatis, vt nouiter professi melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, prout supra V. Nouitius, in Decreto, Ad propagandam, num. 4. Quia verò præfatus Papa Vrbanus ordinauit huiusmodi Professoria, ac nonnulla alia stabiliuit pro bono regimine Reformatorum, vt melius, & exactius obseruentur, refero Breue per extensum, iam impressum, & vsu receptum, videlicet.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

2 MIlitãtis Ecclesiæ regimini diuina dispositione præsidentes, ad ea, per quæ cunctorum Christi fidelium præsertim Religiosorũ Deo sub reformatione ad arctiorem regularis disciplinæ obseruãtiam introducta vacantiũ, spiri-

tuali

tuali directioni, necnon felici progressui consulitur, libenter intendimus, eaque statuimus, & ordinamus, quæ rerum, temporum, & personarum qualitatibus debitè pensatis, ipsorum Religiosorum statui conducere in Domino conspicimus.

Ad vberes itaque, & suaues fructus, quos dilecti filij Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia Reformatorum nuncupati Prouinciarum Italiæ in prædicta Ecclesia afferunt, mentis nostræ aciem conuertentes, quo laudabile eorum institutum maioribus in dies proficiat in via Domini incrementis. Motu proprio & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum tenore perpetuò statuimus, & ordinamus, vt in vnaquaque earumdem Reformatorum Italiæ Prouincia vnum, vel duo Professoria instituantur, in quibus Fratres Clerici eiusdem Ordinis, quamprimum probationis, seu Nouitiatus annum compleuerint, & professionem emiserint regulare collocentur; In Professorijsque huiusmodi vnus Magister pro quolibet deputetur, qui prædictos Fratres Clericos in vita spirituali, & orandi modo, ac religiosæ perfectionis via instruat: qui quidem Clerici anno, vt minimum in Professorijs huiusmodi commorari debeant, & interim nullam scientiam edoceri possint, excepta Grammatica, & Logica, etsi eius rudes fuerint.

Præterea in duobus, aut tribus cuiusque Prouinciæ Conuentibus Theologiæ moralis electio fiat, cui omnes Fratres Sacerdotes, & Clerici bis qualibet hebdomada intersint. In singulis verò Conuentibus orandi modus doceatur. Et Ordinis prædicti Regula semel saltem in quaque hebdomada perlegatur, huicque perfectioni, tam

Fra-

Fratres Sacerdotes, & Clerici, quàm Laici interesse teneantur.

Ad hæc Fratres Reformati huiusmodi nullum omninò legatum perpetuum cum aliquo, aut sine vllo onere etiam Ecclesijs, vel Sacristijs ipsorum, etiam pro vino ad Missarum celebrationem, aut oleo pro lampadibus, vel quacumque re pro Altaribus factum recipiant, ipsorumque Procuratores, aut Syndici hęredes legantium ad pręstanda huiusmodi legata iudicialiter conuenire non possint. Insuper Fratres prædicti ad quascumque processiones, præterquam ad processionem in die festo Corporis Christi, aut aliquam aliam generalissimam non conueniant. Defunctorumque corpora exceptis ijs, quæ in eorum Ecclesijs sepeliuntur, ad sepulturam minimè comitentur. Altarium ornamentis deinceps aurum, vel inauratio non adhibeatur, Imaginumque, seu picturarum eorumdem Altarium coronides è nuce, aut alio eiusdem coloris ligno fiant, nec candelabra ænea recipiantur, aut emantur amplius, sed tantummodo lignea è nuce.

Nouitij in Prouincijs prædictis, infra annum cum interuentu Ministri, ac duorum Definitorũ Pouincialium, & duorum Guardianorum recipi possint, iuxtà Decretum fel. rec. Clementis Papæ Octaui prædecessoris nostri hac super re editum. Demum Fratres prædicti exceptis in infirmaria illis, qui indiguerint, particulas ex panno lineo etiam in itinere sub quocumque prætextu nequaquam deferant; particulas verò ex panno laneo illi deferre possint, qui eis loco Tunicæ vti voluerint.

Quocirca dilectis filijs Ministris Prouincialibus, ac Guardianis, alijsque Superioribus quibuscumque dictarum Prouinciarum, nunc, &

pro

pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ; ac sub pena priuationis suorum officiorum, eo ipso absque alia declaratione incurren. committimus, & mandamus, vt præsentes nostras literas, ac omnia, & singula in eis contenta à Fratribus sibi subditis inuiolabiliter obseruari curent, & faciant; Cæteris verò earumdem Prouinciarum Fratribus, etiam in virtute sanctę obedientiæ, ac sub priuationis vocis actiuæ, & passiuæ; alijsque arbitrij nostri pęnis eo ipso, vt præfertur, incurrendis præcipimus, vt præmissa omnia, & singula, prout ad vnumquemque eorum spectauerit, exactè, & inconcusè obseruent, & adimpleant.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Concilijs Vniuersalibus editis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eiusdem Ordinis, & Prouincijs, illorumque Superioribus Fratribus, & personis quibuslibet, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis.

Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expresa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu queuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret illorum tenore præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis ha-

ben-

bentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad premissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quę ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem *sub* Annulo Piscatoris die prima Octobr. 1641. Pontificatus Nostri Anno decimonono.

M. A. Maraldus.

3. In Professorijs præsentis temporis quamuis Clerici in ætate suscipiendi sacris Ordines, nihilominus in eisdem, per triennium permanere debent, prout pluries declarauit Sac. Congreg. super statu Regularium.

Prominiſtri.

Decretum pro obseruantia statuti Toletani, nempè quod Prominiſtri, & Custodes inter Definitores actuales vltimum locum, & præcedentiam habeant.

FRa Saluatore di Piacenza Sacerdote de Minori Osseruanti Riformati della Prouincia di Bologna, humilissimo seruo dell'EE. VV. hauendo fatto più volte istanza al P. Generale li sia dato il luogo tra Padri della sua Prouincia, e conforme vien determinato dalli statuti della Religione fatti nell'vltimo Capitolo Generale celebrato in Spagna l'anno 1658. oue si ordina, che

li Cu-

li Cuſtodi, e Prominiſtri mandati al Capitolo Generale di Spagna habbiano nella Riforma il luogo dopò li Vicarij de' Conuenti, e Lettori di Teologia, alquale interuenne l'Oratore, e confermati per Bolla Pontificia, non hà potuto ottenere l'intento, perche quantunque il P. Generale habbia ordinato al Padre Prouinciale dia all'Oratore quanto ſe li conuiene per giuſtitia, hauendo egli le conditioni taſſate da medemi ſtatuti, per eſſer interuenuto al detto Capitolo; & in oltre eſſer ſtato Cuſtode, Definitore, e più volte Guardiano ne' principali Conuenti della Prouincia, nondimeno detto Prouinciale, non hà riſoluto obedire ſotto preteſto, che nella Bolla d'Vrbano Ottauo di fel. mem. Aliàs pro Congregatione generali, nella ſerie della precedenza non ſi fà mentione de Prominiſtri, e Cuſtodi, e che il Capitolo Generale non poteua aggiungerueli. Supplica perciò l'Orat. l'EE. VV. à voler ordinare, che li ſia dato il luogo trà Padri, come diſpongono le Coſtitutioni generali. Che &c. Quas Deus, &c.

Sac. Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, attentis narratis, ac audito Miniſtro Generali Ordinis huiuſmodi, necnon Procuratore Generali Reformatorum, & Prouinciali Bononien. committendum cenſuit, prout præſenti Decreto committit eidem Miniſtro Generali, vt circa præmiſſa mandet, & faciat omnino ſeruari Ordinis Conſtitutiones, ſub ſtatutis pœnis. In contrarium quibuſcumque non obſtantibus. Romæ 7. Septemb. 1663.

M. Cardinalis Ginettus.

Loco † Sigilli.

Æmil. Epiſc. Camer. Secret.

Sed

Sed hic inſurgit difficultas circa intelligentiam ſtatuti, An, videlicet Cuſtos Vocalis debeat habere eaſdem conditiones præſcriptas pro Prominiſtris, ad hoc vt gaudeat huiuſmodi præcedentia, nempe quod antea extiterit Definitor, vel Lector Sac. Theologiæ per ſexennium, vel Guardianus principalioris Conuentus, vel ad minus per tres vices in alijs Conuentibus, aut Prædicator eximius?

Reſp. negatiuè, nam ſtatutum loquendo de Cuſtodibus, nullam conditionem ex præfatis requirit, ſed tantum ait, quod perpenſis periculis, & magnis laboribus in longo itinere, inter Definitores actuales vltimum locum, & præcedentiam habeant. Ratio eſt, quia officium Cuſtodis eſt maioris entitatis, quam Prominiſtri, nam Cuſtos eſt Vocalis iuxta Regulam, eſt primus inter Definitores, durat per triennium, & poſt Capitulum Generale, ſi nondum eſt expletum triennium remanet in officio Cuſtodiatus, quibus prærogatiuis caret Prominiſter, qui nudum votum defert ad Capitulum Generale, quo expleto, nulla ei remanet præeminentia, ratione Prominiſtratus: ideò ſtatutum, attenta diſparitate eorumdem, requirit prædictas conditiones in Prominiſtris, non autem in Cuſtodibus, quam declarationem firmauit Reuerendſſimus Pater Caballus Commiſſarius Generalis.

Pro-

Protector.

SVMMARIVM.

Datur Religionibus ad eorum conseruationem num. 1.
Quomodo potest admittere appellationes, n. 2.
Potest mittere Religiosos Romam n. 3.
Protector noster Barberinus habet amplissimam facultatem n. 4. & seqq.

1 PRotectores dantur Religionibus à Summis Pontificibus ad earum defensionem, conseruationem, atque dilationem. Peyrin. de subd. quæst 1. cap. 18. §. 21. & Lezan. tom. 2. cap. 9. num. 2.

2. Possunt admittere appellationes Fratrum, qui à suis Superioribus grauati, ad ipsos recurrunt, iuxta Decreta Apostolica; dummodo hæc appellatio fiat gradatim, idest à Prælato immediato ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, & à Generali ad Protectorem, prout supra V. Appellatio num. 2. A Protectore potest fieri appellatio ad Sac. Congregationem, prout cuiusque Religionis Constitutionibus disponitur. Barbos. num. 11.

3. Protectoribus est fides adhibenda, quando dicunt se habere viuæ vocis oraculum à Papa. Azor. tom. 2. instit. lib. 4. cap. 3. dub. 20. Veniunt enim nomine officialium, ac Ministrorum Papæ, qui non comprehenduntur in reuocatione viuæ vocis oraculorum Vrbani Octaui. Peyr. in form. lit. z. c. 3. append. 4 n. 2.

4. Protectores possunt concedere Fratribus suæ protectionis licentiam eundi Romam. Clement.

ment. VIII. in Decretis pro Reform. Regular. num. 22.

5. Protector noster Eminentissimus Cardinalis Barberinus ex Bullis suæ institutionis, amplissimam facultatem habet supra Seraphicum Ordinem. Potest enim transire volentibus ab Obseruantia ad Reformatos pro maioris perfectionis zelo, vel è contra pro Reformatorum quiete, extra Capitulum, seu Congregationem licentiam concedere.

6. Licentias ab vna ad aliam Prouinciam eundi ob negocia, & collocationes Fratrum, eorumdemque incorporationes, & translationes concedere.

7. Sententias, & pœnas, siue inhabilitates, & priuationes officiorum, & suffragiorum moderari remittere, & condonare.

8. Guardianos Monasteriorum Monialium S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Neapol. instituere, & ibidem Fratres Reformatos Monialium negocia administraturos, ex quibuscumque Reformationibus Italiæ destinare, vel destinari facere. Ad eum spectat Procuratorem Reformatorum eligere, & alia multa, prout in Repertorio Bullarum, & Decretorum fol. 20. & 21.

Quæritare.

SVMMARIVM.

Regulares possunt quæritare triticum, vinum, &c. antequam Parochus recipiat primitias, num. 1.

Non possunt impediri à quæstuatione à locorum Ordinarijs. n. 2.

Con-

Concionatores mendicantes non comprehenduntur in excommunicatione lata contra Quaestuarios Praedicatores. n. 3.

1 Regulares possunt triticum, vuas, ligna, & similia quaeritare antequam Parochus receperit suas primitias. Sac. Congregat. 2. Iulij 1621. vide V. Declaratio n. 13.

3. Fratres Mendicantes nullatenus à Quęstuatione, quae de licentia suorum Superiorum fit, & in dies fieri continget, à locorum Ordinarijs impediri non possunt. Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium die 25. Augusti 1635.

In Regesto fol. 137.

Vide supra V. Eleemosyna vbi adest Decretum Congregationis Concilij per extensum.

Immò Sixtus Quartus puniri mandauit impedientes Mendicantes ab eleemosynarum petitione, prout in Bulla Sacri Praedicatorum, & Minorum Fratrum Ordinis, &c. vbi §. 8. ait, Praeterea quia, vt intelleximus, exortis nonnunquam controuersijs inter locorum Ordinarios, eorumque Vicarios, seu Officiales, & Curatos, & Fratres praedictorum Ordinnm, varijs occasionibus locorum Ordinarij, eorumque vicarij, seu Officiales, & Curati praedicti, nec Christifideles Fratribus ipsis pias eleemosynas erogare praesumant suadere, & etiam sub censuris inhibere, ac erogantes excommunicatos fore praedicare, seu praedicari facere, seu pronunciari praesumunt. Locorum Ordinarijs, eorumque Vicarijs, seu Officialibus, & Curatis praedictis, ac etiam alijs quibuscumq; dicta auctoritate mandamus, vt ab huiusmodi persuasionibus, inhibitionibus, & mandatis de caetero prorsus omnino abstineant. Decernentes inhibitiones ipsas, & man-

& mandata nullius existere firmitatis, & illis contrauenientes censuris huiusmodi minimè ligari, ac eosdem persuadentes, & inhibentes, mandatoque nostro huiusmodi obtemperare non curantes (nisi pœnituerint, & persuasiones, ac inhibitiones & prædicta reuocauerint, intrà triduum, postquam desuper requisiti fuerint) eo ipso Ordinarios interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis è regimine, & administratione suarum Ecclesiarum; Alios verò inferiores ab eis excommunicationis sententiam incurrere. Apud Peyr. tom. 2. pag. 28.

3. Contra Quæstuarios Prædicatores procedunt Inquisitores hereticæ prauitatis: Vrban. IV. in Bullario tom. 1. pag. 96. Huiusmodi Quæstuarij conuertebant in prauos vsus eleemosynas, & ob quæstum publicabant Indulgentias, contra quos adest excommunicatio Papæ reseruata. Pius V. in Bulla, Quam plenum, &c. 2. tom. ex his deducitur non comprehendi inter istos, Prædicatores Mendicantes, quando inuitati, occasione alicuius festiuitatis, habent sermonem ad populum de laudibus Sancti, vel festiuitatis, & in fine obtinere commendant necessitates proprij Conuentus, pro vt declarauit Pius V. Et si Mendicantium Ordines, vbi §. 17. Quod verò de vsu quæstorum eleemosynarum auferendo, loquitur Trident. sess. 21. c. 8. Id ad Mendicantium Ordines nullo modo referri posse, vel debere, etiam decernimus, quin potiùs cum eleemosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id facere liberum omnino esse declaramus, &c.

Quarta.

SVMMARIVM.

Monasteria ante Concilium ædificata, soluunt quartam funeralium, n. 1.
Secus, quæ 40. annis circa à Conc. Trident. ædificata. n: 2.
Declaratum fuit à Sac. Congregatione Concil. & à Pio V. in Bulla, Et si Mendicantium. n. 3.

1 CIrca Quartam funeralium standum est consuetudini locorum, nam Conuentus, & Monasteria 40. annis ante Concilium Tridentinum ædificata, & eam soluere sólita, prout decernit S. Synodus sess. 25. cap. 13. de reform. soluere tenentur.

2. Monasteria verò, quæ 40. annis citrà à Concilio Tridentino ædificata, & in dies ædificantur, soluere non tenentur, præsupposito, quod sint eius Religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, vt qnartam funeralem non teneantur soluere quemadmodum est Religio Fratrum Minorum, quam ab huiusmodi solutione Nicolaus V. Alexander VI. Iulius III. & alij Pontifices absoluerunt. Miranda in manuale Prælat. q. 48. art. 6. concl. 45. & Rodriq. & ità declaratum fuit à Sacra Congregatione Concilij Tridentini, prout sequitur.

Die 21. Septembris 1591.

3 SAcra Congreg. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum sæpiùs respondit Do-

creto

creto Concilij cap. 13. sess. 25. de reformat. non comprehendi Monasteria ædificata à 40. annis citra, vel quæ in dies ædificantur; præsupposito, quod sint eius Religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, vt quartam funeralem non teneantur soluere Episcopo.

F. Cardinalis Verospius.

Loco † Sigilli.

Franciscus Paulutius S. Congr. Concil. Secretarius.

Hoc idem magis declarauit, & confirmauit Pius Quintus, V. Etsi Mendicant. §. 13. Quarta autem funeralium, de qua sess. 25. cap. 13. nequaquam soluere teneantur Monasteria, quæ à 40. annis citra fundata existunt, postquam Concilium ipsum loquitur tantùm de Monasterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam Quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit, id tantùm ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu legatis, vel alijs, Fratribus ipsis, seu Monialibus huiusmodi relictis, aut aliàs quomodolibet donatis, solui debet, sicque intelligi Concilij Decretum quoad quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi verò non est consuetudo soluendi Quartam huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui debere declaramus. Hinc est, quod iuxta præfatas declarationes, Sacra Congregatio moderatur in controuersijs occurrentibus, circa solutionem Quartæ funeralium.

Reclamatio.

SVMMARIVM.

Quomodo reclamantes, in causa professionis, non sunt audiendi. n. 1.
Si professio alio titulo est inualida, quomodo sunt audiendi, n. 2.
Quando professio est nulla, iure communi possunt reclamare extra quinquennium n. 3.
Reclamatio debet fieri ante depositionem habitus, num. 4.
Religio quomodo potest reclamare contra Religiosum, n. 5.

1 Circa reclamationem obseruandum est, quòd Decretum Sac. Congregat. iussu Vrbani Octaui 1636. editum, quo statuitur, ne prætendentes nullitatem professionis factæ in loco non designato, quoquo modo audiantur, neque intra quinquennium, nisi ab ipsa Sacra Congregatione, non habet locum, nisi in casu professionis inualidæ, ex eo quòd Religiosus fuerit receptus, aut professus in loco non designato, iuxta Decretum Clementis Octaui.

2. Secus si professio fuit inualida alio titulo, nam tunc reclamatio fieri debet coram proprio Superiore, & Ordinario, iuxta Trident. sess. 25. c. 19. Nomine autem Superioris, coram quo reclamare potest nulliter professus, intelligit Trid. proprium Prelatũ Monasterij, in quo ille professionem emisit; Nomiue verò Ordinarij, Ordinarium loci, in quo similiter ille professus est. Barb. de potest. Episç. alleg. 104. num. 12. Par enim

Y est,

est, & vbi causa incepta est, ibi absoluatur.

3. In omnibus casibus, in quibus professio est nulla, iure communi, possunt Regulares reclamare contra eius nullitatem, intrà quinquennium, iuxta Concilium, Si verò est nulla ex speciali iure Religionis, possunt reclamare etiam quinquennio elapso. Peyr. de sub. q. 1. cap. 25. §.4. citans Sanc.7.de matr.disp.37. n. 32. alioqui cogeretur Religio effectos inhabiles per sua Statuta à Papa confirmata retinere, eo quòd esset transactum quinquennium, & sic Decretum fauore Religionis editum, in ipsius detrimentum redundaret, ipsique inhabiles reportarent commodum ex suo delicto.

4. Reclamatio fieri debet ante depositionem habitus, alioqui reclamans, nullatenus est audiendus Trident.sess.25.c. 19.

5. Sicut potest nulliter professus reclamare contra Religionem; ita & Religio contra illum; Dispositum enim in vno relatiuorum, dispositum censetur & in altero; alioqui Religio esset deterioris conditionis, ac est Religiosus. Bordon. apud Pellizar. tract.3.cap 5.quæst. 15. vbi plura ad rem.

Regularis.

SVMMARIVM.

In controuersia Mediolanen. inter Regulares, & Archiepiscopum condita fuere 14. Decreta tangentia.

1. *Expositionem Sanctissimi Sacramenti.*
2. *Eleemosynas in concionibus colligendas.*
3. *Horam concionandi in Ecclesijs Regularium.*

4. Offi

4. *Officia pro defunctis, arbitrio hæredum.*
5. *Quartam funeralium exigendam.*
6. *Defunctorum sepulturam in Ecclesijs Monialium.*
7. *Ritum in celebratione Missarum.*
8. *Licentiam Regularium concionandi.*
9. *Accedendi ad publicas Processiones.*
10. *Trahendi Regulares ad forum contentiosum.*
11. *Iurisdictionem, & electionem Conseruatorum.*
13. *Curam animarum exercentes.*
13. *Confessarios quoad approbationem.*
14. *Promotiones Regularium ad Ordines.*

Decreta Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium pro resolutione Controuersiarum inter Regulares Ciuitatis Mediolani, & eiusdem Archiepiscopum.

PRimò liceat Regularibus in eorum proprijs Ecclesijs, intra septa Monasteriorum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum processionaliter circumferre, & super Altare publicè adorandum exponere ex graui publica, siue priuata causa.

2. Eleemosynæ in Ecclesijs Regularium, & in Concionibus, ad Monasteriornm, Ecclesiarumue suarum commodum collectæ, dispositioni ipsorum liberè remaneant. Quæ verò ad aliorum locorum, seu personarum necessitates subleuandas, ad eorum conciones colligentur, in eos erogentur vsus, eisue distribuantur personis, & locis, quæ Ordinarij iussu, & mandato in con-

 cio-

cionibus commendatę fuerint, ita tamen, quod cogi non possint extraneos commendare.

3. Regularibus Concionatoribus, in eorum proprijs Ecclesijs, cõcionandi horam à quoquam non præscribatur, sed liberum sit eisdem quomodocumque officium prædicationis peragere.

4. Liberum sit hæredibus defuncti vnum, pluraue officia pro defunctis, in Ecclesijs Regulariũ celebrari facere, necnon tot Regularibus eiusdem Conuentus euocare, quot ei videbitur.

5. Parochi à Regularibus, in quorum *Ecclesijs* Parochianum sepeliri contingit, *non plus* portionis, ipsis iure, seu consuetudine debita, quæ Quarta nuncupatur, exigant.

6. Si corpora mortuorum sepelienda in Ecclesijs Monialium Regularibus subiectarum, deferantur, Parochis non liceat corpora ad Ecclesias prædictas deferre, nisi de consensu eiusdem Monasterij Superioris, seu Confessarij, qui tunc præsens aderit. Hæredes autem minimè adstringantur Regulares, quibus Monasterium subest, ad funus euocare.

7. In Missæ Sacrificio is *seruetur* Ritus in omnibus Ecclesijs, etiam Sanctimonialium, qui hucvsque seruari, consueuit, itaut vbi Ambrosianus, non Romano; vbi Romanus, non Ambrosiano Ritu à quoquam celebretur.

8. Licentiam concionandi Regularibus in Ecclesijs, quæ sui Ordinis non erunt, Ordinarius concedat, prout sibi magis expedire videbitur: & Concionator ea obtenta, in Ecclesia sibi assignata, absque vlterioris Rectoris licentia, munus suum liberè exerceat. Qui verò non in particulari Ecclesia, sed liberè concionandi licentiam obtinuerint, in tota Diœcesi, nulla vlteriori licentia petita à Rectoribus liberè concionari valeant;

leant; Rectore verò contradicente, nisi Ordinarius aliud iusserit, non præceditur. Concionatoribus verò approbatis à suis Superioribus, liceat in quibuscumque Ecclesijs in Ordinis concionari, Episcopo non contradicente.

9. Ad publicas processiones tantùm, Regulares ab Ordinario accedere, iuxtà formam Concilij Tridentini compelli possint.

Ad alias verò, quæ Mediolani ab vniuerso Clero sęculari fieri consueuerunt, vt sponte accedant hortentur.

10. Regulares ad forum Ordinarij in causis ciuilibus non trahantur, nisi in casibus à Tridentin. Synodo, Constitutionibusue Pontificijs permissis.

11. In causis Regularium, tam coram Ordinario, quàm coram Conseruatore, aut alio quouis delegato, seruari debeat, tam per Iudices ipsos, Conseruatoresue, quàm Notarios, Constitutio Pontificia, ea de re edita. In reliquis attendatur tenor litterarum Conseruatorialium, ita tamen, vt Conseruatores semel electi, mutari non possint nisi per Capitulum Prouinciale, eorumdemque nomina, infra mensem à die electionis, Ordinarijs indicare debeant, prout à Congregatione Sacr. Concil. Trident. seruandum esse declaratum fuit; Qui denique Conseruatores, cum vti suspecti recusantur, non procedant, nisi ex præscripto Concil. Tridentin. sess. 14. cap. 5. de reform.

12. Curam animarum in Ecclesijs Regularium exercentes, tam Regulares quàm sæculares Ordinarij iurisdictioni subsint, in concernentibus curam animarum, iuxtà formam Concilij Tridentini.

13. Regulares, qui ad Confessiones audien-

das, idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumue Examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè, absque alia limitatione temporis, certorumue locorum, aut generis personarum, admittantur in Diœcesi propria. De cæteris verò, qui non adeò idonei reperiuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquit, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in Domibus proprijs laicorum confessiones, ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confessionis, pro Medico adueniente, relinquere.

14. Ordinarij neminem Regularium ad Ordines promoueant, nisi qui testimoniales litteras sui Superioris, de vita, & moribus obtulerint. Romæ die 2. Iulij 1581.

Fr. Michaël Bonellus Card. Alexandrinus.

Loco † Sigilli.

Extracta ab Originali Mediolani, subscripta, & sigillata per D. Georgium Palearium Secretarium. Die 8. Octobris 1589. In *Collect.* Decretorum p. 2. fol. 54.

Sacra Scriptura.

SVMMARIVM.

In principalioribus Conuentibus habeatur lectio Theologiæ moralis. n. 1.

In Ecclesijs, diebus Dominicis, habeatur lectio Sacræ Scricturæ. n. 2.

1 CVm studia sacratum litterarum Ecclesiæ Dei, & Religioni nostræ ornamento, & com-

& commodo ſemper extiterint, decernimus, vt in principalioribus Prouinciarum Conuentibus, ſit lectio Theologiæ moralis, qua caſus cõſcientiæ doceantur, ad quam omnes Sacerdotes, hora ſignificanda, conuenire debeant, ita vt ſaltem bis in hebdomada lectio habeatur, & caſus proponantur.

2. In Eccleſijs quoque Conuentuum noſtrorum, vbi frequens eſt populi concurſus, diebus Dominicis, & feſtis per annum lectio Sacræ Scripturæ habeatur. In Conſtitutionibus Generalibus c. 5. pag. 89. n. 4.

Secretarius.

SVMMARIVM.

Secretarij Generales Ordinis ſuffragari debent in Commitijs Generalibus reſpectiuè, n. 1.

Remanent Patres Prouinciæ, expleto officio, non poſſunt promoueri ad Generalatum, niſi poſt ſexdecim annos. n. 1.

Secretarij Curiæ, & Prouinciarum, dum actu exercent, quibus præcedant. n. 3.

1 SEcretarij Generales Ordinis dum actualiter officium exercent, in omnibus Capitulis, & Congregationibus Generalibus reſpectiuè ſuffragium facere debent, nempe Ciſmontanus tanquam Terræ Sanctæ Procuſtos; Vltramontanus verò tamquam Prouinciæ Daniæ Miniſter, iuxta diſpoſitionem ſtatutorum Valliſolet. 1593. Toletan. 1633. Congregat. General. Valliſol. 1661.

2. Expleto officio, remanent Patres Prouinciæ. In Conſtitut. Ordinis cap. 8. §. 40. pag. 201.

num.4.Non possunt promoueri ad Generalatum nisi post sexdecim annos, à sua ab ipso Secretarij officio absolutione computandos, iuxta Breue Vrbani Papæ Octaui, Aliàs &c. Die 16. Septembris 1631. In Collectan.p.2.fol. 69.

3. Secretarij Procuratoris, & Commissarij Curiæ Romanæ dum actu intersunt, precedunt post Lectores Theologos, & Prædicatores clarissimos, quo tempore, vel loco actu legunt, vel predicant. Post hos præcedunt Secretarij Prouinciarum actuales in proprijs Prouincijs.

In Constitut. Ordinis cap. 8. pag. 219. num. 12. & 13.

Sepultura.

SVMMARIVM.

Sepeliri in locis Religiosis melius est, quàm alibi, & quare. n. 1.

Ad amputandas extorsiones excessiuas Vrban. Oct. mandauit, ne Parochi plus percipere possint in sepulturis, quæ fiunt in Ecclesijs Regularium, quàm in eis, qui fiunt in proprijs, num. 2.

Breue pro obseruantia Decretorum ad sepulturam pertinentium. n. 3.

1 SEpeliri in locis Religiosis melius est, quam alibi, quia frequentius ibi Diuina celebrantur. Gl. frequentius, in cap. fraternitatem de sepulturis.

2. Ad amputandas extorsiones excessiuas: quæ in dies fiunt à diuersis Parochis, pro impedienda libertate electionis sepulturæ in Ecclesijs Regu-

gularium, Vrban. Oct. mandauit, ne Parochi plus percipere possint in sepulturis, quæ fiunt in Ecclesijs Regularium, quàm eis, quæ fiunt in proprijs, prout in V. Parochus.

3 Fel. mem. Alex. Papa VII. obseruari mandauit Decreta ad sepulturam pertinentia, prout sequitur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs pro parte dilecti filij Antonij Francisci Tholo, & Pirella Procuratoris Prouinciæ Sancti Saturnini Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Sardinia congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod dilecti pariter filij Canonici, & Beneficiati Metropolitanæ Ecclesiæ Calaritanæ die 11. Augusti 1659. Conuentum S. Mauri violenter ingressi fuerunt ad officiandum in illa Ecclesia contra Decreta diuersarum Congregationum eiusdem S.R.E. Cardinalium, tenoris, qui sequitur, videlicet. Sacra Rituum Congregatio, iuxta aliàs resoluta, respondit officium super cadaueribus in Ecclesijs Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in posterum seruari mandauit, non obstante contraria consuetudine. Die 27. Nouembris 1638.

C. Episcopus Portuen. Card. Pius. Iulius Cinc. Sec.
Loco † Sigilli.

Necnon Sacra Congregatio Cardinalium negocijs Episcoporũ, & Regulariũ præposita censuit

defunctorum cadauera in Ecclesijs dictorum Fratrum sepelienda ab ædibus defunctorum ad eorumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè posse, monito tamen priùs, & requisito, ac expectato proprio Defunctorum Parocho, à quo benedictionem, & vltimum vale recipere possent, quo venire expresè recusante possint ijdem Fratres etiam ipso inuito dicta cadauera ad suas Ecclesias transportare, consanguinei verò talium defunctorum illis parentare in Parochialibus, & alijs Presbyterorum etiam Cathedralibus Ecclesijs nullo modo possint. *Si quæ* verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, & interim præsens Decretum ad vnguem seruetur, prout eadem Sacra Congregatio seruari mandauit. Romæ die 14. ..... 1639.

Card. Antonius Barberinus. C. Fachinett.
Loco † Sigilli.

Necnon Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, quoties cadauera defunctorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur officia mortuorum, & reliqua, quæ in huiusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neq; à Clero, sed à Fratribus obiri, & peragi debere.

H. B. Cardinalis.
Franciscus Paulutius Sac. Congr. Concil. Secret.
Loco † Sigilli.

Necnon Sac. Rituum Congreg. iuxta alias resoluta respondit electionem, & numerum Religiosorum pro associandis cadaueribus ad libitum heredum defunctorũ spectare, & pertinere, & ita vbiq; seruari debere, declarauit die 14. Ian. 1640.

P. Card. Cresent. Iulius Cincius Secret.
Loco † Sigilli.

Quod-

Quodque in obseruantia Decretorum præinsertorum, & literarum Apostolicarũ die 29. Augusti eiusdem anni 1649. emanatarum Fratres Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Iesu noluerunt permittere, vt Capitulum prædictæ Ecclesiæ Calaritanæ dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Iesu ingrederetur, ipsum verò Capitulum, & Beneficiati cadauer quoddam inde abripuerant, & ad Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ tulerant. Et in eadem expositione subiuncto, quòd præfata Decretis præinsertis aduersentur, ideoque primo dictæ Cardinalium Congregationi supplicato, vt decerneret cadauer huiusmodi restitui, & dicta Decreta obseruari, ac si fortè Canonici quoad secundùm Decretum immemorabilem consuetudinem prætenderent, hoc nihil obstare nisi legitimè probetur: emanauit ab eadem Congregatione Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium pręposita attentis narratis, reque partibus, tam verbo, quàm scripto informantibus auditis Eminentissimo Sanctacrucio referente diligenter, ac maturè examinata, & discussa censuit cadauer, de quo agitur, restituendum esse, prout vna cum funerali pompa restitui mandat, & præcipit Ecclesiæ S. Mariæ Iesu Fratrum Minorum Obseru. S. Francisci.

Nec Capitulo, & Clero Metropolitanæ Ecclesiæ Calaritanæ funeralia in dicta Ecclesia S. Mariæ, neque in S. Mauri eorumdem Fratrum exercere, & celebrare super defunctorum ibidem sepelienda cadauera licere, reseruato tamen iure eidem Capitulo, & Clero probandi prætensam im-

memorabilem, & ita declarauit, prout præsentiũ tenore declarat, & decernit in contrarium allatis minimè obstantibus. Romæ 12. Martij 1660.

M. Card. Ginettus.

Cum autem sicut dictus Antonius Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum proximè insertum pro firmiori illius subsistentia, & obseruatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret.

Nos ipsum Antonium Franciscum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Decretum præinsertum.

Die 11. Martij proximè præteriti emanatum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus.

Salua semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ.

Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectu sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctorita-

te

te ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſ. ſub Annulo Piſcatoris, die 30. April. 1660. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

S. Vgolinus.

Serui Dei.

SAcra Rituum Congregatio ſtatuit modum ſeruandum in recipiendis informationibus pro cauſis Beatificationum, & Canonizationum ſeruorum Dei.

Vide V. Beatificatio.

Sollicitare.

SVMMARIVM.

Confeſſarij ſollicitantes, reuelandi ſunt Sancto officio, num. 1.

Pœnitentes ſollicitati renuentes reuelare, non ſunt abſoluendi, num. 2.

Nomine ſollicitationis, quid intelligatur, n. 3.

Si pœnitens ſollicitauerit Confeſſarium, quid agendum, num. 4.

Si pœnitens ſollicitatus conſenſerit, quomodo reuelare debet, n. 5.

Quare non dicatur ſocius criminis, n. 6.

Sacerdos ſollicitans, quamuis non approbatus ad confeſſionem, eſt denunciandus, n. 7.

Con-

Confessarius tenetur scire obligationem huius Bullæ, num.8.
Confessarius sollicitans, potest absolui à quocumque, num.9.
In quibus casibus sollicitati non tenentur denunciare, num.10.

SOllicitare. Contra Confessarios sollicitantes pœnitentes in Confessionibus adest grauissima Constitutio Gregor. XV. incipit. Vniuersi Dominici gregis. 1622. & habetur 4. tom. Bullarij Romani, inter Bullas huius Pontificis. Cuius obseruantia consistit in paucis benè intellectis, sed quia plerique, aut non intelligunt, aut nolunt illam intelligere, ideò Prouinciales Ministri, in actu Visitationis, debent esse memores obligationis, quam habent admonendi Confessarios pro obseruantia præfatæ Bullæ zelando honorem Dei, & propriæ Religionis; Eapropter operę pretium duxi illam in compendium redigere pro maiori commoditate eorumdem Prouincialium, & legentium.

1 Omnes igitur Confessarij sollicitantes in confessione suos pœnitentes, siue masculos, siue fœminas ad actus turpes, & inhonestos sacrilegè peccant, & sunt ab ipsis pœnitentis reuelandi Sancto Officio, vel Ordinario loci, & debent aduertere quòd non possunt sollicitati credere Confessarios sollicitantes esse fraternè corrigibiles, aut emendatos, cùm sint de hæresi suspecti, propterea tenentur illos ante quamcunque monitionem, seu correctionem Sancto Officio Inquisitionis denunciare, iuxta Decretum. Licet alias emanatum die 8. Iulij 1660.

2 Renuentes verò huiusmodi pœnitentes sollicitati denunciare, non debent absolui, nisi vel

per

per se, vel per alios reuelent; Immò etiam incidunt in excommunicationem propter edicta Inquisitorum.

3 Nomine sollicitationis, post Bullam præfati Gregor. XV. intelligitur non solùm si Confessarius in actu confessionis Sacramentalis prouocet, alliciat, & excitet pœnitentem ad actus inhonestos, & ab ipso tale aliquid petat, aut tentet, aut procuret siue tunc exercendum, siue absoluta confessione, siue cum ipso Confessario, siue cum alijs, sed etiam si Confessarius ante, vel post confessionem immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis, etiam ipsa confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque, vbi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessiones audiendas electo, simulans ibidem confessionem audire, sollicitare, vel prouocare tentauerit pœnitentes, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerit. In his ergo omnibus casibus sunt reuelandi Confessarij, nec excusantur paruitate materiæ.

4 Tenentur pœnitentes reuelare Confessarios sollicitantes, etiamsi ipsi pœnitentes fuerint primi in miscendis sermonibus inhonestis, aut confessarios sollicitauerint, dummodò confessarij consenserint, & habuerint inhonestos sermones, nam in Bulla prædicta constat sufficere ad hanc denunciationem, si confessarius habuerit cum pœnitente illicitos sermones, & inhonestos, aut tractatus, nec excipitur casus, in quo ipsi non fuerint primi, sed satis est si inhonestos sermones habuerint.

5 Si pœnitentes sollicitati consenserint turpi petitioni, tenentur denunciare confessarium, & tacere suum consensum, aut peccatum, nam etsi illud

illud dicant, non recipitur ab Inquisitoribus, igitur satis erit dicere, se fuisse sollicitatos, aut confessarium habuisse cum ipsis turpes, & inhonestos sermones: In quo etiam casu, nec ipsi Confessarij admittuntur, si alienum consensum reuelare voluerint.

6 Nec dici potest, quod mulier consentiens non teneatur denunciare, cum sit socia criminis, quamuis enim ipsa consentiens peccet simul cum Confessario, atque adeò dici possit socia criminis materialiter, non est tamen socia, prout hoc crimen, per Decreta Pontificum pertinet ad Sanctum Officium, nàm solùm pertinet ex parte confessarij tantum, & vt habet rationem sollicitationis ex parte ipsius: quo pacto mulier nullo modo est socia, & propterea si Confessarius velit reuelare consensum pœnitentis, non admittitur, vt dixi.

7 Est etiam reuelandus Sacerdos, qui licet non sit Confessarius, fingit tamen se esse Confessarium, & sollicitat modo prædicto, nam omnis Sacerdos est Confessarius pro venialibus.

8 Omnes Confessarij tenentur scire obligationem, quàm habent sub mortali monendi suos pœnitentes, vt si ab aliquo Confessario sollicitati fuerint, denuncient sollicitatorem.

9 Confessarij sollicitantes possunt absolui per Sacramentum pœnitentiæ ab hoc delicto à quolibet ordinario Confessario, non enim est casus reseruatus in Iure.

10 Demum possunt excusari pœnitentes sollicitati ab hac denunciatione facienda propter impotentiam, qua cessante, redibit obligatio denunciandi, ac standum erit iudicio prudentis, & docti Confessarij.

Sub-

Subrogatio.

SVMMARIVM.

Sac. Congreg. Visit. Apostolica declarat Constitutiones Ord. de subrogatione obseruari debere. num. 1.

Subrogatio, quoad Patres Prouinciæ, num. 2.

Subrogatio, quoad Diffinitores Generales, num. 3.

Subrogatio quoad Diffinitores Prouinciales, num 4.

1 ATtenta reuocatione Priuilegiorum Patrum Prouinciæ Minorum Regularis Obseruantiæ S. Francisci, facta à Clemente Papa Oct. incip. Seraphicum Ordinem. 10. Aprilis 1600. Dubitans Ordinis Protector, ne Constitutiones de subrogatione, peractæ in Capitulo Generali præterito Romano de anno 1600. concordarent, immò contrariarentur præfatæ Constitutioni Apostolicæ; Hinc est, quòd porrecto libello Commissario Curiæ Sac. Congregationi Visitationi Apostolicæ, eadem Sac. Congregatio declarando, censuit Decretum non obstare, quin præfatę Constitutiones Ordinis de subrogatione locum habeant. Die 21. Iunij 1602.

Accarisius Visit. & Reformat. Apost. Prosecr.

In Regesto Regul. fol. 25.

Subro-

Subrogatus quoad Patres Prouincia.

2 PRouinciæ Patres, propriè, & rigorosè sunt, qui fuerunt Prouinciales qui biennio fuerunt Prouinciales Vicarij, Procuratores, & Commissarij Romanæ Curię, Definitores Generales, Guardiani Hierusalem, Secretarij Generales Ordinis, qui per triennium seruierunt Superioribus Generalibus, Canonicè electis, Lectores Iubilati, necnon Definitores, & Custodes actuales in suis Prouincijs. Hi omnes sunt propriè Patres Prouinciæ cum titulis, honoribus, & priuilegijs Patrum cum iure subrogandi, qui debent obseruare inter se ordinem, & præcedentiam, iuxta disposita in Constitutionibus Generalibus Ord. cap. 8. pag. 201. n. 4.

Subrogatio quoad Definitores Generales.

3 SI contingat aliquem ex Definitoribus Generalibus vita, vel officio defungi, loco ipsius subrogetur alius ex eadem natione ex his, qui fuerunt Procuratores, vel Commissarij Romanæ Curiæ, vel Definitores Generales, seruata ad inuicem antiquitate, qui vocem habeat in Prouincia sua, & in Comitijs Generalibus; Si verò nullus talis fuerit, subrogetur Minister, seu Vicarius Prouincialis Prouincię, ex qua erat Definitor defunctus. In Constitutionibus Ordinis. c 8 pag. 178. n. 13.

Si verò in vacantia Definitoris Generalis contingat, quòd in Prouincia propria sit Exdefinitor Generalis, & extra Prouinciam, sit alius antiquior in iure subrogandi, iste antiquior præferendus est propter præcedentiam, dummodo sit

eius-

eiusdem Nationis. Ibidem numero 14.

Insuper in casu vacantiæ Definitoris Generalis de Obseruantia debet semper subrogari Pater dignior nationis de Obseruantia, Pro Reformatis autem, non subrogentur nisi Reformati, seruato semper iure nationis, prout sancitum fuit in congressu Generali Discretorum, & Patrum Ordinis Romæ peracto in Conuentu S. Francisci Transtyberim. Die 17. Nouembris 1649. In Regesto P. Procuratoris Reform. fol. 113.

Eapropter aduertendum est, quòd tota Familia Cismontana diuiditur in tres Nationes, nam Prouinciæ Lombardiæ vnà cum Prouincia Romana constituunt vnam Nationem, Prouinciæ vtriusque Regni Neapolis, & Siciliæ, alteram. Prouinciæ Vltramontanæ constituunt tertiam Nationem; Igitur seruato semper iure Nationis facienda est subrogatio.

Quoad subrogationes Definitorum Generalium, quæ debent fieri ob absentiam actualium Definitorum in Capitulo Generali, Declaramus, & præcipimus (iuxta Constitutiones Romanas) quòd illa subrogatio non est facienda ad arbitrium vniuscuiusque extra Generale Capitulũ, in Natione, vel Prouincia Definitoris Generalis, ire non valentis, sed in ipso Generali Capitulo fieri debet, vbi noscitur vacare munus Definitoris, ex Vocalibus præsentibus, qui iure Vocalium conuenerunt; Intra Prouincias enim, vel intra Nationes, subrogationes fiunt Definitorum, tam Generalium, quàm Prouincialium, per veras vacantias officiorum dumtaxat, non tamen per absentias. Ibid. pag. 179. num. 15. Itaque quicumque Exdefinitor Generalis tentauerit deinceps venire ad Capitulum Generale, prætextu subrogationis Definitoris Generalis

actualis, non venientis aut spe affectatæ subrogationis consequendæ, excludatur à Capitulo, tanquam illegitimus Vocalis, perdat ius subrogationis per vnum annum, & puniatur pœnis Decretis contra illos,qui discedunt à Prouincia, sine licentia Superiorum. Ibid.n.17.

In substitutione igitur Definitorum Generalium absentium hic ordo seruandus est, quòd primo substituatur, qui fuerit Procurator, aut Commissarius Romanæ Curiæ: Exdefinitor Generalis nationis, si contingat ibi actu adesse, vt Vocalis: Si isti absint, substituatur Minister, aut Vicarius, aut Commissarius Prouincialis Prouinciæ, ex qua est Definitor absens: Si verò isti absint,Custos eiusdem Prouinciȩ debet substitui per præsentem Constit. Ibidem pag. 179. nu.18. Custos subrogatus in Capitulo Generali, loco Definitoris Generalis absentis suæ Prouinciæ, gaudeat prærogatiuis Patrum,quoad Paternitatem,& præcedentiam dumtaxat, non verò quoad ius subrogationis,quod habent,qui fuerunt Prouinciales, & alij Patres, Ibid.pag.180.n.19.

Declarat Capitulum Generale,quòd subrogatio semper debeatur digniori, dummodò Pater subrogandus, non sit perpetuò impeditus, pro vtraque familia.Rom.1664.

Subrogatio quoad Definitores Prouinciales.

4 IN absentia Definitoris legitimè impediti, dignior Pater sudrogetur; etiamsi sit actu Guardianus, qui huiusmodi Guardianatus munus exercebit vsq; ad nouam electionem Guardianorum Congregationis intermediæ immediatæ, vel Capituli Prouincialis.Et si nullus fuerit

rit Pater ex supradictis, subrogari debent Excustodes,& Exdefinitores etiam inter Reformatos, & illis deficientibus, subrogetur Guardianus principalioris Conuentus Prouinciæ. Rom. 1642.Sac.Congr.Episcoporum, & Regularium 1655.Tolet.1658.in Constitut. Ord. cap.8.§.39. pag.197.nu.2.

Si præsentia alicuius ex Definitoribus, infra octo dies haberi non possit, vel si Definitor aliquis moriatur, vel officium quocumque modo vacauerit, fiat semper subrogatio in persona Patris dignioris, dummodo, à præcedenti subrogatione,per biennium vacauerit.Subrogatus autem si per biennium integrum in officio perstiterit in sequenti Capitulo Definitor eligi non possit.Ad tollendas autem æquiuocationes, deciaratur, quòd subrogatio Definitoris propriè sit, in casu realis vacantiæ:In absentia tamen,non dicitur propriè subrogatio, sed substitutio. Ibid.n.3.

Lectores iubilati; quamuis non asumantur per electionem, tamen iure Iubilationis poterunt subrogari. Ibidem pag.198.n....

Ad subrogandum in vacantijs non est attendendum ad annos vacationis,subrogari enim potest,quin sit impletum tempus vacantiæ,ad præscriptum Constitutionum Ordinis. Ibidem pag. 212.n.11.

Quando quatuor Definitores præsentes possunt omnes adesse electionibus, & aliqui nolunt conuenire sub aliquo prętextu Sac.Congregatio Episcoporum, & Regularium in vna Mediolan. pro Reformatis strictioris Obseruantiæ, censuit casum propositum non comprehendi sub dispositione Constitutionum Reformatorum cap.8.n. 51. quoad prætensam subrogationem. Die 6. Augusti 1655. Et ideò nullam fieri debre subrogatio-

gationem, sed procedere ad electionem, prout actum fuit in illa Prouincia.

In Reg. fol. 197.

Syndicus, siue Procurator.

SVMMARIVM.

Gaudent priuilegio exemptionis fori, & solum conueniri possunt coram Iudicibus Conseruatoribus, num. 3.

Quod quidem priuilegium confirmatur per Decreta Sacrarum Congregationum, n. 2.

Vni tantùm Procuratori pro quolibet Conuentu extenditur priuilegium, n 3.

De modo, quo Fratres, & Superiores cum Procuratoribus se habere debent. n. 4.

2 SYndici, & Procuratores Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ sancti Francisci, ac Monialium Sanctæ Claræ gaudent priuilegio exemptionis fori, & solùm conueniri possunt coram Iudicibus Conseruatoribus illorum Conuentuum; quorum Syndici, aut Procuratores fuerint ex concessione Clementis Papæ Septimi. Dum consideramus, &c. quod quidem priuilegium adamussim obseruatur in statu Ecclesiastico, prout conspicitur in folio, in Typographia Reuerendæ Cam. Apostolicę Romę impresso, vnà cum tribus Decretis, pro Obseruantia Bullæ, relatis etiam in compendio Turani, quibus addo respor sionem sequentem, videlicet.

Foris.

All'Illustre, e molto Reuerendo come Fratello il Sig. Gouernatore di Campagna.

Frosinone.

Intus.

Illustre, e Molto Reuerendo come fratello.

2 MEntre nella deputatione del Sindico del Conuento di S.Francesco di Sezze, fatta in persona di Leonardo Neri, si sia seruata la forma della Bolla di Clemente Settimo, V.S. farà, ch'egli goda del priuilegio, e non sia astretto all'esercitio della carica di Depositaria per la quale è stato imbossolato in quella Terra, e Dio la prosperi. Roma 7.Luglio 1660.

Come fratello

F. Card. Chigi.

Cesare Rasponi Secr.

In Regesto fol.372.

3. Verum tamen obseruare debent Superiores, quòd Bulla concedit Priuilegia fori, vni tantum Procuratori illius loci, in cuius Territorio situs est Conuentus, & non alijs diuisorum locorum, quamuis nominentur Procuratores Fratrum, quod obseruari mandauit prædicta Congregatio de Bono Regimine die 27. Nou. 1650. Eapropter non debent concedere Patentes Procuræ cum Priuilegio fori pluribus Benefactoribus pro eodem Conuentu, cum sit contra mentem Bullæ, & Priuilegij.

Te

De modo, quo Fratres, & Superiores cum Procuratoribus se habere debent.

FRatrum Procuratores, siue Syndici, cum ad recipiendas, & expendendas pecunias, pro eis depositas, & deputatas, non ipsorum Fratrum, sed Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate instituantur, nullo modo interposita persona, aut esse, aut dici possunt, nam interposita persona dicitur, quæ priuata Fratrum auctoritate, siue temeritate potius instituitur, ideò in receptione, & dispẽsatione cuiuslibet eleemosynæ pecuniariæ, Procuratoris huiusmodi operà vti, non est contra puritatem Regulæ, sed magis secundùm puriorem eius obseruantiam.

Verumtamen vt ipsorum Procuratorum opera, Fratres, eorumque Superiores licita, & tuta conscientia vti possint, & valeant, hæc exactè, & diligenter seruanda sunt.

In primis Procuratores admoneri debent, quòd omnis eleemosyna pecuniaria, oblata, procurata, vel relicta Fratribus, quoad proprietatem, & dominium ad Sanctam Romanam Ecclesiam, pertinet, vel donec in vsus Fratrum consumpta non fuerit, ad donatores ipsos.

Secundò, quòd eam custodire debent, vt cum necesse fuerit, iuxta dantium, vel Ecclesiæ expressam, aut interpretatam voluntatem, in fratrum necessitates expendant, quas Superiori significauerit: Caueant tamen Superiores, ne tanquam Domini pecunias expendi præcipiant, sed vt pauperes eleemosynam petentes, Syndicos rogẽt, vt expositis necessitatibus succurrere velint.

Tertiò,

Tertiò, quod etiam de rebus, quas vendi, & commutari opportuerit, & pretium in necessitate Fratrum de voluntate Superiorum conuerti, id nomine dantium, vel Sedis Apostolicæ faciant.

Quartò si contingat, ad subleuandum fratrum necessitatem Conuentus debitis grauari, de eleemosynis, quæ fratribus aduenerint, debita ipsa soluere, & creditoribus satisfacere poterunt.

Quintò non existentibus apud Syndicos eleemosynis si cogantur Fratres debita soluere, rogentur Procuratores, vt tamquam amici spirituales, ea soluere velint, suas pecunias ex futuris eleemosynis recepturi quamuis Fratres, nec mutuum accipere, nec debita ciuili obligatione contrahere possint; attamen dicere eis poterunt, quod de congestis eleemosynis soluere, & satisfacere conabuntur.

Demum caueant Fratres, ne computum iuridicum, tanquam Domini, à Procuratoribus exigant, sed tantummodò ad experiẽdam fidelitatem ipsorum, ad quam exhortandi, sunt valeant cum eis computum naturalem facere: vnde necessitas Fratrum possit etiam manifestè constare. In Constitutionibus Generalibus Ordinis cap.4. §.2.pag.83.

Tertiariæ.

SVMMARIVM.

Confessarij Regulares, nisi sint admissi ad audiendas sæcularium Confessiones, non possunt audire Tertiarias. n.1.

Gaudent priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, & sunt exemptæ à Iurisdictione ordinarij, n.2.

Sepeliri debent in communi sepultura Tertiariorum, sin minus in Parochialis Ecclesia, num.3.

Superiores ad huiusmodi habitum mulieres recipere possunt, cum conditionibus requisitis, numer.4.

Tertiariæ non debent deferre velum super caput, nec pastorale, vulgò sottogola, n.5.

Tertiariæ collegialiter viuentes non tenentur supradictis Decretis, n.6.

Tertiariæ Comam nutrire nequeunt, n.7.

Fratres Capuccini quomodo Tertiarias admittere possunt, n.8.

Decretum super statu Mulierum Tertij Ordinis in priuatis Domibus degentium, illarumque admissione, ac ab Ordinario exemptione.

SAcra Cōgregatio Cardinalium, negotijs Episcoporum, & Regularium præposita, ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium super immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in domibus priuatis degunt, vulgò Bizzoche, seu alio quouis nomine nuncupatarum. In primis, & ante omnia in memoriam reuocat ea, quæ S.Congreg.Card. Conc. Trid. Interpretum in eandem sententiam respondit, videlicet.

1. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum sæpius respondit minimè posse Sacerdos Regulares Mulierum Tertij

Ordinis, quas de pœnitentia, vel Bizzocas vocant, Confessiones Sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, quemadmodum, nec posse illis Sacrosanctum Eucharistię Sacramentum administrare in die Paschatis Resurrectionis Sãctiss. Domini Nostri Iesu Christi.

2. Verùm quoad sepulturam, atque alia priuilegia, Fratres Tertiarios mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes, ita demum ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum assumpserunt Priuilegijs potiri, & ab Ordinarij Iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum Claustralibus habitent, mulieres Virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur Constit. Concil. Lateranen. sub Leone Decimo, quæ habetur sess. 21. in fine, Hoc autem voto mulierum alia duo, scilicet Paupertatis, & Obedientiæ nequaquam includi, quinimò huiusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cælibem simpliciter, expresseque vouerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes, supradictis priuilegis Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij Iurisdictione frui debere, vt idem Leo postea declarauit constitutione edito die prima Martij 1518. An autem prædictæ qualitates in huiusmodi Tertiarijs concurrant Ordinarij loci esse iudicium.

3. Prætereà si contingat aliquas ex prædictis Tertiarijs sine sepulturæ electione decedere, eas sic decedẽtes ita demum in Ecclesijs Ordinis, cuius habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur; sin minus in Eccle-

sijs Parochialibus sepeliendas esse decernit.

4. Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis (Capuccinis exceptis) liberè mulieres ad huiusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere: Non autem ad habitum admittendas, & recipiendas esse, nisi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque ætate saltem quadraginta annorum constitutas, quæ de proprio habeant, vndè sufficienter viuere possint, & non cum alijs viris, quàm cum consanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu sibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci, licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi de prædictis preuio examine diligenti sibi constiterit.

5. Verùm in huiusmodi habitu concedendo, & respectiuè deferendo omninò à velo supra caput, quod supriectum vocant, & à pectorali, quod vulgò dicitur, sottogola, & à patientia abstinendum esse, quinimò eas, quæ supradicta tria, vel aliquod ipsorum deferre depræhensæ fuerint, illa dimittere, etiam per censuras Ecclesiasticas ab Ordinarijs locorum compellendas esse decernit.

6. Supradictis verò Decretis mulieres Tertij Ordinis, quæ collegialiter viuunt non comprehendi, quinimò eas dispositioni Constitutionis Pij Quinti editæ Romæ anno 1566. 4 Kalend. Iulij, quæ incipit, Cura Pastoralis, &c. penitus subiacere expresè declarant. Non obstan. quibuscunque in contrarium facientibus. Dat. Romæ 20. Decembris 1616.

Antonius Card. Saulius.
Loco † Sigilli.

V. Theatin. Secr.

7. To-

7. Tolerari non debet, quòd Tertiariæ, licet domi viuentes, coram nutriant, cum habitus indecentia, & scandalo populi, ita mandauit Sacra Congreg. Episcop. & Regularium. Die 4. Augusti 1625. Otranto, Floscul. Nicol. verbo Tertiariæ, n. 9. & 10.

8. Cum alias à Sacra Congregatione Episcop. & Regular. Decretum emanauerit super habitu, qualitatibus Tertiariarum (prout supra n. 4.) in quo inter alia cauebatur, vt Superioribus Regularibus, sufficienti facultate, ad id ab hac Sancta Sede suffulti (Capuccinis exceptis) mulieres, alias iuxtà idem Decretum qualificatas, ad Tertiariarum habitum recipere liceret.

Verùm quia Capuccini auctoritate ab hac Sãcta Sede, eorum Religioni concessa, priuari, ac propterea in inuidiam apud bonos trahi, conquerebantur, Illustrissimi eiusdem Sacrę Congregationis Patres, eisdem Capuccinis, priuilegijs circa præmissa eis quomodolibet competentibus, vti, & frui licere, Decreto huiusmodi non obstante, censuerunt; Dummodò mulieres ad Tertiariarum Capuccinarum habitum admittendæ, ad formalem materialemque eiusdem Religionis habitum, & seruato in reliquis omnibus eodem Decreto, admittantur. Die 31. Ianuarij 1620. Flosc. Nicolij, vbi supra, & in Regesto huius Sac. Congreg. fol. 383.

Tertiarij.

SVMMARIVM.

Viuentes in Congregatione sunt verè Religiosi, & fruuntur priuilegijs Fratrum Minorum, n. 1.

Tertiarij viuentes in proprijs domibus non sunt verè Religiosi, nec gaudent priuilegijs, num.2.

Fruuntur tamen Indulgentijs Chordigeris concessis, & alijs bonis spiritualibus Ordinis Minorum, n.3.

Tertiarii Conuentuum dummodo emittant Professionem, gaudent priuilegiis Fratrum Minorum. Formula professinis eorumdem, nu.4.

1 HViusmodi Tertiarij sunt in duplici differentia, nam alij sunt in Congregatione viuentes, suntque verè, & propriè Religiosi, tria vota essentialia profitentes, & gaudent omni exemptione à iurisdictione Ecclesiastica, fruunturque omnibus gratijs, & priuilegijs ipsorum Fratrum Minorum per Bullas Pij V. & Gregor. XIII. Hieron. Rodr. V. Tertiarij n.1. resol.136.

2. Alij Verò Tertiarij sunt, qui viuunt extra Congregationem in suis proprijs domibus, & hi non sunt verè, & propriè Religiosi, vtpotè qui non emittunt tria vota essentialia, eorum tamen Institutum potest dici Ordo, seu quidam modus bene viuendi, ab Ecclesia approbatus, Huius Tertij Ordinis auctor, & Institutor fuit B. Franciscus qui licet eius fratribus aliquam certam Regulam non tradiderit, aliquas tamen leges circa conuersationem vtriusque hominis eis præfixit, quas in vnum collectas, & moderatas, ac in formam Regulæ redactas, obseruandas redidit, & confirmauit Nicolaus IV & approbarunt alij Pontifices, Rodr. ibid.

3. Huiusmodi Tertiarij extra Claustra viuentes, reputantur pro merè sæcularibus subditi in omnibus potestati sæculari, & Ecclesiasticæ, vt constat ex Constitutione Leonis X. in Concilio La-

Lateranensi, & non gaudent priuilegijs Fratrum Minorum, nec priuilegio Canonis, si quis suadente. Sed tantum de Indulgentijs Chordigeris concessis à Paulo V. & de alijs bonis spiritualibus totius Ordinis Minorum. Si habent sepulturam communem pro huiusmodi Tertiarijs vtriusque sexus, ibi sepeliendi sunt, aliàs in Parochiali, sicut cæteri sæculares, prout in præfato Decreto num. 3. decisum est.

4 Demum ex Decreto Concilij Lateranen. sub Leone X. supra relato, & ex Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium Tertiarij viuentes, seruientes, & habitantes cum claustralibus gaudent eorum priuilegijs dummodò professionem emittant, Cuius formula est.

IO Frà N. faccio voto, e prometto à Dio Onnipotente, & alla B. Vergine Maria, & al Beato Francesco, & à tutti i Santi, & à Voi Padre tutto il tempo della mia vita osseruare la Regola de' Frati di Penitenza, dalla Santità di Papa Nicolò IV. confermata, osseruando tutti i Comandamenti Diuini, e sodisfacendo alle trasgressioni, che contro questo modo di viuere commetterò, ogni volta, che per ciò sarò dimandato dal mio Visitatore.

All'hora quello, che lo riceue dica.

ET io, se questo osseruerai, da parte di Dio, Onnipotente, ti prometto vita eterna. Amen.

Reliqua, quę pertinent ad sepulturam Tertiariorum, vide supra V. Exequiæ, n. 6.

actualis, non venientis aut spe affectatæ subrogationis consequendæ, excludatur à Capitulo, tanquam illegitimus Vocalis, perdat ius subrogationis per vnum annum, & puniatur pœnis Decretis contra illos, qui discedunt à Prouincia, sine licentia Superiorum. Ibid. n. 17.

In substitutione igitur Definitorum Generalium absentium hic ordo seruandus est, quòd primo substituatur, qui fuerit Procurator, aut Commissarius Romanæ Curiæ: Exdefinitor Generalis nationis, si contingat ibi actu adesse, vt Vocalis: Si isti absint, substituatur Minister, aut Vicarius, aut Commissarius Prouincialis Prouinciæ, ex qua est Definitor absens: Si verò isti absint, Custos eiusdem Prouinciȩ debet substitui per præsentem Constit. Ibidem pag. 179. nu. 18. Custos subrogatus in Capitulo Generali, loco Definitoris Generalis absentis suæ Prouinciæ, gaudeat prærogatiuis Patrum, quoad Paternitatem, & præcedentiam dumtaxat, non verò quoad ius subrogationis, quod habent, qui fuerunt Prouinciales, & alij Patres, Ibid. pag. 180. n. 19.

Declarat Capitulum Generale, quòd subrogatio semper debeatur digniori, dummodò Pater subrogandus, non sit perpetuò impeditus, pro vtraque familia. Rom. 1664.

Subrogatio quoad Definitores Prouinciales.

4 IN absentia Definitoris legitimè impediti, dignior Pater sudrogetur; etiamsi sit actu Guardianus, qui huiusmodi Guardianatus munus exercebit vsq; ad nouam electionem Guardianorum Congregationis intermediæ immediatæ, vel Capituli Prouincialis. Et si nullus fuerit

rit Pater ex supradictis, subrogari debent Excustodes, & Exdefinitores etiam inter Reformatos, & illis deficientibus, subrogetur Guardianus principalioris Conuentus Prouinciæ. Rom. 1642. Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium 1655. Tolet. 1658. in Constitut. Ord. cap. 8. §. 39. pag. 197. nu. 2.

Si præsentia alicuius ex Definitoribus, infra octo dies haberi non possit, vel si Definitor aliquis moriatur, vel officium quocumque modo vacauerit, fiat semper subrogatio in persona Patris dignioris, dummodo, à præcedenti subrogatione, per biennium vacauerit. Subrogatus autem si per biennium integrum in officio perstiterit in sequenti Capitulo Definitor eligi non possit. Ad tollendas autem æquiuocationes, declaratur, quòd subrogatio Definitoris propriè sit, in casu realis vacantiæ: In absentia tamen, non dicitur propriè subrogatio, sed substitutio. Ibid. n. 3.

Lectores iubilati; quamuis non assumantur per electionem, tamen iure Iubilationis poterunt subrogari. Ibidem pag. 198. n. ...

Ad subrogandum in vacantijs non est attendendum ad annos vacationis, subrogari enim potest, quin sit impletum tempus vacantiæ, ad præscriptum Constitutionum Ordinis. Ibidem pag. 212. n. 11.

Quando quatuor Definitores præsentes possunt omnes adesse electionibus, & aliqui nolunt conuenire sub aliquo prętextu Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium in vna Mediolan. pro Reformatis strictioris Obseruantiæ, censuit casum propositum non comprehendi sub dispositione Constitutionum Reformatorum cap. 8. n. 51. quoad prætensam subrogationem. Die 6. Augusti 1655. Et ideò nullam fieri debre subrogatio-

gationem, sed procedere ad electionem, prout actum fuit in illa Prouincia.

In Reg. fol. 197.

Syndicus, siue Procurator.

SVMMARIVM.

Gaudent priuilegio exemptionis fori, & solum conueniri possunt coram Iudicibus Conseruatoribus, num. 3.

Quod quidem priuilegium confirmatur per Decreta Sacrarum Congregationum, n. 2.

Vni tantùm Procuratori pro quolibet Conuentu extenditur priuilegium, n 3.

De modo, quo Fratres, & Superiores cum Procuratoribus se habere debent. n. 4.

1 SYndici, & Procuratores Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ sancti Francisci, ac Monialium Sanctæ Claræ gaudent priuilegio exemptionis fori, & solùm conueniri possunt coram Iudicibus Conseruatoribus illorum Conuentuum; quorum Syndici, aut Procuratores fuerint ex concessione Clementis Papæ Septimi. Dum consideramus, &c. quod quidem priuilegium adamussim obseruatur in statu Ecclesiastico, prout conspicitur in folio, in Typographia Reuerendæ Cam. Apostolicę Romę impresso, vnà cum tribus Decretis, pro Obseruantia Bullæ, relatis etiam in compendio Turani, quibus addo responsionem sequentem, videlicet.

Foris.

All'Illustre, e molto Reuerendo come Fratello il Sig. Gouernatore di Campagna.

Frosinone.

Intus.

Illustre, e Molto Reuerendo come fratello.

2 MEntre nella deputatione del Sindico del Conuento di S.Francesco di Sezze, fatta in persona di Leonardo Neri, si sia seruata la forma della Bolla di Clemente Settimo, V.S. farà, ch'egli goda del priuilegio, e non sia astretto all'esercitio della carica di Depositaria per la quale è stato imbossolato in quella Terra, e Dio la prosperi. Roma 7. Luglio 1660.

Come fratello

F. Card. Chigi.

Cesare Rasponi Secr.

In Regesto fol.372.

3. Verum tamen obseruare debent Superiores, quòd Bulla concedit Priuilegia fori, vni tantum Procuratori illius loci, in cuius Territorio situs est Conuentus, & non alijs diuisorum locorum, quamuis nominentur Procuratores Fratrum, quod obseruari mandauit prædicta Congregatio de Bono Regimine die 27. Nou. 1650. Eapropter non debent concedere Patentes Procuræ cum Priuilegio fori pluribus Benefactoribus pro eodem Conuentu, cum sit contra mentem Bullæ, & Priuilegij.

Tertiò, quod etiam de rebus, quas vendi, & commutari opportuerit, & pretium in necessitate Fratrum de voluntate Superiorum conuerti, id nomine dantium, vel Sedis Apostolicæ faciant.

Quartò si contingat, ad subleuandum fratrum necessitatem Conuentus debitis grauari, de eleemosynis, quæ fratribus aduenerint, debita ipsa soluere, & creditoribus satisfacere poterunt.

Quintò non existentibus apud Syndicos eleemosynis si cogantur Fratres debita soluere, rogentur Procuratores, vt tamquam amici spirituales, ea soluere velint, suas pecunias ex futuris eleemosynis recepturi quamuis Fratres, nec mutuum accipere, nec debita ciuili obligatione contrahere possint; attamen dicere eis poterunt, quod de congestis eleemosynis soluere, & satisfacere conabuntur.

Demum caueant Fratres, ne computum iuridicum, tanquam Domini, à Procuratoribus exigant, sed tantummodò ad experiẽdam fidelitatem ipsorum, ad quam exhortandi, sunt valeant cum eis computum naturalem facere: vnde necessitas Fratrum possit etiam manifestè constare. In Constitutionibus Generalibus Ordinis cap. 4. §. 2. pag. 83.

Tertiariæ.

SVMMARIVM.

Confessarij Regulares, nisi sint admissi ad audiendas sæcularium Confessiones, non possunt audire Tertiarias. n. 1.

Gaudent priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, & sunt exemptæ à Iurisdictione ordinarij, n.2.

Sepeliri debent in communi sepultura Tertiariorum, sin minus in Parochialis Ecclesia, num.3.

Superiores ad huiusmodi habitum mulieres recipere possunt, cum conditionibus requisitis, numer.4.

Tertiariæ non debent deferre velum super caput, nec pastorale, vulgò sottogola, n.5.

Tertiariæ collegialiter viuentes non tenentur supradictis Decretis, n.6.

Tertiariæ Comam nutrire nequeunt, n.7.

Fratres Capuccini quomodo Tertiarias admittere possunt, n.8.

Decretum super statu Mulierum Tertij Ordinis in priuatis Domibus degentium, illarumque admissione, ac ab Ordinario exemptione.

SAcra Cõgregatio Cardinalium, negotijs Episcoporum, & Regularium præposita, ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium super immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in domibus priuatis degunt, vulgò Bizzoche, seu alio quouis nomine nuncupatarum. In primis, & ante omnia in memoriam reuocat ea, quæ S. Congreg. Card. Conc. Trid. Interpretum in candem sententiam respondit, videlicet.

1. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum sæpius respondit minimè posse Sacerdos Regulares Mulierum Tertij Or-

Ordinis, quas de pœnitentia, vel Bizzocas vocant, Confessiones Sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, quemadmodum, nec posse illis Sacrosanctum Eucharistię Sacramentum administrare in die Paschatis Resurrectionis Sāctiss. Domini Nostri Iesu Christi.

2. Verùm quoad sepulturam, atque alia priuilegia, Fratres Tertiarios mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes, ita demum ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum assumpserunt Priuilegijs potiri, & ab Ordinarij Iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum Claustralibus habitent, mulieres Virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur Constit. Concil. Lateranen. sub Leone Decimo, quæ habetur sess. 21. in fine. Hoc autem voto mulierum alia duo, scilicet Paupertatis, & Obedientiæ nequaquam includi, quinimò huiusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cælibem simpliciter, expresseque vouerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes, supradictis priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij Iurisdictione frui debere, vt idem Leo postea declarauit constitutione edito die prima Martij 1518. An autem prædictæ qualitates in huiusmodi Tertiarijs concurrant Ordinarij loci esse iudicium.

3. Præterea si contingat aliquas ex prædictis Tertiarijs sine sepulturæ electione decedere, eas sic decedētes ita demum in Ecclesijs Ordinis, cuius habitum asumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur; sin minus in Eccle-

ſijs Parochialibus ſepeliendas eſſe decernit.

4. Superioribus autem Regularibus ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis (Capuccinis exceptis) liberè mulieres ad huiuſmodi habitum recipere, atque ad ipſos veſtiendi eas officium pertinere: Non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque ætate ſaltem quadraginta annorum conſtitutas, quæ de proprio habeant, vndè ſufficienter viuere poſſint, & non cum alijs viris, quàm cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci, licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis pręuio examine diligenti ſibi conſtiterit.

5. Verùm in huiuſmodi habitu concedendo, & reſpectiuè deferendo omninò à velo ſupra caput, quod ſupriectum vocant, & à pectorali, quod vulgò dicitur, ſottogola, & à patientia abſtinendum eſſe, quinimò eas, quæ ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre depræhenſæ fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ab Ordinarijs locorum compellendas eſſe decernit.

6. Supradictis verò Decretis mulieres Tertij Ordinis, quæ collegialiter viuunt non comprehendi, quinimò eas diſpoſitioni Conſtitutionis Pij Quinti editæ Romæ anno 1566. 4 Kalend. Iulij, quæ incipit, Cura Paſtoralis, &c. penitus ſubiacere expreſsè declarant. Non obſtan. quibuſcunque in contrarium facientibus. Dat. Romæ 20. Decembris 1616.

Antonius Card. Saulius.

Loco † Sigilli.

V. Theatin. Secr.

7. To-

7. Tolerari non debet, quòd Tertiariæ, licet domi viuentes, coram nutriant, cum habitus indecentia, & scandalo populi, ita mandauit Sacra Congreg. Episcop. & Regularium. Die 4. Augusti 1625. Otranto, Floscul. Nicol. verbo Tertiariæ, n. 9. & 10.

8. Cum alias à Sacra Congregatione Episcop. & Regular. Decretum emanauerit super habitu, qualitatibus Tertiariarum (prout supra n. 4.) in quo inter alia cauebatur, vt Superioribus Regularibus, sufficienti facultate, ad id ab hac Sancta Sede suffulti (Capuccinis exceptis) mulieres, alias iuxtà idem Decretum qualificatas, ad Tertiariarum habitum recipere liceret.

Verùm quia Capuccini auctoritate ab hac Sãcta Sede, eorum Religioni concessa, priuari, ac propterea in inuidiam apud bonos trahi, conquerebantur, Illustrissimi eiusdem Sacrę Congregationis Patres, eisdem Capuccinis, priuilegijs circa præmissa eis quomodolibet competentibus, vti, & frui licere, Decreto huiusmodi non obstante, censuerunt; Dummodò mulieres ad Tertiariarum Capuccinarum habitum admittendæ, ad formalem materialemque eiusdem Religionis habitum, & seruato in reliquis omnibus eodem Decreto, admittantur. Die 31. Ianuarij 1620. Flosc. Nicolij, vbi supra, & in Regesto huius Sac. Congreg. fol. 383.

Tertiarij.

SVMMARIVM.

Viuentes in Congregatione sunt verè Religiosi, & fruuntur priuilegijs Fratrum Minorum, n. 1.

Tertiarij viuentes in proprijs domibus non sunt verè Religiosi, nec gaudent priuilegijs, num.2.

Fruuntur tamen Indulgentijs Chordigeris concessis, & alijs bonis spiritualibus Ordinis Minorum, n.3.

Tertiarii Conuentuum dummodo emittant Professionem, gaudent priuilegiis Fratrum Minorum. Formula professinis eorumdem, nu.4.

1 Huiusmodi Tertiarij sunt in duplici differentia, nam alij sunt in Congregatione viuentes, suntque verè, & propriè Religiosi, tria vota essentialia profitentes, & gaudent omni exemptione à iurisdictione Ecclesiastica, fruunturque omnibus gratijs, & priuilegijs ipsorum Fratrum Minorum per Bullas Pij V. & Gregor. XIII. Hieron. Rodr. V. Tertiarij n.1. resol.136.

2. Alij Verò Tertiarij sunt, qui viuunt extra Congregationem in suis proprijs domibus, & hi non sunt verè, & propriè Religiosi, vtpotè qui non emittunt tria vota essentialia, eorum tamen Institutum potest dici Ordo, seu quidam modus bene viuendi, ab Ecclesia approbatus, Huius Tertij Ordinis auctor, & Institutor fuit B. Franciscus qui licet eius fratribus aliquam certam Regulam non tradiderit, aliquas tamen leges circa conuersationem vtriusque hominis eis præfixit, quas in vnum collectas, & moderatas, ac in formam Regulæ redactas, obseruandas redidit, & confirmauit Nicolaus IV & approbarunt alij Pontifices, Rodr. ibid.

3. Huiusmodi Tertiarij extra Claustra viuentes, reputantur pro merè sæcularibus subditi in omnibus potestati sæculari, & Ecclesiasticæ, vt constat ex Constitutione Leonis X. in Concilio

Lateranensi, & non gaudent priuilegijs Fratrum Minorum, nec priuilegio Canonis, si quis suadente. Sed tantum de Indulgentijs Chordigeris concessis à Paulo V. & de alijs bonis spiritualibus totius Ordinis Minorum. Si habent sepulturam communem pro huiusmodi Tertiarijs vtriusque sexus, ibi sepeliendi sunt, aliàs in Parochiali, sicut cæteri sæculares, prout in præfato Decreto num. 3. decisum est.

4 Demum ex Decreto Concilij Lateranen. sub Leone X. supra relato, & ex Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium Tertiarij viuentes, seruientes, & habitantes cum claustralibus gaudent eorum priuilegijs dummodò professionem emittant, Cuius formula est.

IO Frà N. faccio voto, e prometto à Dio Onnipotente, & alla B. Vergine Maria, & al Beato Francesco, & à tutti i Santi, & à Voi Padre tutto il tempo della mia vita osseruare la Regola de Frati di Penitenza, dalla Santità di Papa Nicolò IV. confermata, osseruando tutti i Comandamenti Diuini, e sodisfacendo alle trasgressioni, che contro questo modo di viuere commetterò, ogni volta, che per ciò sarò dimandato dal mio Visitatore.

All'hora quella, che lo riceue dica.

ET io, se questo osseruerai, da parte di Dio, Onnipotente, ti prometto vita eterna. Amen.

Reliqua, quę pertinent ad sepulturam Tertiariorum, vide supra V. Exequiæ, n. 6.

Decretum de exemptione Tertiariorum, ac Tertiariarum à Iurisdictione Ordinarij.

5 SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, respondit Fratres Tertiarios mantellatos, corrigiatos, aliosque similes, ita demum Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum assumpserunt, priuilegijs potiri, & ab Ordinarij Iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum Claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur in Constitutione Cõcilij Lateranen. sub Leone X. quæ habetur sess. 11. in fine. Hoc autem voto mulierum, alia duo, scilicet Paupertatis, & Obedientiæ nequaquam includi, quin imò huiusmodi mulieres si vitam virginalem, aut cælibem simpliciter, expresseque vouerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsim habitantes, supradictis Priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij Iurisdictione frui, & debere, quemadmodum idem Leo postea declarauit Constitutione edita. Die 1. Martij 1518. Quòd si Fratres, Sororesue Tertij Ordinis, quid amplius prætendant, vigore consuetudinis, posse Ius suum prosequi in iudicio ordinario.

Tran-

Tranſitus.

SVMMARIVM.

Tranſitus ab Obſeruantia ad Reformationem, & è conuerſo, quomodo faciendus, n.1.
Adducuntur iura Pontificia, n.2.
Tranſeuntes fruuntur loco, & præcedentia, n.3.
Bulla Greg. XV. Onerosa, &c. in materia de tranſitu, eſt abrogata, n.4.
Circa annum deliberationis quid agendum, n.5.
Duo præcauenda circa Decretum, n.6.
Pro reditu Reformati ad Obſeruantiam primo anno nondum expleto, requiritur facultas Protectoris, n.7.
Expleto primo anno, id facere debent in Capitulo Prouinciali, & exponere ſe ad annum deliberationis, ſicut cæteri tranſeuntes, n.8.
Fratres Tertij Ordinis, quomodo recipiendi ? ac etiam Fratres Conuentuales, n.9. & 10.
Denique in tranſitu ad arctiorem, debet prius conſtare de beneplacito recipientis, n.11.

1 CIrca Tranſitum Fratrum ab Obſeruantia ad Reformationem, & è conuerſo; obſeruandum, quòd Praxis Curiæ Romanæ talis eſt, videlicet, quòd huiuſmodi Tranſitus ab Obſeruantia fiat in Capitulo, aut Congregatione; de licentia vtriuſque Prouincialis, vel Miniſtri Generalis. Tranſitus verò à Reformatione debet quidem fieri in Capitulo, aut Congregatione, ſed de conſenſu tantum Miniſtri Prouincialis, ac Definitorij Reformatorum, prout in Bullis Pauli Quinti, & Vrbani Octaui quarum tenores ſunt, videlicet.

2 Paulus Papa V.&c.Postulat Apostolici muneris ratio &c. & infra §.6.

Rursus quotiescumque aliquis ex Fratribus Reformatis ob infirmitatem, vel aliam legitimam causam à Reformatione exire, & ad Familiam transire voluerit, in Capitulo, aut Congregatione Prouinciali, de consensu Custodis, & maioris partis Vocalium Custodiæ illi concedatur. Et eorumdem consensu, necnō Ministri Prouinciæ Fratres de Familia ad Reformationem poterunt migrare. In Bullario Cherub. tom.3. pag. 218. Hic aduertendum, quòd illa verba (& maioris partis Vocalium Custodiæ) loquuntur de Patribus Definitorij, prout vsus semper recepit, & non de Vocalibus Capituli Prouincialis, quia si simpliciter intelligerentur, prout sonant, sequeretur, quòd in Congregatione intermedia, in qua non concurrunt Vocales non posset fieri transitus, quod non est dicendum.

Vrbanus verò VIII. *Iniunctis nobis* &c. §.16. Quodque Reformati prædicti possint etiam trāsire ad Obseruantes, ex causis in Constit.fel.rec. Pauli Papæ V.hac super re emanata, *expressis*. Et sic transeuntes, nequeant ab Obseruantibus reijci, earumdem tenore præsentium statuimus, volumus, & ordinamus.

Die 12.Maij *1639.*

Deinde per aliam Constitutionem, quæ incipit, Religiosos viros &c.infrà. Ad hæc, vt de cætero Fratribus de Familia nuncupatis, dicti Ordinis, transitus ad Fratres Reformatos eiusdem Ordinis non concedatur, nisi in Capitulis, seu Congregationibus Prouincialibus, cum consensu vtriusque Ministri Prouincialis, vel Ministri Generalis, & quoad eos, qui à Fratribus Reformatis huiusmodi ad illos de Familia transire

vo-

voluerint, fel.record.Pauli Papæ V.prædeceſſoris noſtri, ac noſtrarum in ſimili forma Breuis hac ſuper re aliàs emanatarum literarum forma omnino ſeruetur, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, mãdamus, & ordinamus.

3 Hæc ſunt iura Apoſtolica pro Fratribus, ab vna ad aliam Familiam tranſeuntibus ordinata, quibus contrariari non poteſt: & ſic tranſeuntes, in ſua quiſque Prouincia, fruuntur loco, antianitate, præcedentia, ac præeminentia etiam in iure ſubrogandi, ſi fuerint Patres Prouinciæ, quia inter vtramque Familiam non admittitur diuiſio Prouinciæ, quamuis moderetur à diuerſis Prouincialibus; mandauit enim Vrbanus Octauus, Iniuncti nobis, &c §.3. Quod Cuſtodiæ Reformatæ in Prouincias erectæ, retineant proprium nomen, addito ſolummodo quòd ſint Reformatæ.

4 Igitur huiuſmodi praxis obſeruanda eſt circa tranſitum, & non eſt attendenda Conſtitutio Gregorij Decimiquinti, Oneroſa, &c. die prima Septembris 1521. edita, pro bono regimine Reformatorum, quia reuocata eſt ab Vrbano Octauo (maximè §. 2. vbi ait, quòd Reformati non habeant ampliùs aliquam dignitatem, ſeu officium inter Fratres de Familia.) Romanus Pontifex. Anno Primo. Et §.3. & 4. vbi ait, quod Fratres de Familia tranſeuntes ad Reformatos non poſſint habere aliquod officium, ſeu dignitatem, niſi per ſex annos inter eos permanſerit, & quòd Reformati tranſeuntes ad Familiam adducant rationes in Capitulo, ſeu Congregatione propter quas velint ad Familiam tranſire, quibus aſſignetur annus ad deliberandum, quo elapſo, præcludatur eis tranſitus. Quæ omnia fuere abrogata ab eodem Vrbano Octauo, in præfatis con-

ſtitutionibus Iniunƈti nobis, & Religioſos viros, ac etiam à Congregatione deputata ſuper ſtatu Regularium 1628.

Circa annum deliberationis.

5 SAcra Congreg. à Sāƈtiſſ. D.N. Vrbano VIII. Conſultationibus Fratrum Minorum de Obſeruantia Sanƈti Franciſci Ciſmontanæ familiæ præpoſitæ, cenſuit.

Vt Qui ad Reformationem tranſierit, annum vnum à die ſuæ receptionis computandum, ad deliberandum habeat, an in illo ſtatu velit remanere, quo anno expleto, ſuperior Reformatorum, Cuſtos videlicet, vel Prouincialis ad Conuentum, in quo diƈtus Frater de familia commoratur, ſe transferat, ibique ſimplicem informationem à Guardiano, vel alio Superiore locali à Diſcreris Conuentus, & ab aliquo Patre principaliori, vel antiquiori, qui ibi reperiatur, fideliter capiat, de vita, & moribus ſupradiƈti Fratris, & ſi cognouerit eum benè vixiſſe, ac ſtatui, & profeſſioni Reformatorum ſe conformaſse, ipſum ad Reformationem incorporatum declaret, & huiuſmodi incorporationem in libro Cuſtodiæ diligenter notet.

Quòd ſi id per ſe ipſum perſonaliter facere nequeat, alium ſubſtituat, qui id exequatur, dummodò non ſit de familia illius Conuentus, in quo Frater in Reformatione incorporandus, reperitur. Romæ 14. Iunij 1628.

F. A. Card. S. Honuphrij.

Loco † Sigilli.

P. Fagnanus Secr.

In hoc Decreto, duo prænotanda ſunt. Primum, quòd Annus deliberationis fiat in vno tan-

tantùm Conuentu. Secundum, quòd si Frater non admittatur ad Reformationem, vel si sponte retrocedere velit, non indiget alia facultate, quam Prouincialis Reformati, qui eum ad Ministrum de Obseruantia remittere debet, sic declarauit Dominus Fagnanus hoc anno 1663. 10. Augusti.

7 In transitu verò Fratris Strictior's Obseruantiæ ad Familiam non præscribitur annus deliberationis, quapropter si anno nondum expleto voluerit redire ad Reformationem, indiget maiori facultate, quia habetur quodammodo pro admisso, prout in sequenti exemplo.

Essendo passato dalla Riforma alla Fameglia con la debita licenza il Padre Costantino da Voghera della Prouincia di San Diego, volendo far ritorno alla Riforma, prima che fosse compito l'anno, ne diede memoriale al Reuerendissimo Commissario Generale P.Benigno da Genoua, il quale d'autorità dell'Eminentissimo nostro Protettore il Signor Cardinal Barberino, lo reincorporò alla medesima Riforma. Die 30. Ian. 1642. In Regesto Sac.Congreg.Regul.fol. 164.

At expleto primo anno, si tentat redire ad Reformationem, id facere debet in Capitulo, aut Congregatione Prouinciali, & exponere se ad annum deliberationis, sicut, & ceteri transeuntes, prout supradictum est.

Fratres Tertij Ordinis.

9 FRater Paulus à Palo Tertij Ordinis petijt transire ad Fratres Minores Regularis Obseruantiæ, & Sacra Congregatio remisit illum ad Reformatos, prout in sequenti Decreto.

Emi-

Eminentissimi, e Reuerendissimi Signori.

FRà Paolo di Palo del Terzo Ordine di San Francesco della Prouincia di S. Angelo Gargano, e Napoli, doue al presente habita, espone humilmente all'EE. VV. come desidera per maggior sua deuotione passare ad vna Religione più stretta, però supplica humilmente l'EE.VV. à degnarsi farli gratia di concederli licenza di passare ai Padri Minori Osseruanti di San Francesco nel Monastero di Santa Maria della Noua di Napoli, doue spera con maggior feruore seruire à S.D.M. che &c. Quas Deus, &c.

Sacra Congregatio Cardinalium negocijs Regularium præposita, Procuratoris Generalis Ordinis huiusmodi relatione, & consensu attentis, censuit Oratori facultatem dumtaxat esse concedendam transeundi ad Fratres Strictioris Obseruantiæ Sancti Francisci, prout præsentis Decreti virtute concedit; dummodo idem Orator melioris vitæ feruore sit ductus, non autem alicuius criminis perpetrati pœnam euasurus, beneuolos inueniat receptores, coram Prouinciali, & Definitoribus Prouinciæ suæ se sistat, & coram eis (Prouinciali capitulo non expectato) ser. serui. incumbentia probet; & vbi opus fuerit, seruetur forma præscripta in constitutione fel. record. Sixti V. super transitu huiusmodi edita, vtaturq; præsenti gratia intra duorum mensium spatium, aliàs nulla sit ipso facto, Romæ die 7. Decembris 1629.

Fr. Antonius Card. S. Honuphrij.

In Regesto huius Congregat. fol. 127.

Fra-

Fratres Conuentuales.

10 MInores Conuentuales possunt transire ad Obseruantes, & Reformatos, dummodò beneuolos inueniant receptores, & faciant Nouitiatum, iuxtà Iuris communis dispositionem, in cap. licet de Regularibus, petita priùs licentia, etiam non obtenta Superioris Generalis, vel Prouincialis. H. Rodr. de Transitus ad aliam Religionem, num. 55. & 57. In constitut. Generalibus Ordin. pag. 37. n. 23.

Transitus vlteriùs non conceditur ad arctiorem Religionem, nisi priùs Superiori legitimè constiterit Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tuncque Regularis rectà via se transferat ad arctiorem. Sacra Congregatio Concilij in Decretis de Regularibus eiectis, & apostatis §. 3. Die 21. Septembris 1624.

Vacantia.

SVMMARIVM.

De tempore, quo durare debent officiorum vacantiæ in Ordine nostro, n. 1.

De officijs, in quibus non interceditur tempus vacationis, n. 2.

In Prouincijs strictioribus dispensatur tempus sexennij in electionibus, n. 3.

Duo Prouinciales fuerunt reelecti, expleto tantum triennio, n. 4.

Responsiones Sacræ Congregationis pertinentes ad vacantiam officiorum, videlicet.

1. Quod Exprouinciales, nisi expleto triennio vacationis, non possint eligi in Vicarios, aut Com-

Commissarios Prouinciales.

2. *Quod renunciationes Patrum non fiant, nisi cum expressione causæ à Definitorio approbandæ.*

3. *In casu suspicionis Definitorum, quando est proferenda sententia, seruetur ius commune, num. 5.*

De tempore, quo durare debent officiorum vacantia.

1 VT Minister Generalis possit eligi in Ministrum, aut Commissarium Generalem debet vacare per sexdecim annos.

Vicarius Generalis, qui minus biennio functus est officio Vicariatus, nullum priuilegium habebit, eligi tamen poterit in Ministrum, & Commissarium Generalem.

Commissarius Generalis Familiæ eligi non potest in Ministrum Generalem, nisi per sexdecim annos vacauerit.

Vicecommissarius Generalis si biennio functus est officio suo, gaudet priuilegijs Patrum Ordinis, & Discretorum Familiæ.

Si verò minus biennio, exercuerit officium Vicecommissariatus Generalis Familiæ, nullum priuilegium habebit; eligi tamem poterit in Ministrum, & Vicarium Generalem Ordinis.

Procurator, & Commissarius Romanæ curiæ non possunt continuare in suo officio, nec eligi in Ministros, aut Commissarios Generales, nisi per sexdecim annos vacauerint: Sicut etiam Secretarij Generales, Ordinis, iuxta Breue Vrbani Octaui.

Ministri Prouinciales non possunt reeligi in Ministros, nisi per sexennium vacent, numeran-

randum ab expletione officij, neque in Vicarios Prouinciales, nisi triennio vacauerint.

Sexennium huius vacantiæ non est Physicum, sed morale, itaut duæ electiones Ministri Prouincialis interueniant ab absolutione sui officij; etiamsi intra quinquennium fiant.

Custodes, & Definitores necessariò vacare debent per sexennium, vt dictum est, eodem modo computandum.

Definitor subrogatus, biennio durans, nisi sexennio vacet, non potest eligi in Definitorem; si verò minus biennio subrogationis, & aliàs sit extra sexennium, eligi poterit.

Guardiani necessariò vacare debent per vnum annum: si in Capitulis creantur, durant à Capitulo in Capitulum, si extra Capitulum fiant, solùm per triennium physicè durant.

Reeligi non possunt Guardiani etiam in alio Conuentu, nisi vacauerint per annum, aliter electio erit nulla, reuocata quacumque Constitutione, qui quidem annus non minor decem, aut vndecim mensium sit.

Non poterit Guardianus remanere Præses in capite eiusdem Conuentus, vbi fuit Guardianus.

Confessores, & Vicarij Monialium non possint durare vltra triennium in eodem Conuentu: nec denuo institui possint, nisi triennio vacauerint.

Inseruire officijs quibuscumque per interim, etiam Vicariatus tam paruo tempore, quo non perueniatur ad gaudendum priuilegijs officiorum, non impedit electionem ad idem, vel simile officium, quia si administratio officij non proficit inseruienti, idem est parum inseruire, ac nihil inseruire. In Constitutionibus Generalibus Ord. c. 8. pag. 211.

De

De officijs, in quibus non interceditur tempus vacationis.

1 MInistri Prouinciales in Capitulis in quibus suum complent officium possunt eligi in Custodes Vocales, quod vetitum non est.

Custodes Vocales immediatè eligi possunt in Prouinciales, aut Guardianos. Definitores in Capitulo, in quo explent definitoriatum, possunt eligi in Custodes, aut Prouinciales absque vlla vacatione, quia nulla adest prohibitio. Tolet. 1658.

3. Obseruandum est, quòd in Prouincijs strictioribus, in quibus non reperiuntur saltem septem Fratres, inter quos electio cadere valeat, possunt etiam reeligi reliqui, qui per solum triennium vacauerint, prout in sequenti Decreto, videlicet.

Cum à Sacra Congregatione S.R.E. Cardinalium negotijs, & Consultationibus Episcoporum & Regularium præposita sub die 2. Iunij 1651. fuerit declaratum Vacationem sex annorum in officijs Ministri Prouincialis Custodis, & Definitoris Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, aliàs à sanct. memor Greg. XV. statutam in suo Breui emanato sub die 22. Februarij 1622. Intelligendam esse à die expleti officij, ne propterea in Prouincijs Strictioribus, in quibus ex Cõstitutionibus Ordinis duodecim dumtaxat Fratres assignantur, ex quibus Custos, & definitores actuales sunt eligendi, electiones huiusmodi adeò arctatæ remaneant, vt sufficiens numerus minimè supersit ad eas, qua par est libertate peragendas.

Ea-

Eadem Sacra Congregatio, instante Commissario Generali eiusdem Ordinis decreuit, vt quotiescumque supradictis Fratribus, alijsque altioris Ordinis, quibus, vigore earumdem Constitutionum, ius passiuum ad electionem competit, non supersunt saltem septem, inter quos electio cadere valeat, eo casu, possint etiam eligi reliqui, qui per solum triennium vacauerint. Datum Romæ die 24. Ianuarij 1653.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

M. Albericius Secr.

In Regesto huius Congr. fol. 188.

4. Adest decretum Sac. Cong. Concilij Tridentini sub die 29. Ianuarij 1627. Quod Regularis Minorum de Obseruantia possit reeligi in Prouincialem, sexennio nondum exacto, in aliena Prouincia, prout in Reg. huius Congregat. fol. 45.

Adest, & alia dispensatio inusitata reelectionis, in Ministrum Prouincialem Patris Innocentij à Bussolengo, Prouinciæ Sancti Antonij, expleto tantùm triennio vacantiæ. In Collectanea Decretorum par. 2. n. 5. fol. 12.

Responsiones Sacræ Congregationis pertinentes ad Vacantiam officiorum.

1 SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Regularium præposita, visis infrascriptis dubijs per Ministrum, Generalem Ordinis Minorum S. Francisci, tenoris seq. videlicet.

Primo Summi Pontifices, & præcipuè Paulus IV. & Gregorius XIII. vt certum officiorum

in

in Religione tempus stabilirent eorum perpetuitatem penitus sustulerunt, sed frustra; Prouinciales enim exacto sui ministerij triennio, si contingat succesſorem discedere à Prouincia, vel è viuis excedere, in Commisſarios, seu Vicarios Prouinciales se se asſumi procurant, tametsi ad sexennium dignitatibus vacare deberent, atque adeò non desunt, qui in octo annos, & vltra Ministri, vel Vicarij, aut Commisſarij Prouincialis titulo prælaturam extendunt; Constitutionum verba pro suo libito interpretantes. Quare vt huiusmodi continuatio euitetur, *supplicantur* EE.VV. decernere, an, & quanto tempore vacare debeant Ministri, antequam in Vicarios, seu Commisſarios, Prouinciales, Vicarij in Ministros, & Vicarij in Commisſarios, seu Vicarios Prouinciales eligi posſint, vbi dictum munus per duos annos obierint.

Secundò, in quadam Hispaniæ Prouincia, vltimus Prouinciæ Pater, qui vigore Bullæ san. mem. Vrbani Octaui ingrediendi Definitorij facultatem habet, intrare tamen recusauit, cum in finem, vt Patri sibi in primis charo (cuius erat in aliorum defectum subrogari) ad honorem sterneret viam. Defuncto paulò post ex Definitoribus vno, idem Prouinciæ Pater, qui suis iuribus renunciauerat in vacantis locum admitti præsumpsit. Quæritur, an is, qui renunciauit tamquam modernus Prouinciæ Pater subintrare valeat in locum deficientis, cum dubitari posſit de collusione?

Tertiò, nonnulli Prouinciales eò dominij, & auctoritatis deuenerunt in suis Prouincijs, vt in Definitores suis tantummodo factionibus adhærentes, & plerumque malæ notæ Religiosos, eligendos curent. Vnde consequitur, quòd quando

in

in actu Visitationis, errores, & defectus, siue in Ministro, siue in aliquo ex Definitoribus, vel eorum amicis deteguntur, ad debitas pœnas, & punitionem non procedatur, cum ipsorummet Definitorium sit causas iudicare. Propterea EE. VV. declarare dignentur, An stante diffidentia Iudicũ possit Generalis addere Definitorio, quatuor, vel sex eiusdem, vel alterius Prouinciæ approbatos Patres, qui sint Coniudices in causis taliter inquisitorum, vel potiùs ad eradicandos huiusmodi abusus excludere à voce passiua Religiosos grauissimis de causis inquisitos: quamuis nondum per sententiam damnatos; Eisdem examinatis, & maturè perpensis.

Respondit ad primum. Neque Vicarium Prouincialem in Ministrum, neque Ministrum in Vicarium, vel Commissarium Prouincialem, neque Vicarium in Commissarium, aut Vicarium Prouincialem eligi posse, nisi saltem per integrum triennium ab huiusmodi officijs vacauerit, aliter electos, cessare debere à notificatione præsentium.

Ad secundum, Cessiones, seu renunciationes fieri non posse, nisi cum expressione causæ à Definitorio cognoscendæ, & approbandæ. Causa autem semel admissa, eaque durante, ad huiusmodi officia, neque per electionem, neque per subrogationem, aut quamcumque aliam viam resignantes, seu cedentes assumi posse, aut munia prædicta exercere.

Ad Tertiam, Tam in casu suspicionis Iudicum (quando est proferenda sententia) quàm in casu publicæ diffamationis Inquisitorum, iuxtà cap. 4. de Accus. (quando causa ante electiones expediri non potest) procedendum esse secũdùm dispositionem Iuris communis, vbi Consitu-

ſtitutio particularis eiuſdem Ordinis non prouideat. Romæ 20. Nouembris 1645.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

H. Archiepiſcopus Patracen. Secretarius.

In Regeſto fol. 345.

Vicarius Generales.

SVMMARIVM.

Decedente Miniſtro Generali è vita, Vicarij Generales durare debent vſque ad nouam electionem.

Eminentiſſimi, e Reuerendiſſimi Signori.

PEr la morte del Generale dell'Ordine de Minori di San Franceſco ſi dubita ſe la deputatione fatta da lui dei Vicarij Generali, così dell'Oſſeruanza, come della Riforma, Ciſmontana, ſia ſpirata, & hauendo i medeſimi conforme alle Coſtitutioni deputato Commiſſarij, e Viſitatori nelle Prouincie, che à Paſqua doueranno eleggere nuouo Prouinciale, vengono alcuni di queſti ricuſati da i Padri delle medeſime Prouincie ſotto preteſto di difetto di giuriſdittione, e perche ſe bene le Coſtitutioni Generali non prouedono eſpreſſamente à queſto caſo nondimeno la conſuetudine amette, che continuino à gouernare, finche ſia fatta l'elettione del nuouo Vicario Generale di tutto l'Ordine, acciò la Religione non reſti ſenza capo. Il Procurator Generale ſupplica l'EE. VV. à farne la dichiaratione oppor-

opportuna con suo Decreto. Che il tutto &c. Quas Deus &c.

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, inhærendo prædictæ consuetudini statuit, ac decreuit, eiusem Vicarios Generales Cismontanæ Familiæ continuare debere in suis officijs vsque ad nouam electionem Vicarij Generalis Ordinis, contrarijs quibuscumque non obstantibus. Romæ hac die 4. Decembris 1648.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

H. Archiep. Patracen. Secr.

Vicarius Prouincialis.

SVMMARIVM.

Prouinciali in officio decedenti, quid agendum, n. 1. & 2.

Conuocentur Patres Definitorij à Patre digniore, n. 3.

Qui si fraude electionem retardet, puniatur, n. 4.

Pater dignior præsideat electioni, n. 5.

Consulat priùs Generalem, n. 6.

Si sit Definitor, non potest renunciare Definitoriatum, nisi post electionem, n. 7.

Vicarius Prouincialis durans per biennium, est Pater, & non potest eligi in Prouincialem, num. 8.

Vicarius Prouincialis durat vsque ad Capitulum, n. 9.

Quid agendum si Prouincialis moriatur primo anno sui officij, n. 10.

In

In Vicarium Prouincialem non reeligatur, qui per triennium non vacauerit, n 11.
Vicarius Prouincialis vltra tempus Capituli protendi non potest, n. 12.

1 SI Minister Prouincialis in officio moriatur, Guardianus Conuentus, vbi eum decedere contigerit, vna cum Secretario illius, scripturas ad Prouinciam spectantes in inuentario referat, ac minori sigillo Prouinciæ munitas, ad digniorem Prouinciæ Patrem, eum scilicet, qui primum locum vindicat, cum Prouinciæ *sigillis* fideliter deferant, qui acceptas scripturas simul cum eis recognoscat. Salm. cap. 8. Vallisol. 1593. Rom. 1639.

2. Si verò intra terminos communes duorum Conuentuum Ministrum mori contigerit, Guardianus eius loci, qui aut antiquitate, aut aliqua ratione dignior habebitur, supra ordinata præstabit. Vallisolet. 1593.

3. Dignior verò Pater sine dilatione vlla, debet conuocare omnes Patres, qui sunt de corpore Definitorij & non alios, ad Conuentum, qui fit in corde Prouinciæ, *vel ad illum*, *in* quo electio possit fieri secundum Constitutiones Ordinis. Rom. 1651.

4. Si verò dignior Pater fraude retardet electionem, præsenti Constitutione priuatur, per sexenniū, iure Patris Prouinciæ, & omnibus prerogatiuis annexis illi dignitati. Rom. 1651.

5. Pater dignior, qui tenet sigilla, debet in electione præsidere cum voce actiua, & passiua (si aliàs non est inhabilitatus alio iure) loco ipsius Præsidentis, non est subrogandus alius Pater, nam ipse exercet officium dignioris. Rom. 1651.

6. Non est tamen celebranda electio Vicarij Pro-

Prouincialis, quin priùs Superior Generalis moueatur, si contingat adesse in spatio trium Dietarum, hoc est triginta leucarum computandarum à confinibus Prouinciæ, vbi vacantia contingit, si verò longius distet, non est consulendus Superior Generalis. 1651.

7. Si primus Pater Prouinciæ, etiam inter Reformatos, sit Definitor, & ei ob mortem, vel renunciationem Ministri Prouincialis, vel quacumque alia causa sigilla Prouinciæ succedant, non poterit renunciare Definitoriatum, ad effectum conuocandi electores, sed benè poterit post electionem Vicarij Prouincialis. Tolet. 1658.

8. Vicarij Prouinciales, qui per biennium completum in officio steterunt. Patrum Prouinciæ Priuilegium, & præcedentiam habeant, eos tamen subsequantur, qui Ministri Prouinciales extiterunt. Absoluto tamen Vicariatus officio, in Prouinciales, vel in Vicarios Prouinciales duraturos triennio, nonnisi post triennium eligi possunt, qui verò per biennium integrum non steterunt in officio, nullo gaudent priuilegio, sed absque vllo vacationis interstitio in Ministros Prouinciales eligi poterunt. Rom. 1639. Rom 1651.

9. Is, qui mortuo Proninciali, vel quolibet euētu, in Vicarium Prouincialem assumptus est, vsque ad Capituli Prouincialis celebrationem in officio durabit; Capitulum verò Superiorum Generalium arbitrio anticipari poterit, vel prorogari; dummodo tempus à lege præscriptum, non excedatur. Rom. 1639.

10. Quòd si Ministrum Prouincialem, primo sui officij anno ab hac vita decedere, siue idem, officium, ex quauis causa vacare, seu cessare

contigerit: Minister Prouincialis tum recèns electus, tum deputatus, vnà cum alijs eiusdem Prouinciæ Superioribus, atque officialibus in suis huiusmodi officijs, ad triennium continuet, & continuare debeat, iuxta Constitutionem Apostolicam Vrbani Octaui, Creditum. In Const. Ord. fol. 365.

11. In Vicarium Prouincialem eligi non poterit Minister proximè præteritus; nec qui per biennium extiterit Vicarius prouincialis, nisi triennio vacauerit, aliàs electio erit nulla. Rom. 1651.

12. Regimen, aut officium Vicarij Prouincialis, nullo modo potest extendi vltra illud tempus, in quo Minister Prouincialis defunctus debebat finire officium. Rom. 1651.

De mortuo Prouinciali, primo sui officij anno, ac electo Vicario prouinciali, mox petentibus prouinciæ Patribus vnà cum Definitorio, potest Generalis Minister, aut Commissarius Generalis indicere Capitulum pro electione noui Prouincialis, iuxta beneplacitum præfati Breuis Vrbani Octaui, cùm polleant huiusmodi facultate, & multò magis prouidere potest Sedes Apostolica etiam contradicente Vicario prouinciali nouiter electo. Ita decisum fuit à Sacra Congregatione super statu Regularium in vna Genuen. pro Reform. 1660.

Statuitur, quòd Vicarij prouinciales completo biennio sui officij, non possint in posterum eligi in Definitores, sicuti nec Ministri prouinciales. Rom. 1664.

Si paulò ante Capitulum prouinciale, moriatur Minister, vel Custos, decernitur, quòd ante ipsius celebratioñe eligi debeat Vicarius prouincialis, & Custos pro vtraque Famil. Rom. 1664.

De-

Declaratur, quòd Vicarij prouinciales, qui per biennium completum Prouincias rexerint, gaudeant præeminentijs, & priuilegijs taxatis a Constitutionibus Ordinis. Non possunt tamen in posterum eligi in Definitores, nisi transacto triennio. Rom. 1664.

Statuitur, quòd Vicarij prouinciales canonicè electi, debeant, & possint ferre suffragium in Capitulis prouincialibus, & generalibus, tamquam Prælati ordinarij prouinciarum, sicuti hucusque in Religione vsu receptum est. Rom. 1664.

Vicarius Localis.

SVMMARIVM.

Vicarij Conuentuum quomodo, & quando censendi sunt Prælati, n. 1. 2. & 3.

Absente Guardiano habent precedentiam supra omnes, n. 4.

Vicarij inter Reformatos precedunt Lectoribus Sac. Theologie, in vna Tudertina, n. 5.

1 VIcarij, qui in Conuentibus non habent Superiores, sunt veri Prælati. Rodriq. t. 2. q. 20. art. 2. & 3. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. c. 22. n. 6. Peyr. de Prelat. q. 1. c. 4. §. 4. n. 74. Habent enim ordinariam potestatem, & iurisdictionem.

2. Vicarij, qui ponuntur in Conuentibus loco Superioris defuncti, vel priuati, vel absentis per longum tempus, sunt verè Prælati, cùm habeant eandem auctoritatem, quam illi, quorum loco ponuntur, Peyrin. loco citato. Subrogatum

enim sapit naturam eius, cuius loco succedit, *c.* maiores de baptis. §. ad id autem.

3. Vicarius absente Prælato locali per vnum diem naturalem potest concedere facultatem absoluendi à reseruatis; est enim absolutus Superior, habetque administrationem, & potestatem spiritualem: neque Religiosus pœnitens, in malo statu diu detinendus est, Peyrin. tom. 1. priu. in Const. 4. Sixti V. §. 6. n. 16. Limita in casu, quo Prælatus localis, eodem die, sit reuersus, aut subditus de industria confessionem distulerit ad illum diem. Diana 3. p. tract. 2. resol. 28.

4. Absente Guardiano extra districtum suæ Iurisdictionis per longum tempus Vicarius Cõuentus institutus à Definitorio in omnibus functionibus præcedat omnes in Constitut. Gener. Ord. c. 8. §. 44. pag. 206. n. 2.

Restat videndum, An Vicarij, inter Reformatos, debeant habere præcedentiam à Lectoribus Sacræ Theologiæ, cùm series præcedentiæ sit valdè obscura.

Tudertina.

5 IN causa, quæ controuertitur inter Patres Philippum à Spoleto, & Lucam à Parrano Sacræ Theologiæ Lectores actuales in Conuentu Tudertino Montis Sancti, Prouinciæ Reformatæ Diui Francisci ex vna, & Patrem Marcum à Fratta Vicarium eiusdem conuentus ex alia, circa punctum precedentię in Refectorio ac publicis functionibus, præsente Guardiano supradicti Conuentus. Nos infrascripti ad Consultationem pro dicta causa specialiter deputati à Reuerendissimo Patre Sebastiano à Caieta huius Cismontanæ Familię Commissario Generali, vi-

sis,

ſis, & perpenſis rationibus pro vtraque parte adductis, & habita ratione eius quod in omnibus alijs Prouincijs Reformatis, Conuentibuſque & præcipuè in hac Romana ſeruetur, ex quo videtur colligi poſſe noſtrarum Conſtitutionum, necnon Bullæ fel. rec. Vrbani Octaui hac de re editę, interpretatio, & intelligentia. His inhęrendo, Dicimus, Vicarijs actualiter, etiam præſente Guardiano Conuentus deberi præcedentiam ſupra Lectores actuales Sacræ Theologiæ, & ſic conſultamus, & dicimus, ſaluo ſemper, &c. in quorum omnium, & ſingulorum fidem, &c. Dat. Romæ in Conuentu S. Franciſci Tranſtyb. die 18. Decembris 1657.

Ita cenſeo

Ego Fr. Franciſcus Antonius à Roma Cuſtos Vocalis.

Ita eſt

Ego Fr. Angelus Bergom. Definitor Gener.

Ita eſt

Fr. Siluerius à Podio Fidone Pater Ordinis, & Vicarius Prouincialis.

Ita eſt

Fr. Ioannes à Pinarolio Procurator Generalis Reformatorum.

Fr. Sebaſtianus à Caieta Cõmiſs. Generalis.

In Regeſto Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Reg. fol. 372.

Votum, ſeu Vox.

SVMMARIVM.

Vota abſentium ſuppleri non poſſunt, nec per Procuratorem dari, n. 1.

Votum sibi nemo dare potest, num. 2.
In sacris non initiati, Votum habere possunt in Capitulo, n. 3.
Tertia soror germana Monialis non habet vocem in Capitulo, n. 4.
Aliquando dispensatur, vbi est magnus numerus Monialium, n. 5.
Moniales Conuersæ in Italia non habent vocem, secus in Vltramontanis partibus, n. 6.
Vocis priuatio non incurritur, nisi post latam sententiam, n. 7.
Vota in electione Abbatissæ oretenus accipi debent. n. 8.

1 ABsentium vota suppleri non possunt, nec alicui suum votum committere, aut per Procuratorem suffragari in Capitulis, vel Congregationibus licet. Trident. sess. 25. cap. 6. Vrban. Oct. Circumspecta.

2. Si quis sibimet in Electionibus, votum dederit, voce actiua, & passiua perpetuò priuetur. In Constit. Ord. cap. 8. pag. 141. n. 21.

3. Vocem habere possunt Regulares in Capitulo, sacris non initiati, Sacra Congreg. 10. Ianuarij 1573. apud Bellasium V. Vox, n. 1.

4. Vocem actiuam, & passiuam non habet tertia soror, nisi post mortem alterius ex primis. Neapoli 22. Iunij 1646. Floscul.

5. Aliquando tertijs sororibus fuerunt voces ex gratia concessæ, maximè vbi magnus est numerus Monialium, Genoua 8. Martij 1606.

6. In Italia Moniales Conuersæ non habent vocem in electione Abbatissæ. Secus in Vltramontanis partibus. Vrbanus Octauus. Exposito nobis. Quod Moniales Conuersæ Ordinis Sanctæ Claræ Parisien. debeant manuteneri in pos-

sessione eligendi Abbatissam, prout in Collectan. Decretorum par. 2. fol. 63.

7. Vocis actiuæ, & passiuæ priuatio non incurritur ipso facto in foro conscientiæ, sed post latam sententiam, & commendationem Rodr. tom. 2. q. 56. Peyrin. de subdito q. 2. §. 11.

8. Vota in electione Abbatissarum, vel alterius Superiorissæ possunt per Episcopum, vel Superiorem Regularem, vnà cum Vicario, vel alio viro assumpto oretenus accipi. Sacra Congregatio Concilij. Barbosa in summa Decis. Apostolicarum V. Votum num. 3. In Constitutionibus Generalibus Ordinis cap. 11. pag. 260. num. 4.

Propositis in Sacra Congregatione Concilij infrascriptis dubijs.

PRimo. An liceat Parochis Ciuitatis Papiensis vigore consuetudinis, aut Constitutionis Synodalis exigere ab Hæredibus Defunctorum, quorum Cadauera in Ecclesijs Regularium sepeliuntur duplicatam eleemosynam, quam cæteroqui soleat exigi.

2. An ab ijsdem Parochis possint cogi Hæredes Defunctorum, vt si quando aliquos Fratres, exempli gratia duodecim, vocant ad associandum in funere Cadaueris defuncti, totidem omninò pares numero Clericos sæculares debeant vocare.

Die 12. Decembris 1665. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, audita Relatione Domini Episcopi Papiensis, & vtraque parte informante, Respondit, Neutrum dictis Parochis lice-

re, saluo tamen iure immemorabilis, coram Iudice probandæ.

A. Card. Celsus Pref.

Loco † Sigilli.

C. *de Vecchijs Episc. Clus.*
S.C.C. *Secretarius.*

Quòd non liceat Fratribus Trinitarijs vti Cappa nigra.

IN causa Fratrum Prouinciarum Castellæ, Aragoniæ, & Bethicæ Ordinis Sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captiuorum super delatione habitus, prætendente, & instante exaduerso Religione Fratrum Prædicatorum, vt inhibeatur Fratribus dictarum Prouinciarum, & Ordinis Sanctissimæ Trinitatis vti Cappa nigra.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium, negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, re de mandato Sanctissimi Domini Nostri pluries partibus auditis maturè discussa, & examinata, visisque Breuibus Apostolicis, & signanter regesto originali Bullæ san. mem. Clementis IV. quæ incipit; In Ordine vestro; sub Dat. Viterbij vij. Idus Decembris anno 1267. Pontificatus eius tertio, necnon priuilegijs, scripturis, & instrumentis, hinc indè exhibitis, alijsque videndis, ad relationem Eminentissimi Pallotti, censuit, & declarauit non licere Fratribus Trinitarijs, tam dictarum, quàm aliarum quarumcumque Prouinciarum vti Cappa nisi albi coloris, excepta tantum Prouincia Castellæ, in qua ad præscriptum litterarũ Apostolicarum Sacrę Pęnitẽtiariæ

tiariæ sanct.mem.Pij IV.sub dat.Romæ v.Nonas Iulij, Pontificatus eius anno primo, licere vti Cappa coloris bruni, eius nimirum, qui in illis partibus vulgò dicitur Buriel, non autem nigri coloris, & ad tenorem huius Decreti corrigendas esse regulam, & Constitutiones dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis respectiuè in locis, textibus, Capitulis, & Declarationibus, in quibus tractatur de vestimentis Fratrum. Et ita aliarum vigore declarat, ac decernit, seruarique mandat, ac præcipit, in contrarium deductis, etiam speciali expressione dignis, non obstantibus quibuscumq; Vt autem earundem præsentium exequutioni firmiùs consulatur, eadem Sac. Congregatio committit, & iniungit Ordinarij locorum, vt quoties pro parte dictæ Religionis Prædicatorum fuerint respectiuè requisiti, seu quilibet eorum fuerit requisitus, Fratres dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, qui Cappam nigri coloris, seu alias contra præsentis Decreti formam deferre prçsumpserint, ad ipsam deponendam per censuras Ecclesiasticas, aliaq; iuris, & facti remedia omni appellatione postposita (inuocato etiam, quatenus opus sit, brachij sæcularis auxilio) per se, vel per alios cogant, & compellant. Et facta de præmissis relatione eidem Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua Decretum huiusmodi approbauit, & iuxtà illius tenorem fieri, & exequi mandauit. Romæ 16. Decembris 1665.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

Æ. Episc. Camer. Secret.

F I N I S.

BVLLÆ, ET BREVIA

Per extensum posita in hoc THEATRO.

Ex LEONE X.

INtelleximus. Declarat Christi fideles Missas audientes in Ecclesijs Mendicantium, satisfacere precepto Ecclesiæ, fol. 246. n. 1.

Ex CLEMENTE VII.

Nuper. Quod in materia legatorum perpetuorum de quibus Fratres Minores de Obseruant. non sunt capaces, possint se componere cum hæredibus mediante Syndico Apostolico, fol. 317. n. 3.

Ex PIO V.

Decet Romanum Pontificem. Declarauit mulieres posse comitari Processiones perintus claustra Monasteriorum, fol. 99. n. 3.

Ex SIXTO V.

Cum à primæua. Indulgentia plenaria pro Visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum in festiuitatibus Sanctorum Francisci, & Antonij de Padua, Bonauentura, Ludouici, & Claræ, fol. 302.

Ex GREGORIO XV.

Splendor paternæ. Indulgentia plenaria in Ecclesijs Fratrum Minorum de Obseruantia, & Re-

Ex VRBANO VIII.

Ex INNOCENTIO X.

EX ALEXANDRO VII.

DECRETA VISITATIONIS
Apostolicæ

Per extensum posita.

De-

DECRETA S. OFFICII

Per extensum posita.

DECRETA CONGREGATIONIS Concilij Tridentini.

Per extensum posita.

DE-

DECRETA SAC. CONGREGATIO Episcoporum, & Regularium.

Per extensum posita.

Duo

DECRETA CONGREGATIONIS Sac. Rituum.

Per extensum posita.

Quan-

D E-

DECRETA SAC. CONGREGATIO De Propaganda Fide.

Per extensum posita.

DECRETA CONGREGATIONIS Fabricæ S. Petri.

Per extensum posita.

Additio in Theatrum Regularium.

R.P. ANGELI AVDÆ A LANTVSCA.

In qua inserta fuere ab eodem Auctore, nonnullæ Constitutiones Apostolicæ, necnō statuta nouissima præteriti Capituli Generalis 1664. ac plurima Decreta, iam publicata, & aliàs impressa, quorum series in sequenti Elencho elucet &c.

ELEN-

ELENCHVS

RVBRICARVM.

Per extensum posita.

EX CLEMENTE VIII.

EX PAVLO V.

EX ALEXANDRO VII.

DECRETA VISITATIONIS Apostolicæ.

Per extensum posita.

DECRETA CONGREGATIO Concilij Trid.

Per extensum posita.

DE-

DECRETA SACR. CONGREG.
Episcoporum, & Regularium.

Per extensum posita.

DECRETA CONGREGATIO
Sacrorum Rituum.

Per extensum posita.

DECRETA SAC. CONGREGATIO
De propaganda Fide.

Per extensum posita.

FINIS.